This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
BEQUEST OF
JOHN S. LAWRENCE
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
TUEBOR

Ex Libris


UNIVERSITY OF MICHIGAN

870.8
P19
J12

PANEGYRICI VETERES

QVOS
EX CODICE MS. LIBRISQVE COLLATIS
RECENSVIT
AC NOTIS INTEGRIS
IISQVE PARTIM ADHVC INEDITIS
CHRISTIANI GOTTLIBII SCHWARZII
ET EXCERPTIS ALIORVM
ADDITIS ETIAM SVIS
INSTRVXIT ET ILLVSTRAVIT
WOLFGANGVS IAEGERVS
PHILOSOPH. IN ACADEMIA ALTDORF.
PROF. PVBL.

TOMVS POSTERIOR.

NORIMBERGAE
SVMTV BIBLIOPOLII BAVERIANI
A. S. R. MDCC LXXVIIII.

870.8
P19
J22

Gift
J.L. Lawrence
8-15-27

PRAEFATIO.

Quam in recenſendis, interpretandisque Panegyricis ſecutus ſim rationem, cum ex praefatione Tomo priori praefixa ſatis intelligatur, mihi nunc paucis fas erit defungi. In oratione Pacati *textum exhibui, quem dedit* Arntzenius, *excepto uno, alteroque loco, cuius commutandi neceſſitatem mihi res ipſa et ueritas impoſuit. Ex adnotatione uirorum doctorum ea deleui, quae non niſi ſuperuacaneam di-*

eorum iam a priore aliquo interprete repetitionem, aut monitorum politicorum, quorum ferax fuit ſaeculum ſuperius, περιεργίαν prae ſe ferrent. Quasdam etiam ipſius Arntzenii obſeruationes, plus ἐπιδείξεως quam ἐπιλύσεως habentes, omiſi, non inuitis, puto, lectoribus, quibus damnum, ſi quod hac in re factum eſt, rependitur notis nonnullis, quas b. Schwarzius in exemplo, quo utebatur, inſcripſerat. In notandis nominibus interpretum uariatum eſt non numquam a typotheta, ita, ut modo prima eorum littera, modo ſyllabae priores exprimerentur, e. g. A. et Acid. L. et Liuin. quod ne quem turbet, monendum eſſe duxi. Neque illud praetermittam, quos in notis Liuineii, aliorumque ſiglis indicari uidemus codices, eſſe V. exemplar Liuineii membranaceum, notae admodum bonae, B. Apographum Bertinienſe, Fr. Modii fide, L. ueteres ſchedas, quas Carolus Langius ad Frobenianam lectionem contulerat, C. editio-

editionem Cuſpiniani, et R. editionem Rhenani, publicatam per Io. Frobenium. Haec de Panegyrico Pacati. Nunc pauca adhuc dicenda reſtant de carmine Corippi, in quo enarrando non licuit mihi eſſe propoſiti tenacem. Equidem conſtitueram, collecta ex Dempſteri commentariis, Barthiique praecipue Aduerſariis emendationum et explicationum copia non contemnenda, opem ferre poëtae multis partibus deformato. Verum, cum uberior adnotatio libri molem non potuiſſet non augere, idque bibliopolii rationes ferre negarentur: uertendum fuit conſilium, et, quod productius futurum erat, breuiori ſpatio coërcendum. Subſtiti itaque in tollendis, qua fieri poterat, uitiis lectionis, deligendisque adnotationibus non nullis, quibus Ruizii, Rittershuſii, Barthii, Dempſteri, Meurſii, Pagii, Goetzii, Vonckii *) doctrina et ſollertia auctori huic profuiſſe uidebatur. Quae ipſe addidi ſcholia, nec iuſto numeroſiora, nec omnino inutilia eſſe, Cor-

*) in Lection. Lat. L. II. Traiecti Vltorum, 1745. 8.

ippumque adeo uel ſic multo, quam antea, emendatiorem prodire, aequi et periti harum rerum iudices facile, ſpero, agnoſcent. Qui plura, eaque abſolutiora deſiderat, habebit, quo ſitim reſtinguat, in nupera editione Corippi, ex recenſione P. F. F. cum not. uar. 1777. in 4to typis exſcripta. In primis uero optandum eſt, ut C. V. Vonckii, uiri ingenioſiſſimi et in lectione poëtarum aetatis inferioris egregie uerſati, **) adnotata, quibus hoc carmen, cuius editionem meditabatur, innumeris locis emendauit, integra, una cum Cornelii Arkel, Theologi Arminiani, commentario adhuc inedito, ***) in lucem proferantur. Nam illorum uirorum ſtudio quin Corippus mirifice ſit expolitus atque ornatus, nefas eſt dubitare.

De cetero, quod in Tomo priore faciendum fuit, idem et in hoc fieri opus eſt, ſcilicet ut addenda quaedam

*) v. Klotz. Act. Litterar. Vol. VI. p. 54 ſqq.

**) v. Saxii, V. C. Onomaſt. Literar. P. 2. p. 53.

dam et emendanda indicem, maximam partem ab eo-dem Viro doctiſſimo, cuius ingenium nonnullis ſuperiorum Panegyricorum locis ſalutem attulit, mihi ſuppeditata.

Paneg. IX. c. 1. ſ. 3. ſi ſed *pro particula aduerſandi, non transeundi, et* ita *non pro particula intendendi, ſed reſtringendi, habeatur, euaneſcit hyperbolae, et ſenſus hic exſiſtit:* attamen — ita foris prominet, ut feruentioris laetitiae impetus non egrediatur ueritatem. *ib. c. 2. ſ. 7.* Has igitur gratulationes *etc. pro accuſatiua abſolute poſito haberi poſſit, per Graeciſmum et ellipſin uerborum* quod attinet ad *etc.* (*v. illuſtr.* Harleſius, *ad Cic. de Orat. L. I. c. 12. n. 53.*) *ib. c. 10. ſ. 3.* appetitum, *melius f.* at petitum. *ib. c. 29. ſ. 1. pro* hoc enim perſequi uellem *etc. f.* hoc enim perſequi ſi uelim, eum, quem ten. l. c. exercitus, dicam. *ib. c. 33. ſ. 5. pro* ſolitario modo *leg. f.* inſolito ac raro modo, *niſi* ſolitarium *idem fere eſſe putes, e. g. Cic. de Inuent. L. 1. c. 44.* ſolitarium ali-

quod aut rarum iudicatum *dixit*. *Paneg. X. c.* 1. *ſ.* 4. *f. ita leg.* Nam cum me — inuidiam, meque, qui tibi — delegiſti ad id eo tempore, cum exhauſtae prov. *etc. ibid. c.* 4. *ſ.* 2. *pro* ſuberant *f.* urebantur, *l.* ingenua indignis cruciatibus uſta corpora. *ib. c.* 14. *ſ.* 7. *pro* uerbor. ambago celaret *f. leg.* uerbor. ambiguo celaret, *ſicuti Virg. Aen.* 9, 425. celare tenebris. *Non caret tamen* ambago *auctoritate* (*v. g. Manilii, L.* 4. *v.* 304.) *ib. c.* 20. *ſ.* 4. *pro* ternos *f.* externos, *cum conſtet, illo tempore exteros etiam ad patriciatum peruenire potuiſſe. Paneg. XI. c.* 1. *ſ.* 5. *f. leg.*: Ita multipl. — quaſi parum habeam timere, quoque uideo, quod timeam. *ib. c.* 6. *ſ.* 3. *pro* qu *l.* qui. *c.* 7. *ſ.* 1. *pro* Virus *l.* Virtus. *c.* 10. *ſ.* 4. *in Not.* (*pag.* 272.) *pro XI*, 4. *l. X*, 4. *ib. c.* 18. *ſ.* 4. *pro* maieſtis *l.* maieſtatis, *ib. c.* 37. *ſ.* 2. *pro* nimia *unice uerum* mimica, *i. e. inepta.* (*v. Plin. Ep.* 7, 29.) *ib. c.* 38. *ſ.* 5. a tergo *leg.* ac tergo. *ib. c.* 40. *ſ.* 2. quantum tu *etc. al.* quantum te. *ib. c.* 44. *ſ.* 1.

cum

cum eorum parte uitalium *add. not. f.* cum cerebro, quia ex plurimorum, atque etiam Ciceronis, sententia, Tusc. 1, 29. caput s. potius cerebrum mentis sedes perhibetur. Conuenit quoque cum *parte*, quia pars tantum cerebri animus esse putabatur. v. Tusc. 1, 9. *Ad Animadv. Wakenf. p.* 435. *c.* 9. *add. pro* futurum princ. comens *f.* ornans *uel* comitans, *uel* futurorum principum comes. *p.* 439. *c.* 18. append. *add. ipse Cic. pro Sex. Rosc. c.* 49. *p.* 455. tenere prudent. *f.* tueri *uel* tesseri, *v. Ind. Bos. in Nepot. h. v. Paneg. XII. L.* 1. *v.* 52. *pro* curas *f.* moles, *quia ante* sudores *legebatur. v.* 59. miratus *f. ueneratus*, *v.* 60. per se cadet *f.* praesens cadet, *i. e. sine mora, illico, statim. v.* 224. notans *f.* locans, *i. e. constituens, ordinans, disponens. v.* 252. tantos *f.* sanctos.

L. 2. *v.* 316. Et uen. *al.* Vt uen. *L.* 3. *v.* 35. Nos, cui nullus ait *f.* Nostrum quam ullus, ait. *v.* 112. grauia plus *f.* plus suauia, *v.* 125. teret *f.* peteret. *v.* 176. Attollunt capita et u. s. p.

Est

Est in hoc uersu πενθημιμερὴς τομή, *quam licentiae multum dare constat. Quodsi quis hiatu et producta syllaba postrema uocis* capita *offenditur, addat ei epitheton* alta, *aut simile aliquod. Ad v.* 350. (*p.* 564.) *in nota adiiciendum uerbis: pro* rebus *malim* nobis, „*hunc in modum:* Subiecti Reges „nobis, gentes et abundent, *aut* ἀσυνδέτως — „*gentes tot abundent.*„ *Errata, quae occurrunt, leuiora cum nemini negotium facessere possint, studio breuitatis praetermitto. His igitur, quae praestitimus Panegyristis, fruere, beniuole lector, et conatibus nostris faue. Scr. Altdorfii, d. III. Octobr.* MDCCLXXIX.

IX. NA-

IX.

NAZARII
PANEGYRICVS
CONSTANTINO AVGVSTO
DICTVS.

DE AVCTORE ET QVO TEMPORE AC LOCO HABITVS SIT.

Pronuntiata eſt haec oratio, ut ex ipſo initio manifeſtum eſt, anno Chriſti 321. Cal. Martiis, die natali Caeſarum Criſpi et Conſtantini, cum, ineunte quinto anno, uota quinquennalia ſoluerent, ac decennalia ſuſciperent. In quod tempus Conſtantini Magni quindecennalia concurrebant, ac pro eius uicennalibus uota nuncupabantur. Aberat Conſtantinus, ad quem tamen Nazarius conuerſa oratione, *Praeſentem*, inquit, *mihi alloqui uideor, qui etſi conſpectu abes, reuelli tamen mentibus non potes.* Haec oratio Nazario ſine controuerſia adſcribitur; de quo Euſebius in Chron. ad annum Chriſti 325. *Nazarius*, inquit, *inſignis rhetor habetur.* Et Hieronymus ad an. Chr. 337. *Nazarii rhetoris filia in eloquentia patri coaequatur.* Hanc Eunomiam, uirginem Chriſtianam, appellat Arnaldus Pontaeus in ſuis Chronic. fretus, ut ipſe ait, quatuor Vaticanorum codicum auctoritate. Nazarii quoque apud Auſonium mentio eſt, *in profeſſor. Burdigal. epigrammate* 15. An uero Nazarius hic noſter fuerit ille, quem clerus Maſſilienſis, in quo Lectoris munere fungebatur, cum Oretio Epiſcopo Arelatem ad ſynodum ſuffragiis delegauit, dubitat noſter *Ioa. Bap. Gueſnayus in ſuis prouinciae Maſſilienſis annalibus.*

SYNOPSIS PANEGYRICI.

In exordio. *Probat, eius diei lætitiae, qua Constantini itidem et Caesarum quinquennalia celebrantur, parem ab oratore eloquentiam afferri non posse.*

Distribvtio *uidetur esse* I. *De Caesaribus Crispo et Constantino.* II. *De Constantino Augusto.*

I. Pars. *Iam Crispus Francos et Germanos exemplo patris obtriuerat. Iam Constantinus secundum consulatum gerebat,* c. 3. *Quantus uterque sit, existimari potest, tum quod patri Constantino, quantum ad speciem corporis uirtutesque spectat, similes sint: tum quod sint illustribus eius factis instituti,* c. 4. *Institutionem hanc utrique gratulatur.*

II. Pars. *Transiturus ad Constantinum, in summa eius praeclare gestorum uarietate,* c. 5. *quod primum occurrit arripit. Constantinus domito Maxentio,* c. 6. *Mitis et clemens est in uictoria,* c. 7. *Cum crudeli hoc tyranno confertur,* c. 8. *Quem mitigare clementia atque adeo oblatis foederis legibus uoluerat,* c. 9. *Ille reiectis pacis conditionibus,* c. 10. *Constantini imagines solo affligit,* c. 12. *Cuius iniuriae non tam memor Constantinus, quam eius, quae illata erat patriae, arma capit,* c. 13. *Adsunt ei quasi caelo derepente lapsi milites,* c. 14. *Iampridem caeleste auxilium senserat, cum, ferociſſimis regibus Ascarico et Regaiso captis, imperium feliciter auspicatus erat,* c. 16. *Cum Francos,* c. 17. *Bructeros, Chamauos, Eruscos, Vangionas, Alamannos, Tubantes ad bellum coactos uno impetu fuderat. Sic igitur ad liberandam Italiam Alpes transgressurus,* c. 19. *Segusiam,* c. 21. *Taurinos,* c. 22. *Brixiam, Veronam,* c. 25. *Aquileiam, Mutinam capit,* c. 27. *ac tandem, profligato Maxentii exercitu, ipsoque Maxentio Miluii pontis ruina oppresso,* c. 28. *Romam uictor ingreditur,* c. 30. *Huius uictoriae fama ubique spargitur,* c. 32. *Liberalitate et sapientia suum Romae splendorem restituit,* c. 35. *quid non exspectare praeterea Vrbs debeat a Caesaribus? Vtriusque fortitudo et bonitas mirifice laudatur,* c. 36.

In fine. *Post tam multa sapienter a Constantino ordinata, id optandum unum dicit, ut ea perpetua sint,* c. 38.

IX.

NAZARII PANEGYRICVS CONSTANTINO AVGVSTO.

Dicturus Constantini augustissimas laudes, qui tantum ultra omnium saeculorum principes eminet, quantum a priuatis ceteri principes recesserunt, et dicturus in coetu gaudiorum exsultantium et laetitiae gestientis, quam cumulatiorem solito beatissimorum Caesarum quinquennia

 prima

D. N. FL. CONSTANTINO MAXIMO BEATISSIMO.

et pag. seq.

CONSTANTINI ET CONSTANTI BEATISSIMORVM AC FLORENTISSIMORVM PRINCIPVM. *Id.*

I, 1. *quantum a priuatis* etc.) Id ipsum Gregorius M. de Galliae regibus dixit. l. 5. ep. 6. ad Childebertum, Francorum regem: *Quanto*, inquit, *ceteros homines regia dignitas antecedit, tanto ceterarum gentium regna regni uestri profecto culmen excellit.* B.

I, 1. *quam aemulationem solita* etc.) Ita Rhen. Steph. Liv. et mox *primo* pro *prima*. Sed recte codd. Liv. Bert. Lang. Put. Moer]. cum Schonhov. Cusp. et reliquis edd. *cumulatiorem solito*, et deinde *prima*. Post *fecerunt* Rh. St. *silentio*; in margine tamen notatum est: „legendum opinor *sentio*; „ idque ceteri scripti et excusi omnes praeferunt. *Iaeg.*

I, 1. *beatissimorum*) Titulus tribui solitus principibus. Gruter. Inscript. p. 283.

I, 1. *Caesarum quinquennia prima*) Crispi et Constantini pueri. Anno enim Christiano CCCXVII. Crispus iuuenis, et superiore anno Arelate natus Constantinus, ambo filii Constantini Aug. una cum Licinio puero, creati sunt Caesares, uti est in Chronico Alexandrino, et Idacii Fastis, et Excerptis anonymi de Constantino, ab Valesio uulgatis. Quo anno decennalia pater Constantinus agebat. Eusebius de Vita Constant. 4. 40. ἀμφὶ τὴν

prima fecerunt, sentio, nullam eloquentiam nec optari nec concipi posse, quae dignam adferat aut tempori gratiam, aut materiae copiam, aut
2 uestris studiis facultatem. Iactat quippe se nunc cum maxime alacris omnium ac beata deuotio. Nec operta mentium rimari necesse est; exstat in uultu cuiusque hilaritatis publicae decus; et in serenis frontibus animorum indicia perleguntur.
3 Non enim se capit exundantis laetitiae magnitudo, sed, dedignata pectorum latebras, ita multa et candida foris prominet, ut intelligatur non ingentior esse quam uerior. Nec uero mediocribus

τὴν τοῦ πατρὸς δεκαετηρίδα, *circa patris decennalia.* Adde nostri c. 2. n. 2, 3. C.

I, 2. *cum maxime*) i. e. ita, ut iactare se solet, cum se maxime iactat; uehementissime. De hac forma loquendi v. Ernesti, V.C. Clav. Ciceron. Schwarz. ad paneg. I, 2, 1. Mox, post *omnium*, Moerl. inserit *studium*; quod si locum tueri deberet, legendum esset *alacre*; sed glossema esse uocis *deuotio*, et ex margine in textum irrepsisse uidetur. *Iacg.*

I, 2. *animorum iudicia praeleguntur.*) Ita Liv. Grut. Paris. Cellar. Pat. At Cusp. Rh. St. cum Mss. Liv. Gud. et Moerl. *animorum indicia perleguntur*; quod uerum puto; nam *praelegere* quo modo huc quadret non uideo, nisi nouam huius uerbi comminiscamur significationem: *perlegere* uero est *spectare.* Virg. Aen. 6, 33.

——— *quin protinus omnia*
Perlegerent oculis: ni iam praemissus Achates
Adforet, atque una Phoebi, Triuiaeque sacerdos.

De fronte Plinius, H. N. 11, c. 37. s. 51. *Frons et aliis, sed homini tantum tristitiae, hilaritatis, clementiae, seueritatis index. In animo sensus esse, h. e.* ut interpretatur Harduinus, *hac parte se maxime animus prodit, hic animi uis sentitur, hic se totum exserit.* Infra, h. paneg. c. 13, 1. *male clausi signa maeroris per uultus indices exierunt. Id.*

I, 3. *non ingentior esse quam uerior.*) Possit aliquis suspicari legendum esse: *non uerior esse quam ingentior.* i. e. aeque

bus bonis gaudent, qui exſultandi modum non habent.

II. Fruimur quidem nos praeſentium maxima uoluptate, ſed lenocinatur his iam futuri ratio; et, quae temporibus diſparata ſunt, animorum praeſumtione iunguntur. Quintum decimum an- 2

A 5 num

aeque ingens ac uera. Ita Liuius, 31, 35. *Turbauit hunc ordinem pugnandi non acrior quam pertinacior impetus Romanorum* (i. e. impetus Romanorum, aeque pertinax atque acer.) *Nam haud ſecus, quam ſi tota acie dimicarent, et milites, emiſſis haſtis, comminus gladiis rem gerebant, et equites, ut ſemel in hoſtem euecti ſunt, ſtantibus equis — pugnabant. Ita nec eques regius equiti par erat, inſuetus ad ſtabilem pugnam* etc. Verum enim uero hypallagen eſſe malo exiſtimare, de qua v. Voſſ. Inſt. Or. 4, 12. p. m. 254. Mox pro *qui exſultandi* etc. Moerl. *ſed exſ.* minus recte. *Id.*

II, 1. *quidem nos*) Put. et Gud. *nos quidem. Id.*

II, 1. *lenocinatur*) commendat ea et iucundiora reddit. Plin. ep. 1, 8, 6. *Anceps hic et lubricus locus eſt,* (laus propria;) *etiam quum illi neceſſitas lenocinatur.* et 2, 19, 7. *Poteſt tamen fieri, ut, quamquam in his difficultatibus, libro iſti nouitas lenocinetur. Id.*

II, 1. *diſſeparata*) Ita edd. Rh. St. Grut. Pariſ. Pat. Cell. At Cod. Liv. et Bert. *diſperata;* Cuſp. cum Mſſ. Put. Gud. et Moerl. *diſparata,* quod probant merito Acidal. et Baum. Non abſimili ratione in Quinct. Inſt. Or. 5, 11, 31. *diſparata* et *ſeparata* turbantur. *Id.*

II, 1. *praeſumtione*) anticipato fructu. Plin. ep. 4, 15, 11. *Rerum, quas adſequi cupias, praeſumtio ipſa iucunda eſt.* et 9, 3, 1. *Alius alium, ego beatiſſimum exiſtimo, qui bonae, manſuraeque famae praeſumtione perfruitur, certusque poſteritatis cum futura gloria uiuit.* v. ſupra paneg. 7, 12, 2. *Id.*

II, 2. *Quintum decimum annum*) Concurrebat XV. Conſtantini annus cum Caeſarum quinquennalibus. Mos autem erat, ut in quinquennalibus uota publica pro decennalibus, decimo quinto anno uota pro uicennalibus obtinendis ſuſciperentur, ut Porphyrius poëta diſerte teſtatur in eo panegyrico carmine, quod hoc ipſo anno Chriſti CCCXXI. coram Conſtantino pronuntiauit, cuius fragmenta opera Pithoei

num maximus princeps ſalutaris imperii degit, ſed auguramur iam uicennalia, et uenturi fidem ſu-
3 periorum felicitate ſancimus. Quinquennalia beatiſſimorum Caeſarum occupatos in gaudiis habent, ſed in deſtinatis decenniis iam uota properantia et ſpes uolucres conſtiterunt. Horum dehinc compotes, propagabimus optabilis boni ſe-
4 riem. Ita omnia, quae ex principibus noſtris proſpere ueniunt, continuatos fructus ferunt, nec magis recepta delectant, quam exſpectata iu-
5 uerunt. Verum quid agimus, uicenis, aut iam tricenis annis circumſcribendo, quae aeterna ſentimus? Ampliora ſunt merita principum, quam optata

thoei in lucem exiere. Itaque in eo carmine, *Sancte Pater*, inquit, *rector ſuperum, Vicennia laeta Auguſto et decies creſcant ſollemnia natis.* Id ipſum conſtat ex ſexcentis numis, VOTIS X. MVLT. et VOTIS XX. i. e. uotis decennalibus multis, uotis uicennalibus. B.

cf. Pagii Diſſ. hypat. p. 167. ubi de ratione temporis accurate inquirit. *Iaeg.*

II, 2. *Quint. dec. — imperii*) Bert. *Quint. dec. max. P. ſal. imp. annum.* L.

II, 2. *uenturi fidem ſuperiorum felicitate ſentimus*) Sic Rh. St. Liv. *ſanximus* Bert. *ſancimus* cod. Liv. Cuſp. cum reliquis; recte. Sic *ſentire* et *ſancire* etiam permixta fuerunt in Prop. 4, 9, 73. Senſus eſt: Felicitas praeteritorum nobis quaſi pignus eſt, et iubet, nos non ſolum ſperare, ſed etiam confidere, fore, ut et poſthac, quae auguramur, eueniant. *Iaeg.*

II, 3. *Quinquennalia beat. Caeſ.*) Imperatorum quinquennalia, decennalia, uicennalia nouimus: hinc uero diſcimus, per eosdem gradus temporum etiam pro Caeſaribus, qui diſtincti ab Auguſtis Imperatoribus, minoresque erant, et uota ſuſcepta et feſtos dies illorum nomine celebratos. C.

II, 3. *conſtituerunt*) Sic Rh. St. Liv. Sed bene Bert. Cuſp. cum ceteris *conſtiterunt*. Conſimili ratione haec uerba miſcentur in Salluſt. Iug. 49, 5. ubi v. Cort. *Iaeg.*

optata uotorum. Eat quin immo in immenſum 6
felicis curſus imperii, nec humanorum terminos
curent, qui ſemper diuina meditantur. Certe
cupitorum irriti non ſumus, qui, cum optemus
maxima, id faciamus (non) benignius, quam ſe-
curius;

II, 6. *Et quin immo immenſus ſ. c. imp.*) Ita Rh. St. Liv. al. *eſt*, notante Rhenano, et probante Acidalio: et ſic dedit Patarol, ex ed. Genev. a. 1638. qui et in aliis legi *eſt in immenſum* teſtatur. Sed bene cod. Liv. Lang. Put. Moerl. Cuſp. Schonhov. cum reliquis *eat* pro *et*: pro *immenſus* cum Bert. iidem, excepto Lang. *in immenſum*. Mox pro *curant*, (uti legitur in Rh. et aſſecla eius, itemque Liv. et Pat.) cod. Liv. Bert. Put. Moerl. cum edd. ceteris *curent*. Schonhov. *curat*; Cuſp. *curet* et deinde, cum Schonh. *meditatur*. Arridet hoc *curet* et *meditatur* Liuineio; „nam Conſtantinum, „ait, indicari, docet quod „mox ſequitur, *propter caele-* „*ſtem in illo fauorem*. „ Non repugno: ſed potuit etiam ſententia haec ab oratore indefinite et generaliter, ut ſaepiſſime fieri ſolet, efferri. *Id.*

II, 6. *id faciamus benignius quam ſecurius*) Lege cum Acidalio: *Id facimus non benignius, quam ſecurius.* i. e. Vota noſtra non ſunt irrita: haec uero deſideramus, non magis ex propenſa in principem uoluntate, quam certa ſpe inducti, id nos impetraturos. B.

Neceſſaria uidetur Acidalii emendatio, eoque facilius admittenda, quo crebrioribus exemplis conſtat, particulam *non* a librariis negligenter fuiſſe omiſſam: incluſam itaque uncis contextui auſus ſum inſerere. *Tò faciamus* autem ut mutetur in *facimus*, non perinde neceſſe eſt; quoniam pronomen *qui*, poſitum pro *quia*, ſubiunctiuum ſibi adſciſcit. Ita Cicero Epiſt. ad diuerſ. 2, 3, 4. *Sed aliter, atque oſtenderam, facio, qui ingrediar ad explicandam rationem ſententiae meae*, et 7, 28, 2. *Nunc contra et uidiſſe mihi multum uideris, cum, prope deſperatis his rebus, te in Graeciam contuliſti; et hoc tempore non ſolum ſapiens, qui hinc abſis, ſed etiam beatus.* itemque 16, 1, 1. *Peceaſſe mihi uideor, qui a te diſceſſerim.* Ad Baunii interpretationem quod adtinet, *tò benignius* non puto hic ſignificare, *ex propenſa in principem uoluntate*, ſed potius *largius*. Quemadmodum enim

maligne

curius; quòd, propter caeleſtem in illo fauorem, tam certa adipiſcendi ſpes eſt, quam optandi ſo-
7 luta libertas. Has igitur gratulationes, quae praeſentibus excitantur, quaeque ſuperiorum memoria uigent, aut quas in poſterum redundaturas cogi-

maligne ualet *nimis parce et tenuiter*, ita e contrario *benigne* ſignificat *large et liberaliter*. Liuius, 9. 32. pr. *Aduenientibus Romanis, Sutrini commeatus benigne in caſtra ante urbem poſita aduexere.* Mela, 3, 6. p. 276. A. Gron. de Britannia: *Siciliae maxime ſimilis, plana, ingens, fecunda, uerum his, quae pecora quam homines benignius alant.* Idem, in prooem. p. 2. *longa eſt magis, quam benigna materia*; ubi v. Iac. Gronov. De cetero pro *id fac.* Put. habet *illud f.* Iaeg.

II, 6. *ſoluta libertas.*) non impedita. Cicero ad diuerſ. ep. 1, 9. 61. *Si eſſent omnia mihi ſolutiſſima, tamen in re publica non alius eſſem atque nunc ſum.* et 3, 5, 3. *Animaduerti enim, et didici ex tuis litteris, te omnibus in rebus habuiſſe rationem, ut mihi conſuleres, reſtitueresque et praeparares quodam modo omnia, quo mea ratio facilior et ſolutior eſſe poſſet.* Tacit. Annal. 4, 35, 1. *Non adtingo Graecos, quorum non modo libertas, etiam libido impunita: aut ſi quis aduertit, dictis diem ultus eſt. Sed maxime ſolutum, et ſine obtrectatore fuit, prodere de iis, quos mors odio aut gratiae exemiſſet.* Idem, 13, 47, 2. *Pons Miluius in eo tempore celebris nocturnis illecebris erat; uentitabatque illuc Nero, quo ſolutius urbem extra laſciuiret.* Τὸ *tam* ante *certa* omittit Patarol, uitio forte operarum, et *ſolutam libertatem* interpretatur *non coactam.* „quia „nec cogimur, ait, uota nuncupare, ut olim ſub malis „Imperatoribus.„ Hoc uero alienum h. l. uidetur. *Id.*

II, 7. *quaſi in poſterum redundatura cogitatio* etc.) Sic edd. omnes. Rhenan. et Liuineius feliciter emendant: *quas in poſterum redundaturas*: quae emendatio, Patarolo etiam probata, adeo certa eſt et indubitabilis, ut eam non potuerim non recipere. Mox pro *omnium* Liuineius coniicit *hominum*; quod non aeque neceſſarium; quamquam ſatis conſtet, eas uoces haud raro miſceri. v. Gronov. ad Liv. 9, 8. Porro poſt uerbum *ſatisfacere* Moerl. et Gud. habet *in*: non male, ita enim Coel. in epiſt. Cic. ad

cogitatio auida depaſcitur, quis omnium queat flagrantiſſimis audientium ſtudiis ſatisfacere dicendo? Iam uero, cum publicas tantum utilitates amplecti 8

ad div. 8, 12, 4. *quod mihi in pecunia minus ſatisfeciſſet.* cf. Sanctius et Perizon. in Minerv. p. m. 456. et 676. Denique uerba (niſi quid forte excidit) ita ſunt ordinanda: Quis omnium queat ſatisfacere ſtudiis flagr. audientium dicendo has gratulationes, quae etc. *Id.*

II, 8. 9. *Iam uero — metum faciunt*) Magna hic eſt uarietas interpunctionis et lectionis Rh. et St. hunc in modum: *Iam uero quum publ. t. ut. ampl. uelim, et unusquisque priv. ſuas cogitet, tremebunda proferatur oratio, quae t. r. uincenda eſt: in ipſis etiam publicis geſtorum ingentium prof. laud. quam augendi cup. prae ſe ferat? non iniuria* etc. Liuineius ita: *Iam uero cum p. t. ut. am. uelim, et un. pr. ſ. cogitet, tremeb. proferatur oratio, quae t. r. uincenda eſt, in ipſ. et. p. g. i. p. laudatio quam augendi c. p. ſ. ferat, non iniuria* etc. Acidalius τὸ *proferatur* mutandum cenſet in *proferetur*, (quod factum eſt a Cellario.) aut addendum: *neceſſe eſt, tremeb. proferatur oratio*; poſt *uincenda eſt* σιγμὴν ponit, pro *quam augendi* legit *quum augendi*; poſt *ferat*, ſublato interrogationis ſigno, incidit; et ſic locum hunc exhibet Cellarius, itemque Baunius et Patarol, excepto quod hi τὸ *proferatur* retinent. Gruter. et Pariſ. prior Acidalii interpunctionem praeferunt, uoces autem *proferatur* et *quam* non immutant. Aliam emendandi uiam iniit Liuineius, qui poſt *cogitet*, inſerendam eſſe iudicat coniunctionem *et*, (poſtremas nimirum uerbi *cogitet* litteras, quae facillime omitti potuerunt;) deinde poſt *laudatio* ponendum uerbum *neſcio*, ut ſit *neſcio quam*, uel expellendam uoculam *quam*, (quae ſcilicet, teſte ipſo, in ſuo et Bert. itemque Cuſp. quibus et Put. cum Moerl. accedit, non reperitur;) quo facto haec exſiſtit uerborum conſtructio: *Iam uero, cum publicas tantum utilitates amplecti uelim, et unusquisque priuatim ſuas cogitet, et tremebunda proferatur oratio, quae tacita reputatione uincenda eſt, in ipſis etiam publicis geſtorum ingentium profeſſa laudatio augendi cupiditatem prae ſe ferat: non iniuria minuendi metum faciunt, quae ſpem amplificationis ex magnitudine ſuſtulerunt.* Scriptura non inconcinna in ſpeciem: ſed

amplecti uelim, et unuſquisque priuatim ſuas cogitet: tremebunda proferetur oratio, quae tacita reputatione uincenda eſt. In ipſis etiam publicis, geſtorum ingentium profeſſa laudatio cum augendi cupiditatem prae ſe ferat, non iniuria minuendi metum faciunt, quae ſpem amplificationis ex magnitudine ſuſtulerunt.

III. Quis, oro, Conſtantine maxime, (praeſentem enim mihi adloqui uideor, qui, etſi conſpectu

ſed tamen, ſi totam orationis ſeriem conſideres, non ſatis apte cohaerens. Sequor itaque Acidalium et Cellarium. Orator metuit, ne exſpectationi auditorum non ſatisfaciat, quia publicas tantum utilitates, et merita principis in rem publicam uniuerſam exponens ſingulis ea male praetermittere uidebitur, quae cuique eorum priuatim obuenerunt, et gratiſſima, cariſſimaque ſunt; ideoque timide profertur oratio, tamquam impar rei tractandae, et quae tacitae auditorum cogitationi multa relinquit ſupplenda et addenda. Deinde, quia, qui profitetur, ſe laudaturum publica praeclare facta, exſpectare quodam modo iubet auditores laudum et illuſtrium facinorum amplificationem: ueretur, ne, cum magnitudo rerum amplificationem non admittat, ipſe laudes principis, ingenii culpa, detriuiſſe et facta dictis nequaquam exaequaſſe uideatur. *Id.*

II, 9. *profeſſa laudatio*) h. e. ſuſcepta e profeſſo; geminumque illud Statii Silv. 1. Stellae et Violantillae epithal.

Ergo dies aderat, Parcarum conditus albo
Vellere, quo Stellae, Violantillaeque profeſſus
Clamaretur Hymen. — — L.

II, 9. *ex magnitudine*) ob magnitudinem. Sic Tullius, ep. ad div. 13, 6, 13. *Vehementer te rogo, ut cures, ut ex hac commendatione mihi Cuſpius quam maximas, quam primum, quam ſaepiſſime, gratias agat.* cf. Schwarz. ad Plin. paneg. 90, 2. et 93, 1. *Iaeg.*

III, 1. *praeſentem enim mihi adloqui uideor,*) Habita oratio Kalendis Martiis, qui natalis erat Caeſarum, uti ex faſtis Idacii et Chron. Alexandrino liquet. Quo tempore Conſtantinus pater agebat Serdicae in Dacia noua, ubi

ſpectu abes, reuelli tamen mentibus non potes:) quis, inquam, adſpirare laudes tuas ualeat aequiparandi magis ſpe, quam gratia non tacendi? Quis 2 tam potens fandi, cuius copia tam larga, tam felix, quae, cum uirtutes adtrectauerit, non aut circumuenta numero, deſperato exitu, ſtupeat, aut obteratur magnitudine, aut ſplendore obſolefacta tantum nitoris habeat, quantum ex rerum luce collegerit? Cuius cum diuina uirtus, et eius 3 miſeri-

ubi lex I. C. Th. de bonis proſcript. data eſt. Nazarius autem uidetur tum Romae fuiſſe. Vide clauſulam huius orationis. C.

III, 1. *adſpirare laudes tuas*) Modus loquendi ualde inſolens. B.

III, 1. *ualeat*) Sic edd. omnes, praeter Cuſp. cui accedunt codd. Liv. Bert. Gud. Put. Moerl. in quibus eſt *audeat*. Mox pro *aequiparandi* Cuſp. et Rhen. *aequiperandi*, Gud. uitioſe *properandi*. *Iaeg.*

III, 1. *aequiparandi magis ſpe, quam gratia non tacendi*) Quis, inquam, eſt, qui, cum laudes tuas celebrat, non id agat potius, ne taceat; quam quod ſperet, ſe eas aequare poſſe dicendo? B.

III, 2. *cum uirtutes adtr.*) Schonhov. *cum uirtutes tuas adtr.* *Iaeg.*

III, 2. *aut obterat magnitudinem*) Non integrum hic membrum. Forte fuit: *aut obruta* (uel *obtrita*) *magnitudine magnitudinem obterat.* *A.*

Lectio deprauata, quam ſatis ingenioſe corrigere inſtituit Acidalius, omnes edd. inſedit. Veram nobis ſeruauit cod. Put. Gud. et Moerl. eamque, probante Puteano, Patarolo et Baunio, in contextum admiſimus. *Iaeg.*

III, 2. *collegerit.*) Moerl. et Gud. *colligatur*. *Id.*

III, 3. *Cuius enim diuina uirtus et eius mira comes*) Ita Rhen. Steph. Liv. *To enim* delet cod. Put. itemque Liv. in quo, loco eius, legitur *cum*. Schonhov. *cum enim diuirt.* Pro *mira*, (ex quo Fr. Modius *indiuiſa* effinxit, teſtante, ſimulque improbante Liuineio,) Bert. habet *mia*, Schonhov. *miſericordias*, cod. Liv. et Cuſp. *miſericordia*. Similis erroris, ex curta ſcriptura orti, exemplum habemus mox c. 6, 2. et paneg. Eumen. Flauienſ. nomine dicti,

miſericordia comes, appendixque uictoria urbem Romam non praecipitantem exceperit, ſed adflictam ac plane iacentem excitarit, recrearit, erexerit; cumque aliae feliciſſimae tuae prius ac deinceps expeditiones non minus in ſe operis amplexae ſint, quam ex ipſis faucibus fati Roma ſeruata: quid dignum magnitudine tua excogitari ac dici poteſt, in cuius laudibus id maximum non
4 eſt, quod in terrarum orbe primarium eſt? Nobiliſſimorum quoque Caeſarum laudes exſequi uelle ſtudium quidem dulce, ſed non et cura mediocris eſt, quorum in annis pubeſcentibus non erupturae uirtutis tumens germen, non flos praecurſor indolis bonae, laetior quam uberior, appareret; ſed iam facta grandifera, et, contra rationem

nem

ſti, c. 9, 5. Veram lectionem, a Liuineio commendatam, tuentur reliqui omnes. *Id.*

III, 3. *Romam non praecipitantem exceperit, afflictam ac plane iacentem excitauerit, recrearit, erexerit: ſed quumque aliae* etc.) Haec eſt inquinata ſcriptura Rh. et St. quam Acidalius, coniunctione *ſed* in ſuum locum uocata, emendauit; eamque emendationem libri ceteri editi et ſcripti confirmant. Mox pro *non minus in ſe* Put. et Moerl. *n. m. in ſeſe.* *Id.*

III, 3. *adflictam ac plane iacentem*) Maxentianorum latrociniis, ferocia. B.

III, 3. *cumque aliae feliciſſimae — ſeruata*) Senſus eſt: cum, ceteris tuis antea et poſtea expeditionibus res haud minores geſſeris, quam Roma ex ore et faucibus exitii et crudelitatis Maxentianae eripienda et ſeruanda. *Iaeg.*

III, 3. *in terrarum orbe primar.*) Roma. L.

III, 4. *non eruptione uirtutis*) Sic Rhen. Steph. Liv. Melius Cuſp. Schonh. cum Mſſ. Liv. Bert. Put. Moerl. ceterisque edd. *erupturae. Id.*

III, 4 *grandifera*) An *granifera*? A.

Grandiferae pro uulgato *grandi fenore* in Cic. Phil. 2. c. 39. habent codd. non nulli. *Iaeg.*

III, 4. *et contra rationem aetatis*) Neſcio, non integrum

nem aetatis, maximorumque fructuum, matura perceptio. Quorum alter iam obterendis hoſtibus grauis terrorem paternum, quo ſemper barbaria omnis intremuit, deriuare ad nomen ſuum

grum locum dicam potius, an uocibus etiam aliquot abundantem. Illa quidem *contra rationem aetatis* gloſſam ſapere uidentur, et rectius oratio conſtat una copula *et* deleta. A.

III, 4. *maximorumque fructuum*) In ueteri cod. meo, Cuſp. et Rh. lego *maximorumque fr.* Quis addubitet, quin uerum ſit *maximorum quoque fr.*? nam q, ſuperimpoſito orbiculo, in ueteribus libris explanate *quoque* eſt. Idem uitium eſt et in Gallienis Trebellii Pollionis, *Galli Poſtumum ad imperium uocarunt, exercitibusque conſentientibus, qui occupatum Imperatorem libidinibus querebantur.* Repone audacter *exercitibus quoque conſent.* L.

Poſſumus uulgatam lectionem tueri, iungendo *contra rationem aetatis, maximorumque fructuum*; ut ſenſus ſit: perceptio fructuum iam grandifera et matura, contra rationem aetatis tenerae, quae fructus magnos et maturos ferre non ſolet, et contra rationem maximorum fructuum, qui praecoquam maturitatem non contrahunt. In ea, quam Liuineius proponit, lectione τὸ *grandifera* et *maximorum quoque fructuum* ταυτολογεῖν uidetur: in uulgata fructus grandes et ſimul maturi oſtenduntur. *Iaeg.*

III, 5. *Quorum alter iam obterend. hoſt. gr.*) Criſpus e Mineruina. Infra: *Quamquam ad gloriam ueſtram fecunda malis ſitis natio ita raptim adoleuit, robuſteque recreata eſt, ut fortiſſimo Caeſari primitias ingentis uictoriae daret.* Rurſum: *Declarant, ecce, rationem, cupiditatemque uotorum facta Criſpi, Caeſarum maximi, in quo uelox uirtus, aetatis mora non retardata, pueriles annos gloriis triumphalibus occupauit.* L.

Criſpus Francos et Alamannos, per inacceſſa itinera, acerbiſſimo gelidiſſimae hiemis tempore, adortus, eos profligauit anno Chriſti CCCXX. Id teſtatur Porphyrius, poëta, in panegyrico Conſtantini:

— — — — *Sed Criſpi in fortia uires*
Non dubie ripas, Rhenum,
Rhodanumque tueri,
Vlteriora parant. — — — B.

III, 5. *quo ſemper*) Put. *quem ſemper.* *Iaeg.*

coepit; alter iam conſulatum, iam uenerationem ſui, iam patrem ſentiens, ſi quid intactum aut parens, aut frater reſeruet, declarat mox uictorem futurum, qui animo iam uincit aetatem. Rapitur quippe ad ſimilitudinem ſuorum excellens quaeque natura, nec ſenſim ac lente indicium promit boni, cum inuolucra infantiae uiuidum rumpit ingenium. Vnde enim principis maximi tam effuſus in liberos animus, niſi quod in illis iam ſimulacrum ſui conſpicit?

IV. Commendet inferioribus ſuos ſola neceſſitudo naturae, et qualescumque diligant, qui in illis, quod ex ſe deſiderent, non habent: praeſtantiſſimum principem hoc maxime iuuat, quod in annis primoribus iam ſunt ductae lineae, quibus

III, 5. *alter iam conſulatum*) Conſtantinus e Fauſta. Infra: *Te uero, Conſtantine Caeſar, incrementum boni publici, quibus uotis ampleetitur Romana felicitas, quae de te tantum exſpectat, quantum nomine polliceris.* Lege reliqua. L.

Hic Conſtantinus puer eſt, ſextum iam aetatis annum agens, eodemque conſul cum Criſpo fratre: neque hic primus illius conſulatus, ſed ſuperiore etiam anno cum patre conſul fuerat, ſicut Criſpus tribus ante annis cum Licinio Auguſto. C.

III, 5. *iam patrem*) Deſunt haec uerba in ed. Rhen. St. Liv. et cod. Moerl. Sed bene, cum Bert. Lang. Cuſp. ceteri illa exhibent. Patrem ſentit, qui intelligit, quo, qualique patre ſit generatus. *Iaeg.*

III, 6. *inuolucra*) Schonhov. *inuoluta.* *Id.*

III, 6. *rumpit*) Forte *rumpat*, uti Liuineius coniicit, aut *rupit.* *Id.*

III, 7. *in illis iam*) Put. *iam in illis.* *Id.*

IV, 1. *cum illi quod ex ſe*) Sic Rh. St. Liv. *cum qui in illis* etc. Schonhov. *qui in illis* codd. Liv. Put. Moerl. Cuſp. cum edd. reliquis. *Id.*

IV, 1. *ductae lineae*) Qui pingendam tabellam ſuſcipit, is lineam primum circumducit, atque operi ſuo ueluti limites praeſcribit, intra quos artem ſuam exerceat. B.

Malim

bus uirtutum ſuarum effigies poſſit includi: et pater optimus, ſed melior imperator, non tam ſibi, quam reipublicae gaudet, cum liberos ſibi ſimiles intuetur. Quibus ad perficienda, quae ingenerata ſunt, bona non ſegnis uirtutum opifex, diſciplina, coniungitur; ut ſpes aequiparandi patris certa ſit, quippe indole ſimiles: ſed ſub eodem magiſtro diſcendi fortuna felicior. Ipſum a tenero intuentes, in ipſum oculis ac mente conuerſi, nihil ab eius contemplatione deflectunt, incerti, mirentur, an diligant: niſi quod neceſſe eſt, utrumque permixte ſimul fieri. Nam et amor factorum commendator eſt, unde naſcitur admiratio; et facta cum mira ſunt, amorem inuicem creant. Ita ſpectantibus liberis, quidquid

Malim intelligere circumſcriptionem figurae ſ. extremas lineas, quibus media includuntur, gall. *le contour*. *Iaeg.*

IV, 1. *poſſit*) Vitioſe Rh. St. Liv. Grur. Pariſ. prior et Pat. *poſſet*. Baun. et Cellar. obtemperarunt Acidalio, monenti, legendum eſſe *poſſit*. *Id.*

IV, 2. *aequiparandi*) Cuſp. et Rh. *aequiperandi*, ut ſupra, c. 3, 1. *Id.*

IV, 2. *quippe indole ſimiles*) Sic edd. omnes. Acidalius corrigit: *quibus indoles ſimilis*. cod. Liv. et Put. habent *quippe indoles ſimiles*, Moerl. *quippe indoles ſimilis*. Poſſis etiam legere *quippe indole ſimili*, proxime ſcripturam Moerl. Litera *s*, prima uocum ſequentium, facile potuit uoci *indole* et *ſimili* adhaereſcere. *Id.*

IV, 3. *niſi quod*) Infra mox: *Niſi quod recte factorum contemplator acerrimus*. Iterum: *niſi quod te ipſa uis tua cogit agnoſci*. Rurſum: *niſi quod indulgentiſſimus princeps eo cariorem habet, quo maiore labore ſeruauit*. L. v. Schwarz. ad Plin. paneg. 86, 5. *Iaeg.*

IV, 3. *permixte ſimul fieri*) τὸ *fieri* abeſt ab ed. Rh. St. Liv. *Id.*

IV, 3. *commendator*) Rh. et St. uitioſe *commendatior*, quod iam emendauit Acidalius, ſuffragantibus ceteris omnibus. *Id.*

ab eo pulcherrime geritur, cum propter ipſum magis placuit, tum ſtudio imitationis inoleſcit. Iam tibi quidem in erudiendo, Imperator optime, non omnia proponebantur, quae ſequi uelles: niſi quod recte factorum contemplator acerrimus, ſi quid ſecus fieret, a ſpectandi cura pudentes oculos abſtrahebas. Dabit enim ueniam clementia tua, ſi audaciorem ueritas facit.

V. Exiſtimare quidem de principibus nemini fas eſt: nam et in ueſtibulo ſuo inquirentem repellit obiecta ueneratio, et, ſi qui propius mente adierunt, (quod oculis in ſolem ſe contendentibus euenit,) praeſtricta acie, uidendi 2 facultate caruerunt. Verum tu facis, principum maxime, ut patere uideantur, quae prius obſtructa fuerant, qui tam optas totus uideri, quam 3 ceteri recuſabant. Non terror obtentui eſt, nec occultandis, quae plerumque intrinſecus latent, demorandoque adſpectu oſtentatio ſpecioſa

IV, 5. *in erudiendo*) Videtur imperſonaliter uel paſſiue intelligendum. v. Sanct. Min. 3, 8. ibique Perizonius, et ſupra paneg. 7, 12. 2. *Id.*

V, 1. *Exiſtimare quidem de principibus*) Nimirum (ait Bucolicis Moſchus: (Bion, 7, 9.) Κρίνειν οὐκ ἔπεοικε θεῖα ἔργα βροτοῖσιν. Pacatus in Theodoſium, c. 27, 3. *ſi fas, piumque mortalibus exiſtimare caeleſtia.* L.

V, 1. *ſi qui propius adierunt*) Ita Rh. St. Liv. At Mſſ. Liv. Bert. Schonh. *ſi qui mentem propius adierunt.* Quidam libri, teſte Puteano, *ſi qui m. p. adhibuerunt*, alii: *ſi qui mentem propius adiecerunt.* Cuſp. cum edd. reliquis: *ſi qui mentem prop. adegerunt.* Codd. Put. et Moerl. *ſi qui propius mente adierunt*, quod probat Puteanus et confirmat lectio Mſſ. Liv. Bert. Schonhov. *Iaeg.*

V, 1. *ſe contendentibus*) Addendum hoc exemplis ellipſeos ſuppletae, prolatis a Sanctio 3, 3. p. m. 324. et 388. *Id.*

V, 3. *extrinſecus latent*) Aperte

cioſa perhibetur. Obtutus hominum benignus 4
receptas; nec intuentem iniquus fulgor retundit,
ſed ſerenum lumen inuitat. Nunc denique in-

 telli-

Aperte falſum. Qui enim poſſunt, quae extrinſecus poſita, latere? Scribe ergo *intrinſecus*. L.

Liuineio obtemperauerunt Baunius et Patarol cum Cellario. Mox pro *prohibetur*, uti habent ſcripti et excuſi nonnulli, Rhen. St. Liv. Pat. Cellar. *perhibetur*. Acidalius corrigit *praehibetur*, Liuineius, ſenſu eodem, ſed uerbo uſitatiori *praebetur*. Aperte ineptum eſt *prohibetur*; ſequor itaque Cellarium et ſocios. *Perhibere* interdum idem eſt, quod *exhibere*, *oſtendere*. Plin. H. N. 7. c. 25. ſ. 26. *Idem magnanimitatis perhibuit exemplum*; quo tamen loco Harduinus in aliis *praebuit* legi teſtatur, quod confirmat emendationem Liuineii. Significat etiam *adtribuere*. Idem Plinius, 18. c. 11. ſ. 26. *cum apud ueteres ponderoſiſſimo cuique tritico praecipua ſalubritas perhibita ſit*, et 19. c. et ſ. 1. *Miramur, quosdam — tam multa praeteriiſſe, nulla mentione habita tot rerum ſponte curaue prouenientium, praeſertim cum plerisque earum — maior etiam, quam frugibus, perhibeatur auctoritas*. et 29, ſ. 39. *magnam auctoritatem huic animali* (gryllo) *perhibet Nigidius*, et 25. ſ. 55. *Morſibus imponitur Vettonica praecipue: cui uis tanta perhibetur, ut incluſae circulo eius ſerpentes ipſae ſeſe interimant flagellando* et 31. ſ. 39. *In Hiſpania* (ſal) *caeditur, — cui iam pridem palma aplerisque medicis, inter omnia ſalis genera, perhibetur. Oſtentatio ſpecioſa* eſt maieſtas, quemadmodum *apud Perſas perſona regis ſub ſpecie maieſtatis occulitur*, ut Iuſtinus ait 1, 9, 11. ubi v. Bernecc. Pacatus in Theodoſ. 21, 3. *At, quam aliter illorum principum mos fuit, (quos loquar, notum eſt,) qui maieſtatem regiam imminui et uulgari putabant, niſi eos intra repoſitum Palatinae aedis incluſos, tamquam aliquod Veſtale ſecretum, ueneratio occulta conſuluiſſet; niſi intra domeſticam umbram iacentes ſolitudo prouiſa et ſilentia late conciliata uallaſſent*. Iaeg.

V, 3. *benignus receptas*) humaniter admittis. B.

V, 4. *iniquus fulgor*) Moerl. *iniquum fulgur*. Mox pro *ſed ſerenum* Cuſp. Rh. St. Liv. *ad ſerenum*, quod mendum iam Acidalius ſuſtulit, adſentientibus ſcriptis et edd. reliquis. Iaeg.

V, 4. *Nunc denique intelligimus*) Rh. St. Liv. *intelligamus*: mox pro *fuerant* codd. Liv. Bert. Moerl. *fuerunt*.

telligimus, quae desideranda in prioribus fuerant, postquam ea, quae operta in ceteris ueriti sumus,
5 in te relata ueneramur. Igitur, ut facitis, beatissimi Caesares, per omnes paternarum lau-
6 dum uias ite securi. Non simplici quidem itinere numerosae eius uirtutes ingrediuntur; sed omnia ad eumdem gloriae exitum ferunt. Nullae cupiditatum deflexiones, nullus erroris anfractus: ut uerenda progredientibus non sit dispen-
7 diosa reuocatio. Itaque maturiorem cursum instituistis, qui moram considerandi itineris non
8 habetis. Sed mihi circumuento hac ipsa rerum copia, quae potissimum capessenda sit uia, qui aditus fiat, incertum est: ita se multa offerunt specie paria, magnitudine congruentia.

VI. Verum, ut in magnis domibus interiorem ornatum uestibula ipsa declarant: sic nobis, uenturis ad ingentium uirtutum stupenda penetralia, debet laudationis ingressum et praedica-
2 tionis ianuam Roma praebere. Quae, demersa quondam tyrannidis impiae malis, et, quo maior,

runt. Acidalius ita corrigit: *sed serenum lumen inuitat: ut nunc denique intelligamus, q. d. i. p. fuerint, postquam etc.* *Id.*

V, 6. *nullus erroris*) Rh. St. Liv. *nulli erroris anfr.* *Id.*

V, 8. *Itaque se multa offerunt semper paria*) Haec est lectio Liuineii. Pro *semper* Moerl. Cusp. Rh. St. cum reliquis *specie*: pro *itaque* codd. Liv. Schonhov. P. t. Moerl. et edd. Francof. Pariſ. Pat. Cell. *ita.* Baunius: *ita specie se multa offerunt patria, magnitudine congruentia*, negligentia, puto, operarum. *Id.*

VI, 1. *Vestibula ipsa declarant*) Pindarus: Ἀρχομένου δ' ἔργου πρόσωπον χρὴ θέμεν τηλαυγές, *Opere uero inchoando illustre ponendum frontispicium est.* L.

VI, 2. *tyrannidis impiae malis*) Sub Maxentio. B.

maior, eo miſerabilior, maieſtatis priſtinae decus ad miſericordiae ambitum conferebat: Tibi tamen, Conſtantine maxime, etiam in illa ſui ſorte uenerabilis, quod, quos impenſe amamus, obſeruantia illorum integra eſt, etiamſi fortuna dilapſa eſt. In abiectos officia gratiora ſunt, quae non ex miſericordia, ſed ex honore uenerunt. Sed nimirum recte a ſapientibus ponitur connexio inter ſe apta uirtutum. Sic enim mutuo 3

VI, 2. *ad miſericordiae ambitum*) Sententia eſt: maieſtatis priſtinae decus conuertebat et adhibebat ad ambiendam, i. e. quaerendam, implorandamque miſericordiam. Ita Cicero, pro Ligar. c. 1. *Omnis oratio ad miſericordiam tuam conferenda eſt.* *Iaeg.*

VI, 2. *etiam in illa*) cod. Liv. *et in.* Mox *ſui ſorte*, ſollemni illa permutatione pronominis poſſeſſiui cum primitiuo, de qua v. paneg. 2, 2, 1. *Id.*

VI, 3. *etiamſi fortuna delapſa eſt*) Ita Moerl. cum Cuſp. Rh. St. Acidalius melius credit ſimplex *lapſa*, ut Mamert. Iulian. *Paullo ante inlaceratis Galliae prouinciae lapſus.* Legit tamen *dilapſa eſt*, quod tuetur cod. Bert. (in quo ante *fortuna* poſitum eſt,) cum edd. reliquis. Quod autem inſerenda copula *et* uerbum *dilapſa eſt* cum ſequentibus uult connectere, in eo adſentientem ſibi habet neminem. *Id.*

VI, 2. *ex miſericordia*) Liv. *ex minima.* v. ſupra, c. 3, 3. *Id.*

VI, 2. *quae non ex miſ. ſed ex hon. uen.*) Quae conferuntur non tam habita ratione miſeriae, quam dignitatis eorum, quibus impenduntur. B.

VI, 3. *Sed nimirum*) Dele *ſed.* A.

VI, 3. *recte a ſapientibus ponitur*) Decretum Stoicorum. Diogen. Laërt. 7, 1. n. 65. in Zenonis uita: Τὰς δὲ ἀρετὰς λέγουσιν ἀντακολουθεῖν ἀλλήλαις, καὶ τὸν μίαν ἔχοντα πάσας ἔχειν. Plinius, paneg. 59, 5. *Didicimus quidem, cui uirtus aliqua contingat, omnes ineſſe.* *Iaeg.*

VI, 3. *connexio apta*) i. e. iuncta, ita, ut aliae uirtutes aliarum poſcant opem et coniurent amice. *Id.*

et opera iuuant, et fructum operae partiuntur, ut facile appareat inseparabilis et indiscreta permixtio. Gessisti bellum, Imperator maxime, quod tibi non minus honos Vrbis impositus, quam eiusdem aerumna persuasit. Itaque non plus ex eo laudis fortitudini tuae datum, quam pietati tributum est, quod, dum sceleſtos persequeris, miseros liberasti. Constituta enim et in perpetuum Roma fundata est, omnibus, qui statum eius labefactare poterant, cum stirpe deletis.

VII. Non enim (qui bellorum euentus solent esse,) per uarios et uolubiles casus Mars dubius

VI, 3. *et opera iuuat*) Ita Cusp. Rh. St. Liv. Grut. Paris. prior. At Baun. cum Cellar. et Pat. *iuuant*, uti suspicatur Liuineius, et legitur in cod. Put. et Moerl. Pureanus coniicit: *Sic enim mutua se opera iuuant*: uel *se enim mutuo et opera iuuant. Id.*

VI, 4. *onus urbis*) Lege *honos*; quo modo etiam Rittershus. Praecedentia sic iubent: *non ex misericordia, sed ex honore uenerunt. A.*

Emendationem hanc, receptam merito a Cellario et Patarolo, confirmat cod. Put. et Moerl. qui exserte habent *honos*. *Iaeg.*

VI, 6. *omnibus — cum stirpe deletis.*) Maxentio cum filio Romulo, qui ante patris cladem fataliter erat mortuus. Fasti Idaciani bis consulem cum Maxentio *Romulum* memorarunt, quem filium Maxentii, et Caesarem, et post mortem consecratum fuisse, nummi documento sunt, ita inscripti: IMP. MAXENTIVS DIVO ROMVLO NV. FILIO. Et alius Golzii: M. AVR. ROMVLVS NOB. CAES. COS. Tristanus nummum habet, quo IMP. ROMVLVS, i. e. *imperator* uocatur, quasi ex Caesare Augustus tandem factus. C.

VII, 1. *solet esse*) Ita Rh. St. Liv. Ceteri omnes *solent*: recte. *Euentus* enim hic non significat exitum et finem, sed quae eueniunt. Ita Virgil. Aen. 10, 159 sq.

— *Magnus sedet Aeneas, secumque uolutat*
Euentus belli uarios. Iaeg.

VII, 1. *casus maris*) Sic et Cusp. et Rh. et St. quod pulcre emendauit Diuaeus, probante Lipsio et suffragantibus reliquis omnibus. *Id.*

dubius errauit, nec fortunae uiciſſitudo, quae plerumque proſperis rebus triſte aliquid adglutinat, uictorum laetitiam uulnerauit; ſed tanta hoſtium et tam ampla caedes, tam felix et incruenta uictoria fuit, ut credas, non bello ancipiti dimicatum, ſed ſolas impiorum poenas expetitas. Tantum etiam inter arma bona con- 2
ſcientia ſibi uindicat, ut iam coeperit non uirtutis magis, quam integritatis, eſſe uictoria. Spectat 3
enim nos ex alto rerum arbiter deus, et, quamuis humanae mentes profundos gerant cogitationum receſſus, inſinuat tamen ſeſe totam ſeruaturā

B 5 diui-

VII, 1. *uictorum laetitiam uulnerauit*) Infra: *Illa armorum oſtentatio, et operti ferro exercitus, qui imbelles oculos uulneraſſent, inuictas mentes incitauerunt.* Mox, ubi eſt *tanta hoſtium et tam ampla caedes*, miſeret me adolescentis, *(Pontani)* qui Macrobium nuper edidit, et hic *ſeges*, non *caedes*, reſcribi iubet, amplamque hoſtium caedem cum incruenta uictoria non conciliat. Acumen correctoris! Tu eum lege ad cap. XV. lib. V. L.

VII, 1. *ſolas — poenas*) Moerl. *ſolum — manus. Iaeg.*

VII, 2. *inter arma bona conſcientia*) v. ſupra paneg. 8, 4, 5. *Id.*

VII, 3. *Spectat enim nos— deus*) Plaut. Capt. 2, 2, 63. *Eſt profecto Deus, qui, quae nos gerimus, auditque et uidet.* v. ibi Taubmann. cf. etiam Gataker. ad Antonin. 3. §. 16. p. m. 119. ſq. et 12. §. 2. p. 418. *Id.*

VII, 3. *inſinuat tamen ſeſe totam ſeruaturā diuinitas)* Haec eſt ſcriptura Francof. utriusque Pariſ. Pat. et Cellar. concordans cod. Liv. et Lang. eamque tuetur Baunius, prolato iam a Liuineio loco paneg. huius c. 26, 1. *quod pugnantem nemo ſeruaret*, i. e. obſeruaret, intueretur. Sic etiam Nonius, 4, 411. p. m. 703. *Seruare, ſollicite et ſuſpicioſe obſeruare.* Exempla aliorum, qui *ſeruare* hac ſignificatione dixerunt, adeo ſunt in promtu, ut iis adferendis merito ſupersedeam. In ed. Rh. Steph. Liv. legitur *ſeruata*, manifeſto errore. Cuſp. cum Mſſ. Bert. Gud. et Put. *ſcrutatura*, a quibus non abludit Schonh. *ſeruiatura*, totidem quippe conſtans

diuinitas; nec fieri poteſt, ut, cum ſpiritum, quem ducimus, cum tot commoda, quibus alimur, diuinum nobis numen impartiat, terrarum ſe curis abdicauerit, nec inter eorum uitas diiu-
4 dicet, quorum utilitates gubernat. Illa igitur uis, illa maieſtas, fandi ac nefandi diſcriminatrix, quae omnia meritorum momenta perpendit, librat, examinat, illa pietatem tuam texit, illa nefariam illius tyranni fregit amentiam, illa inuictum exercitum tuum, tot uictoriarum conſcientia plenis pectoribus ardentem, tantis inſuper uiribus iuuit, quantas praeſtare aut deus potuit, aut amor tuus debuit; ut horrendas acies, ut incognita ferri et corporum robora fulmineus miles euerteret, ut, quidquid inſtruxerat diu-

turni

ſtans ductibus. Moerl. *ſcrutata.* Pro *totam* Liuineius ſuſpicatur *coram*, probatque *ſeruatura*, repudiato altero *ſcrutatura*, quod ipſi gloſſema ſapit. *Id.*

VII, 3. *diuin. n. numen impart.*) Rh. St. Liv. *lumen*, errore ſatis aperto. *Id.*

VII, 4. *maieſtas, fandi ac nefandi diſcriminatrix*) Virgil. Aen. 1, 546. ſq.

Si genus humanum et mortalia temnitis arma,
At ſperate Deos, memores fandi atque nefandi. *Id.*

VII, 4. *meritorum momenta perpendit* etc.) Vox *meritorum* ualet in utramque partem. Sic Lactantius, 7, 21, 7. 8. *Nec quisquam putet, animas poſt mortem protinus iudicari. Nam omnes in una, communique cuſtodia detinentur, donec tempus aduenìat, quo maximus iudex meritorum faciat examen. Tum, quorum fuerit probata iuſtitia, ii praemium immortalitatis accipient: quorum autem peccata et ſcelera detecta, non reſurgent, ſed cum impiis in eadem tenebras recondentur, ad certa ſupplicia deſtinati.* *Id.*

VII, 4. *illa pietatem tuam texit*) Haec uerba deſunt in ed. Liuineii. *Id.*

VII, 4. *inuictum exercitum*) Rh. et Steph. *inuitum*; quod mendum iam ſuſtulit Acidalius, adſtipulantibus ceteris. *Id.*

turni ſceleris longa molitio, felici congreſſione conſumeres.

VIII. O tuam, Imperator, non uictoriam magis quam clementiam praedicandam! Grauate apud animum tuum etiam mali pereunt. Inuitus pugnaſti, qui tam facile uincebas. Iamdudum quippe praeuideras, hominem non imperando habilem, non tantae maieſtatis capacem; quod magnitudo male crediti muneris extra animi anguſtias effluebat. Quod, qui tueri nequeunt, ubi, ſub tanto onere fortunae, infirmitas lapſa eſt, faciunt licentiam de poteſtate. Quid ego referam infelicium indigniſſimas caedes? quid inexpletos libidinum paſtus? quid miſeras patrimoniorum direptiones? Sileantur haec ſane, non tantum, ne ſopitam malorum memoriam oratio mea ſuſcitet, ſed ne ſanctiſſimas principis laudes, dum aliena uitia depromimus, ſermo talis inceſtet. Incrementum quidem adeptae felicitatis

VIII, 1. *Grauate etiam apud animum tuum male pereunt.*) Ita Cuſp. Rh. St. Liv. Sed iam in ora ed. Rh. et St. adnotatur, in aliis legi *mali*, idque ex Bert. profert quoque Liuineius, quibus accedunt Put. et Moerl. cum edd. reliquis, probante Acidalio et Grutero. Pro *grauate* Gud. et Moerl. mendoſe exhibet *grauiter*. Ceterum uiſa eſt concinnior collocatio uerborum in cod. Bert. ubi *etiam* ante *mali* ponitur: eam igitur amplector. *Id.*

VIII, 2. *hominem non imperando habilem*) Maxentium. *B.*

VIII, 2. *magnitudo — effluebat.*) Quod anguſtiorem haberet animum, quam ut magno muneri, male ipſi commiſſo, par eſſet. *Id.*

VIII, 2. *Quod qui*) Cuſp. Schonh. cum Mſſ. Liv. et Put. *quam qui.* *Iaeg.*

VIII, 5. *adeptae felicitatis*) *Adeptae* παθητικῶς ſumitur.

tis eſt malorum commemorata depulſio: uerum ut in ſegetibus, etiamſi multa, quae humum obſederunt, induſtria reuellenda ſunt, laborem tamen purgati ſoli neſciunt, qui fructus editos intuentur: ſic Conſtantini laudibus ſatis eſt, dum effloreſcentia bona cernimus, ne mala exciſa reputemus.

IX. Ferebas tamen, Imperator, ferebas illum in tantis malis ludentem, et, cum omnia tu ſcires, uota hominum conniuendo, patiendo, fatigabas: qui ne ſic quidem iniuſte arma caperes, etſi nondum ab homine laceſſitus, iam tamen ui-
2 tiorum eius inimicus. Sed (quod erat conſentaneum clementiae tuae) experiebaris remedia molliora, ut, quod leniri quam reſecari malles, mitior

ſumitur. Ouid. Triſt. 4, 8, 19. *Ne cadat et multas palmas inhoneſtet adeptas.* Et Tullius, de Senect. c. 2. *Senectutem ut adipiſcantur, omnes optant: eamdem accuſant adeptam.* Vbi aliqui legunt *adepti* pro *adeptam*, ſed male; ut obſeruat H. Stephanus in praefatione libri *de Latinitate falſo ſuſpecta.* Multa eius generis uerborum exempla ſuppetunt apud auctores, quae hic ego referre abſtineo. B.

VIII, 8. *induſtria releuanda ſunt*) Sic Rh. St. Liv. quod Acidalius mutandum cenſet in *releuata*; cod. Liv. habet *reuelanda*, Bert. cum Cuſp. et ceteris *reuellenda.* Iaeg.

IX, 1. *conniuendo, patiendo*) Liuineius ſuſpicatur: *conniv. patiendoque.* In cod. Gud. et Put. legitur: *conniuenti patientia.* Id.

IX, 1. *qui ne iniuſte ſic quidem*) Ita Rh. St. Liv. Sed rectius cod. Liv. Bert. cum Cuſp. et ceteris uerba ſic, uti et nos in contextu exhibemus, transponunt. Mox poſt *uitiorum* uox *eius* abeſt a cod. Moerl. Id.

IX, 2. *experiebaris rem. meliora*) Haec eſt lectio Cuſp. Rh. St. Liv. Loco uocis *meliora* codd. Liv. Bert. Put. Moerl. cum edd. reliquis exhibent *molliora*, quod iam Acidalius ſuggerebat. Pro *experiebaris* cod. Put. male praefert *experireris.* Id.

IX, 2. *remedia molliora*) Miſſis ad eum legatis, ſi forte foedus

mitior medicina ſanaret. Quin extorques animo 3
tuo et conueniendi ſtudium et concordiae uoluntatem: ſi concordiam, quam ueniam, appellari fas eſt, cum, qui poteſt uincere, optat ignoſcere. Et non dubito, quin hanc rationem caeleſtis prudentia tua duxerit, quod coniunctione ſua flagrantiſſimas hominis cupiditates uel exſtinguе-

foedus cum eo inire uellet, quod ſuperbe ille recuſauit, deiectis atque euerſis per ſummum ludibrium Conſtantini ſtatuis. B.

IX, 3. *Quin extorques a. t. c. ſt. et c. uoluntatem*?) Haec ſcriptura exhibetur a Cuſp. Rh. St. Liv. Pro *quin* Moerl. uitioſe *quum*. Poſt *animo tuo* copulam *et*, quam in Bert. exſtare indicat Liuineius, inſerunt Grut. Pariſienſes, Cellar. Pat. adſtipulante Moerl. Acidalius legi iubet: *Itaque extorques inimico tuo conueniendi ſtudium et concordiae uoluntatem: ſi concord. cet.* et hanc mutationem probabilem fieri putat iis, quae leguntur infra c. 10, 1. *Sed profecto nulla ui poſſunt coire, quae naturali diuortio diſſident.* Mihi ſecus uidetur. Tollendum eſt, quod omnia exempla typis excuſa, (excepto Cuſp.) obſedit, ſignum interrogationis, et *quin* intelligendum ita, ut adſeueret, et uicem τῆς *imo* expleat. Senſus itaque erit: Poteras iuſte arma capere, quamquam nondum a Maxentio laceſſitus. Suadebant tibi id uota hominum, ſuadebat et odium, quod in uitia eius conceperas. Sed, quae tua eſt clementia, uulnus non enſe recidere, ſed lenioribus remediis ſanare cupiebas, adeoque ab animo ipſe tuo impetrabas, ut hominis iſtius, quantumuis contaminati uitiis, conueniendi copiam quaereres, eumque ad concordiam et ſocietatem uocares. *Iaeg.*

IX, 3. *concordiam quam ueniam*) Deeſt poſt *concordiam* uocula *magis* uel *potius*; cuius ellipſeos multa exempla Cort. ad Salluſt. Cat. 9, 5. et 20, 17. et uiri docti, quos ad priorem locum laudat, proferunt. cf. etiam Bos. Ellipſ. v. μᾶλλον, p. 555. ſqq. ed. Schwebel. et Vechner. Hellenolex. 1, 1, 5. p. 138 ſq. *Id.*

IX, 3. *rationem — duxerit*) id ſpectauerit, cogitauerit. Cic. in Verr. 1, 48. *Debere eum aiebat ſuam quoque rationem ducere; multa ſibi opus eſſe, multa canibus ſuis, quos circa ſe haberet.* Male Gud. *dilexerit*. *Id.*

gueret penitus, uel modice temperaret. Nulla quippe eſt libido tam uecors, quam non capiat cum in conſortium temperantia uenerit. Deiicit oculos deformis ignauia, ubi ei pulchritudo uirtutis obiecta eſt. Tergiuerſari atque haerere petulantiam uideas grauitate, modeſtia et decore confuſam: ut appareat, te, Imperator optime, concordia impetranda non illi impunitatem uexandae Vrbis daturum, ſed leniorem petiiſſe uictoriam; cum malles uitia eius, quam arma, ſuperare.

X. Sed profecto nulla ui poſſunt coire, quae naturali diuortio diſſident: nec ulla tam fidelis eſt copula, quae in diuerſum tendentia nexu ſuo

IX, 4. *capiat)* i. e. uincat, ut Rhenanus annotauit. Ita Horat. Epiſt. 2, 1, 156.

Graecia capta ferum uictorem cepit. — Id.

IX, 5. *grauitate, modeſtia)* Liuineius coniicit *grauitate modeſtiae*, ſine neceſſitate. *Id.*

IX, 5. *concordia impetranda)* Liuineius coniicit *impetranda*; bene, ut mihi quidem uidetur. Concordia enim impetrari poteſt, imperari uix ac ne uix quidem poteſt. Infra, c. 13, 5. *negata eſſe* dicitur Conſtantino *concordia*, quod ſane τῷ *impetrare* directe eſt oppoſitum. *Concordia impetranda* hic ualet *impetratione concordiae* uel *ſi concordiam impetraſſes*. Hanc itaque emendationem, cui etiam codicis Moerl. auctoritas ſuffragatur, recipiendam iudicaui. Mox poſt *daturum* Liuineius inſerendum cenſet *fuiſſe*: debet certe ſubaudiri. Frequens tamen eſt ellipſis huius uerbi, tum alibi, tum in hocce panegyrico. Sic infra, c. 11. ſ. 1. *te laturum putauit*. ſ. 2. *An credidit, conſerenda manu non inferiorem?* et ſ. 4. *quem eadem uetuſtas locuta eſt — conſpicari ſolitum naues*. c. 12, 1. *quis dubitet, diuinitus armis tuis deditum?* c. 14, 1. *In ore denique eſt omnium Galliarum, exercitus uiſos, qui ſe diuinitus miſſos prae ſe ferebant*. c. 15, 4. *Romano quodam in bello ferunt — iuuenes — ad remunerandam induſtriam requiſitos*. *Id.*

ſuo teneat. Perpendit ſcilicet ſecum excellens 2
prudentia tua, eique ſemper pietas applicata, omnes concordiae commoditates; illam eſſe fundamentum ac radicem otii, bonorum ciuilium ſeminarium, quietis publicae ſegetem, almam pacis altricem. Sed o quam aeger eſt ad hone- 3
ſtatem recurſus his, qui iam gradum ex nequitia protulerunt! Vocas ad ſocietatem; appetitum tuum refugit, aduerſatur, horreſcit; nihil ſibi putat

X, 2. *ſecum*) Abeſt haec uox a cod. Moerl. Mox pro *bonor. ciuilium* Rh. St. Liv. *bon. ciuium*, quod non uidetur ſpernendum. *Id.*

X, 3. *Sed o quam aeger— protulerunt!*) Quam aegre ad honeſtatem ſe reuocant, qui iam nequitiae ſemita proceſſerunt. B.

X, 2. *appetitum tuum refugit*) Iniecit mihi manum ſcripta lectio, ac de inſigni aliqua menda ſuſpicionem fecit. Et, fallor? an germanum eſt: *affectum tuum?* Idque qui non adſecuti librarii ignotae et inſolenti uoci non unum interpretamentum dederunt, et alii *appetitum*, alii *amicum* (quod uero propius) interpolarunt. Propius dixi. Non enim ſane hoc *affectus* eſt quod *amicus*, ſed *neceſſarius* ac *propinquus*. Capitolinus, M. Anton. Philoſ. *Et Antoninus quidem non eſt ſatis motus defectione Caſſii, nec in eius affectus ſaeuiit, ſed per ſenatum hoſtis eſt iudicatus.* Volcat. Gallican. Auidio Caſſio: *Nec tamen Antoninus grauiter eſt iratus rebellione cognita, nec in eius liberos aut affectus ſaeuiit.* Iterum: *Denique cum quidam diceret, reprehendendum Antoninum, quod tam mitis eſſet in hoſtem ſuum, eiusque liberos et affectus atque omnes, quos conſcios tyrannidis repperiſſet* etc. Idem Capitolinus Maximinis: *Quare timentes milites, quorum affectus in Albano monte erant, medio forte die, cum a prandio quieſceretur, et Maximinum et filium eius in tentorio poſitos occiderunt.* Rurſum, Gordianis: *Affectus ſuos unice dilexit, filium et nepotem ultra morem, filiam et neptem religioſe.* Ipſe Antoninus, epiſtolâ, quam Capitolinus refert, Clodio Albino: *Quod interim a te publicari nolo, ne aut ad ipſum Papirium, aut ad eius affectus perueniat, nosque uideamur in locum uiuentis conſulis ſurrogaſſe.* Iam, quod ſupereſt, quae

putat tecum commune, quia nihil ſimile eſt. Iam
4 certe quieſcere uirtuti integrum non eſt. Nam bellum animo gerere armis abſtinentem, non concordiae ratio eſt, ſed ignaua diſſenſio.

XI. Licet non ſit in his ratio deſideranda, qui ſemel de uia praecipites ire coeperunt; mirari ta-

quae neceſſitudo Conſtantino, Fauſtam, Maximiani Herculei priuignam, in matrimonio habenti, cum Maxentio, Herculei eiusdem filio, (ſaltem ut uulgo creditum eſt) cui dubium? L.

Non capio illum *appetitum*. Vetus editio aliterrinterpunxerat: *uocas ad ſocietatem; appetitum tuum aduerſatur*, etc. idque tolerabilius animo meo. G.

Liuineius exemplis quidem ſatis luculentis docet, *affectus* dici *propinquos*: ſed propterea non uidetur ſollicitanda lectio, quam libri omnes, excepto ipſius Liv. eod. qui *amicum* habet, tuentur. Gruterus friget. *Appetitus* eſt actio appetendi, deſiderium, ut *petitus*, Lucret. 3, 173.

Attamen inſequitur languor, terraeque petitus.

Mox pro *aduerſatur* Liuineius et Acidalius malunt *auerſatur*; recte, ſi referri debet hoc uerbum ad *appetitum*; nam loci Plauti et Taciti, in quibus *aduerſari* quarto caſui iunctum uidetur, ſunt admodum incerti. v. Ern. ad Tac. H. 1, 1. Sed poteſt τὸ *aduerſari* etiam abſolute intelligi, ut in Terent. Ad. 1, 2, 64. *Cum placo, aduerſor ſedulo et deterreo.* et Phorm. 1, 2, 25. *Coepi aduerſari primo. Ineg.*

X, 4. *concordiae ratio*) i. e. concordia. Periphraſis non infrequens Ciceroni. v. g. in Verrem, 1, 2. *Neque tanta fortunis omnium pernicies poteſt accidere, quam opinione populi Rom. rationem ueritatis, integritatis, fidei, religionis, ab hoc ordine abiudicari.* et 3. 98. *Dixi iam antea, iudices, ut has omnes iniurias tollatis, tamen ipſam rationem arandi ſpe magis et iucunditate quadam, quam fructu atque emolumento teneri.* Idem de Inuent. 1, 2. *Nondum diuinae religionis, non humani officii ratio colebatur.* et ad diuerſ. epiſt. 2, 3. in f. *Sed aliter, atque oſtenderam, facio, qui ingrediar ad explicandam rationem ſententiae meae.* *Id.*

XI, 1. *mirari tamen nequeo*) Res poſcit: *Mirari tamen ſatis nequeo.* *A.*

An

tamen nequeo, cum id delatum non amplexus
sit, quod impudens esset si auderet optare. Vtrum 2
Vrbis funestam illam lacerationem lente ac re-
misse te laturum putauit? Sed natura adfert, ut
iniuriae eius, quem diligas, etiam si re ipsa gra-
ues sunt, fiant tamen amore grauiores. An cre-
didit, conferenda manu non inferiorem? Hoc 3
uero quam opinari non potuerit, exitus docuit,
cum, signis tam saepe collatis, nihil umquam
fuerit, quod aut spes aucuparetur, aut fortuna

An excidit negatiua, scripsitque? *mirari tamen non nequeo.* Certe simile aliquid requirit orationis nexus. G.

XI, 1. *cum id del.*) Acidalius et Puteanus legendum putant: *cur i. d.* In proximis pro *Vrbis* Moerl. uitiose *urbs*: loco τοῦ *natura adfert*, quod in omnibus legitur, Liuineius et Puteanus cum Baunio mallent *natura fert.* Sed pro illo stat Cicero, orat. pro Murena, c. 2. *Natura adfert, ut eis faueamus, qui eadem pericula, quibus nos perfuncti fumus, ingrediantur.* Verum non est dissimulandum, Lambinum, Muretum et Graeuium etiam *hoc* in loco repositum uelle *fert*, et sic legi in Quinctil. Inst. Or. 5, 11, 23. dissentiente tamen cod. Gothano, in quo *affert* reperitur. *Iaeg.*

XI, 2. *iniuriae eius, quem diligas*, etc.) Illatae *ab eo, quem ames.* B.

Quin potius illatae *ei, quem ames.* Gell. 9, 12, 16. *Iniurias dicimus tam illorum, qui patiuntur, quam qui faciunt.* Sic in passiua significatione dicitur Plin. paneg. 37, 1. *Onera imperii, pleraque uectigalia instituit, ut pro utilitate communi, ita singulorum iniuriis, coëgerunt.* Ita et hic debere intelligi, satis, superque claret. *Iaeg.*

XI, 3. *non inferiorem*) sc. se futurum esse. Mox pro *quam* Liv. et cod. Moerl. *quod*, male, ex compendio litterarum. *Id.*

XI, 3. *nihil umquam, quod aut spes aucuparetur*) Videatur delendum *quod*; etsi ego sane non deleo, et formam loquendi agnosco, quae in Suetonio creberrima; ut Ner. 43. *Inermem se in conspectum exercituum prodituram, nec quidquam aliud quam fleturum.* Domitian. 3. *Nec quidquam amplius quam muscas captare.* *A.*

Haec

promitteret. Dolis, credo, exiſtimauit, decipi poſſe. Sed non uirtus tua de congreſſione, quam prudentia eſt de fraude ſecurior. Quis enim ad praeſentiendum ſagacior? quis uigilantior ad uidendum? Quis contemplatur praeſentia acrius, uentura prolixius, ambigua certius, captioſa felicius? Non hinc tecum Lynceus ille certaret, qui, ut poëtae ferunt, parietum ſepta et arborum truncos uiſu facile traiiciebat; aut etiam ille, quem eadem uetuſtas locuta eſt, cum in

Haec exempla uereor ut huc quadrent. Tollitur omnis difficultas, inſerto uerbo *fuerit*, quod quidem abeſt ab ed. Cuſp. Rh. St. Liv. ſed recte in cod. Liv. Bert. Lang. Put. Moerl. et reliquis edd. legitur. In proximis *decipi poſſe* ſubaudiendum eſt *te*. v. ſupra paneg. 6, 11, 3. *Iaeg.*

XI, 4. *Dolis)* Quibus aduerſus Seuerum, Galerium ac Maximianum uſus erat. B.

XI, 4. *Quis contemplatur)* cod. Liv. et Cuſp. *contempletur*: deinde pro *felicius* Moerl. corrupte *fidelius*, et porro, loco τοῦ *hinc* Liuineius coniicit legendum eſſe *hic*, i. e. hac in re. *Iaeg.*

XI, 5. *Lynceus ille)* Lynceus, Αυγκεύς, unus ex Argonautis, fingitur tantae perſpicacitatis fuiſſe, ut per quasuis duras et opacas res oculorum acie penetraret; de quo Valer. Flacc. Argon. 1, 463. ſq.

— — — *poſſit qui rumpere terras,*
Et Styga transmiſſo tacitam deprendere uiſu.

Plutarchus de Notitiis communibus aduerſus Stoicos, ſub finem: καὶ τοι λέγεται μὲν ὁ Λυγκεὺς ἐκεῖνος διὰ πέτρας καὶ διὰ δρυὸς ὁρᾶν, *Sane Lynceus ille dicitur per ſaxum et quercum perſpexiſſe.* Fabulae interpretamentum eſt, rerum naturalium ſcientia fuiſſe inſtructiſſimum. C.

XI, 5. *aut etiam ille)* Plin. H. N. 7. c. et ſ. 21. *Huic et nomen M. Varro reddidit, Strabonem uocatum. Solitum autem, Punico bello, a Lilybaeo, Siciliae promontorio, exeunte claſſe e Carthaginis portu, etiam numerum nauium dicere.* cf. quos laudat Cellarius, Strabo, l. 6. p. 184. Aelian. Hiſt. Var. 11, 13. Val. Max. 1, 8, ext. 14. et Plutarch. loco iam dicto. *Iaeg.*

XI, 5. *uetuſtas locuta eſt)* *Loqui*

in Sicilienſi ſpecula conſtitiſſet, conſpicari ſolitum naues, quae Africae portum ſubirent; cum proſpectum hominis non aër offuſus, quem craſſiorem exhalatio maris faceret, non tantum diſiunctarum regionum longinquitas impediret.

C 2 XII.

Loqui poëtis etiam *narrare* eſt: quos et alii imitantur. Virgil. Eclog. 6, 74. *Quid loquar aut Scyllam Niſi?* Martial. epigr. 1, 25. *Qui loquitur Curios.* Minucius Felix, c. 34. *Loquitur Plato, partes orbis nunc inundare, nunc alternis uicibus ardeſcere.* C.

XI, 5. *cum in Sicilienſi ſpecula)* Ita plane etiam Plutarch. l. c. p. m. 1989. ἀπὸ σκοπῆς ἐν Σικελίᾳ. Eam fuiſſe Lilybaeum, indicat cum Plinio et aliis Aelianus, qui ἐκ τοῦ Λιλυβαίου dicit. *Africae portum* eſſe Carthaginienſem, produnt omnes: loquuntur etiam omnes de nauibus portu egredientibus; eas nimirum potius, quam ſubeuntes portum, obſeruari oportuit; ſed hoc parui intereſt ad ſcopum oratoris, qui ex memoria, puto, haec expoſuit. Ceterum abeſt uocula *in* ab ed. Rh. St. Liv. At Cuſp. et reliqui, nixi auctoritate Mſſ. eam exhibent. Pro *offuſus* Moerl. et Pat. uitioſe *effuſus*. Iaeg.

XI, 5. *non tantum diſiunctarum)* Liuineius conijcit, pro *tantum* legendum eſſe *tam*, et ſic edidit Patarol. Acidalius, Gruterus, Baunius malunt *tanta*, uti legitur in cod. Put. Poſſit fortaſſe etiam *non* ante *aër* deleri, ut ſenſus ſit: cum non tantum diſiunctarum regionum longinquitas, *ſed etiam* aër offuſus, et exhalatione maris craſſior factus, luminibus hominis officere uideretur. Ita *ſed etiam* omittitur Sen. Herc. fur. v. 15.

Nec ipſe tantum Bacchus, aut
Bacchi parens,
Adiere ſuperos: ne qua pars
probro uacet,
Mundus puellae ſerta Cnoſſiacae gerit.

Plenum erat: Nec ipſe tantum Bacchus, aut Bacchi parens, adiere ſuperos: *ſed*, ne qua pars probro uacet, mundus *etiam* puellae ſerta Cnoſſiacae gerit. Phaedrus, prol. lib. 1, v. 5. ſq.

Calumniari ſi quis autem uoluerit,
Quod arbores loquantur, non
tantum ferae.

i. e. non tantum ferae, *ſed etiam* arbores. Verum non prorſus neceſſe eſt, ut deſeratur lectio uulgata, ſiquidem τὸ *tantum* cum *diſiunctarum* iungi,

XII. Cum ſpes omnis frigere debuerit, et uoluntas pacificandi alienata ſit, quis dubitet, diuinitus armis tuis deditum, cum eo dementiae proceſſerit, ut ultro etiam laceſſeret, quem ambire deberet? O quam acres dolorum aculeos
2 habes, contumelia, quam imponit inferior! ecce enim, pro dolor! (uerba uix ſuppetunt,) uenerandarum imaginum acerba deiectio, et diuini
3 uultus litura deformis. O manus impiae! o truces

iungi, adeoque ſententia hunc in modum explicari poteſt: non aër offuſus, non longinquitas regionum, quae *tantum* i. e. tanto interuallo a ſe inuicem erant disiunctae. *Id.*

XII, 1. *ſpes*) Moerl. mendoſe *ſpecies*. Mox pro *eo dementiae* Cuſp. Rh. St. *eo dementia*, quos uero reliqui merito deſerunt. Porro τὸ *etiam* poſt *ultro* abeſt a Moerl. et ſ. 2. Rhen. et St. legunt: *aculeos a contumelia*, cuius loco Schonhov. ex coniectura reponit *ea continentia*, quod non intelligo, niſi forte σφάλμα eſt *continentia*. Acidalius delet praepoſitionem *a*, quia nimirum Contumeliam ipſam, tamquam perſonam, uocandi caſu adloquitur panegyriſta; et hanc rationem ceteri omnes recte tenent, Baunio quadamtenus excepto, qui pro *habes* coniicit *habet*; quod deinde edidit Patarol; licet languere uideatur. In Moerl. τὸ *habes* omiſſum eſt. De cetero, duce libro Bert. et iudicio aurium, uerbum *habes* poſt *aculeos* collocaui: antea legebatur: *O quam acres habes* etc. *Id.*

XII, 2. *imaginum acerba deiectio*) Mos fuit, noui imperatoris imaginem laureatam in ciuitates dimittere, ſuamque Conſtantinus et Romam miſit, ubi Maxentius agebat; et Nicomediam, ad Maximianum Galerium. Zoſimus, 2, 9. de illo: ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ τῆς εἰκόνος αὐτοῦ δειχθείσης κατὰ τὸ σύνηθες. Et Lactant. de Mort. Perſec. c. 25. *Laureata imago eius adlata eſt ad malam beſtiam.* Hanc, et alias ad illam expreſſas, Maxentius deiecit, orto diſſidio, ac foede deturpauit. C.

XII, 2. *litura deformis*) luto oblitum Conſtantini in imaginibus uultum ſignificat. Lampridius, Elagabalo, c. 13. *Miſit,*

ces oculi! Ita non caligastis? In quo lumen mundi obscurabatis, meritas ipsi tenebras non imbibistis? Commouere tandem, conscia uirtus, nec permittas hoc furori, cui de te aliud non licebat. Sed quid tandem adsequeris, caeca de- 4
mentia? Aboleri hic uultus non potest. Vniuersorum pectoribus infixus est; nec commendatione cerae, aut pigmentorum fucis renitet, sed desiderio efflorescit animorum. Vna demum Constantini obliuio est humani generis occasus. Nunc uero commendabiliorem iniuria tua faciet 5
patientiam eius: auidius expetent, quem pictura non reddit. Flagrantiora sunt animorum desideria, cum oculorum solatia perdiderunt.

XIII. Nihil profecto grauius, nihil miserius, Roma, doluisti. Quamuis recondite magis gemeres, et ingestos quotidie luctus callo quodam obduratae patientiae sustineres, confes-

Misit, qui in castris statuarum eius titulos luto tegerent, ut fieri solet de tyrannis. Id.

XII, 3. *in quo lumen mundi obscurabatis*) Lege: *ita, quum lumen mundi obsc. A.* Purus, putus Graecismus, ἐν ᾧ ἠμαυροῦτε, *dum obscurabatis.* Exempla obuia. L.

XII, 4. *commendatione cerae aut pigmentorum fucis renitet*) Pro *aut* cod. Liv. et Moerl. cum Gud. *ac*; et pro *renitet*, quod Gud. idem, cod. Moerl. et Cusp. Rh. St. Liv. edd. agnoscunt, Francof. utraque Paris. cum Pat. et Cellar. *retinet*, nullo commodo sensu. Iaeg.

XII, 5. *iniuria tua*) i. e. iniuria, quam tu, caeca dementia, (nam adhuc προσωποποιεῖ) intulisti. Id.

XIII, 1. *miserius*) Moerl. *miserabilius.* Id.

XIII, 1. *recondita alte*) Sic omnes omnino, excepto cod. Gud. et Liv. qui *recondite* praeferunt, quod Liuineius sequitur, et *alte*, ut glossam, delet; εὐσοχώτατα. Id.

ſus eſt ſe inconſultior dolor, nec timuit deprehendi, et male clauſi ſigna maeroris per uultus
2 indices exierunt. Hoc enim, Roma, tot uulneribus ſaucia, uindicari uolebas, cum tamen praeſtantiſſimus princeps, iniuriae ſuae negligens,
3 ulciſci tuas mallet. Ita ambo, benigni ratiocinatores officiorum, paria feciſtis: tu uoto, quo ſolo ualebas; ille amore pariter et facultate, ut tantum bonorum tibi tribueret, quantum te ſibi uelle

XIII, 1. *male clauſi ſigna maeroris per uultus indices exierunt.)* Valde adridet ſcriptura cod. Put. Gud. et Moerl. *maeroris uultus indices extiterunt.* Quodſi eam admittamus, delendum eſt, ut iam Puteanus monuit, *τὸ ſigna*, quod τοῦ *indices* gloſſema eſſe exiſtimari poteſt. Sic loquitur, eodem citante, Auct. paneg. Flauienſ. nomine: *cum lacrimae illae pietatis eſſent indices, non doloris.* *Id.*

XIII, 2. *cum tam praeſt. pr.)* Sic Rh. St. Liv. Acidalius reſcribit *cum contra* uel *c. tamen*; et haec poſterior nocula in codd. Liv. Bert. Put. Moerl. et ed. Cuſp. reliquisque inuenitur. *Id.*

XIII, 3. *benigni ratiocinatores officiorum*) In ſubducenda officiorum ratione liberales, qui alterum magis, quam ſe ipſi, reſpiciunt. Ita Tullius, Off. hc. 1, 18. *bonos ratiocinatores officiorum* uocat οἰκείους, qui adcuratiſſima diligentia utuntur, et addendo, deducendoque uident, quae reliqui ſumma fiat: ex quo, quantum cuique debeatur, poſſit intelligi. *Id.*

XIII, 3. *paria feciſtis)* Formula loquendi petita ab arte numerorum et rationum. Significat autem *efficere, ut rationes accepti et expenſi pares ſint et congruant*; ac proinde idem quoque ualet, quod *compenſare, rependere, par pari referre.* Plin. Paneg. 6, 5. *Solus ergo ad hoc aeui pro munere tanto paria accipiendo feciſti; immo, ultro dantem obligaſti.* Idem 81, 1. *Quodſi quando cum influentibus negotiis paria feciſti* etc. v. ad hunc poſteriorem locum Schwarz. qui feſtiua exemplorum copia formulam eam illuſtrat. *Id.*

XIII, 3. *tribueret — recognoſceret)* cod. Liv. *retribueret*: Bert. Gud. et Moerl. *cognoſceret.* v. de compoſitis ex *re* adnot. ad paneg. 1, 11, 3. *Id.*

uelle recognoſceret. Pugnaſti igitur, Imperator, coactus quidem, ſed hoc maxime uictoriam meruiſti, quia non deſiderabas. Optaſti pacem, ſed ignoſce, ſi plus omnium uota ualuerunt. Nec illa ſolita obſecundare coeptis tuis diuinitas in hoc refragata eſt; ſed aliquid ex ſententia tua non cedit, ut plus pro meritis iniret. Negata eſt concordia, cui erat parata uictoria.

XIV. In ore denique eſt omnium Galliarum, exercitus uiſos, qui ſe diuinitus miſſos prae

XIII, 5. *Ne illa diuinitus obſecunda coeptis tuis ſolita in hoc* etc.) Ita corrupte Cuſp. Rh. St. Aliquantulo emendatius Liv. *Nec illa diuinitus obſecundare* etc. Veram lectionem *diuinitas obſecundare* reſtituit iam Rhenanus et ingenii ſagacitate praeuertit teſtimonia codd. Mſſ. Liv. Bert. Gud. Put. Moerl. Elegantior eſt collocatio uerborum in Lang. *obſ. c. t. ſ. diuin.* Gruter. uterque Pariſ. cum Pat. et Cellar. *ſolita obſ. c. t. div.* *Id.*

XIII, 5. *ex ſententia*) Liv. corruptiſſime *et ſcientia.* Rh. cum ſatellite *e ſententia*: ceteri omnes *ex ſent.* *Id.*

XIII, 5. *non cedit, ut plus pro meritis iniret.*) Emendem *inires*, h. e. conſequerere. L.

Lege: *et aliquid e ſententia tua non cecidit, ut plus pro meritis ueniret.* *A.*

Coniungendum uidetur, *ut plus promeritis iniret.* *G.*

Scripturae nulla eſt uarietas: locus autem quin uitio laboret dubitari non poteſt: auxilium itaque ab ingenio petendum. Qua in re feliciſſime uerſatus eſſe uidetur Acidalius: nam Liuineii emendatio, facilis illa quidem et plana, nequit probari. *Inire* ſimpliciter pro *conſequi* non adhibetur; et, ſi retinetur *cedit*, ſequi debet *ineas*. Gruteri ratio mihi quidem prorſus ignorabilis eſt et obſcura. Sententiam ſatis dilucide explicat Baunius, hisce uerbis: „Nec diuinitas „illa, quae tibi rebus in „omnibus obſecundat, tuis „uotis non obſecuta eſt, cum „fecit, ut Maxentius oblatum „foedus non acciperet, ſic„que ampliorem tibi laudis „ſegetem daret.„ *Iaeg.*

XIV. 1. *exercitus — diuinitus miſſos*) Labari alii memi-

§ ſe ferebant. Et quamuis caeleſtia ſub oculos hominum uenire non ſoleant, quod craſſam et caligantem aciem ſimplex illa et inconcreta ſubſtantia naturae tenuis eludat: illi tamen auxiliatores tui, adſpici auditique patientes, ubi meritum tuum teſtificati ſunt, mortalis uiſus contagium

meminerunt, nec mentionem faciunt horum exercituum caelitus miſſorum, non omiſſuri, ſi id uerum foret. Sed nimirum quod Romae de labaro increbuerat, fama apud alias nationes in maius auxit, ut ſolet eundo ũires adquirere. P.

XIV, 2. *ſub oculos*) Cuſp. Rh. St. Liv. *ſub oculis*: at cod. Liv. et Bert. *oculos*, quod reliqui omnes tuentur. Mox poſt *ſimplex* Bert. cum Cuſp. inſerit *illa*, uoculam admodum emphaticam, quae contextum (admiſi enim) non dedecorabit. Pro *naturae* Moerl. male *natura*: et pro *illi tamen* Bert. *ibi t.* quod merito ſibi diſplicere dicit Liuineius. *Ineg.*

XIV, 2. *adſpici, auditique patientes*) Pacatus in Theodoſ. *Nec uideri modo patiens, ſed facilis audiri.* Horat. I, 1. od. 2. v. 41 ſqq. *Siue mutatã iuuenem figura*
Ales in terris imitaris, almae
Filius Maiae, patiens uocari
Caeſaris ultor. L.

XIV, 2. *mortalis uiſus*) Rh. et St. *m. uerſus*, quod iam correxit Rhen. ſicut etiam ſupra loco *patientis*, ut in ſuo, Stephanique exemplo legitur, ueram ſcripturam in margine indicauit. Mox addendam eſſe negationem cenſet Acidalius, ſc. *mort. uiſ. contag. non refugerunt.* Sed poteſt uulgata, ſine mutatione, retineri, et ita explicari: Quamuis caeleſtia omnino non ſoleant uenire ſub oculos hominum, illi tamen auxiliatores tui aliquamdiu ſe adſpici et audiri paſſi ſunt, et tunc demum, cum tui cauſſa ſe uenisſe ſatis declarauerant, mortalium adſpectui ſe ſubduxerunt. *Contagium*, uox poëtica, anceps eſt et utroque uerſus poteſt dici. v. Gell. 12, 9, 2. Hic fortaſſe contactum et quaſi commercium rei, etſi non in ſe malae, multo tamen inferioris ſignificat, et caeleſtes illas ſubſtantias mortalium adſpectu quaſi pollui oſtendit: niſi potius (quod malim) ſimpliciter, ut infra, c. 16, 2. intelligendum eſſe uideatur. In malam partem uſus eſt hac locutione Cicero pro Cluent. c. 68. *Nemo erat illorum, — quin expiandum illum locum eſſe arbitraretur,*

gium refugerunt. Sed quaenam illa fuiſſe dicitur 3
ſpecies? qui uigor corporum? quae amplitudo membrorum? quae alacritas uoluntatum? Flagrabant uerendum neſcio quid umbones coruſci, et caeleſtium armorum lux terribilis ardebat: tales enim uenerant, ut tui crederentur. Haec 4
ipſorum ſermocinatio, hoc inter audientes ferebant: CONSTANTINVM PETIMVS, CONSTANTINO IMVS AVXILIO. Habent pro- 5
fecto et diuina iactantiam, et caeleſtia quoque tangit ambitio. Illi caelo lapſi, illi diuinitus miſſi gloriabantur, quod tibi militabant. Ducebat 6
hos, credo, Conſtantius pater, qui terrarum triumphis altiori tibi ceſſerat, diuinas expeditio-

C 5 nes,

retur, quacumque illa iter faciſſet: nemo, quin terram ipſam uiolari; quae mater eſt omnium, ueſtigiis conſceleratae matris putaret. Itaque nullo in oppido conſiſtendi poteſtas ei fuit: nemo ex tot hoſpitibus inuentus eſt, qui non contagionem adſpectus fugeret. Cum noſtro hoc loco poteſt non inepte comparari Virg. Aen. 4, 276. ſqq.

— — — *Tali Cyllenius ore locutus*
Mortales uiſus medio ſermone reliquit,
Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram. Iaeg.

XIV, 3. *Flagrabant uerendum neſcio quid; umbone coruſci et cael. arm.* etc.) Lege *Flagr. uer. n. quid umbones coruſci.* A.

Huic monito paruit Cellarius, parebimus et nos. In proximis loco τοῦ *terribilis* Moerl. cum Gud. habet *horribilis*, et ſ. 5. pro *et diuina* Put. et Gud. *etiam div.* ſ. 6. uerbum *credo* abeſt a Moerl. Iaeg.

XIV, 6. *terrarum triumphis altiori tibi ceſſerat*) *altiori*, i. e. maiori, ſcilicet *ſe*. Incertus in Conſtantinum: *Lectiſſima et pulcherrima Diui patris tui facta ſuperaſti; ipſum, inquam, Diuum Conſtantium iam primis imperii tui luſtris rerum geſtarum laude cumulaſti.* L.

Equidem non prorſus repudio hanc lectionem et interpretationem: id tamen non poſſum non profiteri, magis placere ſcripturam codd.

nes iam diuus agitabat. Magnus hic quoque pietatis tuae fructus, quod, quamuis particeps caeli, ampliorem ſe fieri gartia tua ſenſerit, et, cuius munera in alios influere iam poſſent, in eum ipſum tua munera redundarint.

XV. Cedat tibi non recentium ſaeculorum modo, ſed totius memoriae uetuſtas, quamuis illa, recti appetens, et nullo umquam deprauata in officio, glorietur, penes ſe ſanctitatis famam ſtetiſſe: Sed negliguntur praeconia hominum, ubi quaeruntur iudicia diuina. Illi igitur ueteres, laudati uitae moderatores, qui refrenandis cupiditatibus reſtricte, contenteque uixerunt, quorum

codd. Put. Gud. et Moerl. qui *altior* praeferunt, ut ſenſus ſit: qui altior et maior triumphis terrae tibi eos agendos permiſerat, et diuinas expeditiones etc. Quodſi non metuendum eſſet interdictum de ui, eiicerem uerba *tibi ceſſerat*, legeremque: *qui terr. triumph. altior diu. exp. iam div. agitabat.* In ſequentibus pro *poſſent* et *redundarint* Cuſp. Rhen. St. *poſſint* et *redundarunt*, quod mendum iam ſuſtulit Acidalius, conſentientibus ceteris omnibus. *Iaeg.*

XV, 1. *totius memoriae uetuſtas)* Legendum uidetur: *tot. memoria uetuſtatis.* Quae enim eſt uetuſtas recentium ſaeculorum? *Id.*

XV, 2. *Sed nec leguntur praeconia hominum*) Forte *negliguntur.* L.

Vnam uocem fac *neclegguntur*, id eſt *negliguntur.* Etiam quae praecedunt ſic diſtinguantur, ut illud *quamuis* et hoc *ſed* inter ſe appareat referri. Ita enim eſt etiam Pacat. *Alta licet uulnera proximus nobis Italus, contiguus oſtendat Hiſpanus: ſed in dolore ſuo habet ſuum uterque ſolatium. A.*

Subſcripſerim emendationi Liuineianae, *ſed negliguntur praeconia.* Ortus error a ratione ſcripturae antiquae *negleguntur.* G.

XV, 3. *Illi igitur*) Moerl. *Illi ergo. Iaeg.*

XV, 3. *reſtricte, comptequ uixerunt*) Placet *reſtr. contenteque.* Pacatus in Theodoſ. c. 13, 3. *cum uideret Imperatorem, rerum potentem, terrarum hominumque dominum, parce contenteque uiuen-*

rum omnis aetas armis conterebatur, quando tantam in praelio diuinam opem pro merito integritatis habuerunt? ut, qui longe a uirtutibus tuis diſtant, in proximo ſaltem iuſtitiae gradu reponantur. Romano quodam in bello ferunt duos 4
cum equis iuuenes, ſpectatos forma pariter ac uiribus, quia in dimicando praeter ceteros inſignes fuiſſent, iuſſu imperatoris ad remunerandam induſtriam requiſitos. Vbi nulli inueniebantur, fides habita eſt, diuinos fuiſſe, quod, cum laborem

uiuentem. Plautus, Aſinaria: *mater illum arcte contenteque habet.* Alioqui *compte*, ſuperaddita lineola, in uetere ſcriptura eſt *compoſite.* L.

Liuineii emendationem in contextum recepit Cellarius, quem et nos ſequimur. *Iaeg.*

XV. 4. *Romano quodam in bello* etc.) Moerl. *R. quondam in b.* Put. delet *in*; quod etiam deletum uult Liuineius. Mox pro *duos* cod. Liv. et Bert. *duo.* Cuſp. Rh. St. *duos cum equis iuuenes extitiſſe.* Verbum hoc *extitiſſe* abeſt a Liv. Grut. et reliquis edd. Legitur uero in MS. Gud. quoque ac Moerl. qui et pro *duos cum equis iuuenes* habet *duos inc.* h. e. in equis ſ. plane, ut Florus de hac re ipſa, 1, 11, 4. *Ea demum atrocitas fuit praelii, ut interfuiſſe ſpectaculo deos fama tradiderit; duos in candidis equis, Caſtorem atque Pollucem nemo dubitarit.* Porro, pro *quia* ſatis bene Bert. *qui.* *Id*

XV, 4. *Romano quodam in bello*) aduerſus Latinos, duce Poſtumio. Lege Dionyſ. Halicarnaſſ. l. 6. p. 350. ſq. et Florum, l. 1. c. 11. Ipſe Cicero de Nat. Deor. 2, 2. *Apud Regillum bello Latinorum, quum A. Poſtumius dictator cum Octauio Mamilio Tuſculano praelio dimicaret, in noſtra acie Caſtor et Pollux ex equis pugnare uiſi ſunt.* C.

XV, 4. *ad remunerandam induſtriam*) Ita codd. Bert. Put. Moerl. cum edd. Cuſp. Grut. Pariſ. Cell. Pat. At Liv. Rh. Steph. *ad remunerandum*, paſſiuo ſignificatu. v. paneg. 7, 12, 2. et, quem iam laudaui, Cort. ad Sall. Iug. 62, 8. In proximis pro *nulli inueniebantur*, Rh. St. Liv. *nullus inueniebatur*: et τὸ *cum* ante *laborem* abeſt a cod. Moerl. et ed. Liv. Rh. St. Ceteri eam uoculam, petitam e Bert. et Cuſp. tuentur. *Iaeg.*

rem ſedulo communicauiſſent, laboris pretium
5 reſpuiſſent. Equidem hiſtoriae non inuitus adſentior. Neque enim in hoc ueri interpolatrix tenenda, quae ſe non uanam antiquitatis nuntiam pollicetur. Sed tamen illi, qui hoc annalium monumentis illigauerunt, uerebantur, ne
6 apud poſteros miraculi fides claudicaret. Eſtote, o grauiſſimi auctores, de ſcriptorum religione ſecuri; credimus facta, qui maiora nunc ſenſimus. Magnitudo Principis noſtri geſtis ueterum fidem
7 conciliat, ſed miraculum detrahit. Pro auxilii copia negotiorum ratio metienda eſt. Duo quondam iuuenes, ſed nunc exercitus uiſi. Hoc certe uberius, nec infirmius ueritate. Stat argumento

XV, 5. *annal. monum. illigauerunt*) Put. Gud. et Moerl. *alligauerunt*: minus recte. Cic. de Orat. 3, 44. *Orator ſic illigat ſententiam uerbis, ut eam numero quodam complectatur et adſtricto et ſoluto.* Idem Orat. ad M. Brut. c. 27. *Eſt quoddam inſigne et florens orationis, pictum et expolitum genus, in quo omnes uerborum, omnes ſententiarum illigantur lepores.* et Acad. Quaeſt. 4, 2. *Reſtat, ut iis reſpondeam, qui ſermonibus eiusmodi nolint perſonas tam graues illigari.* *Id.*

XV, 6. *Eſtote — ſecuri*) Haud metuite, ne parum fideliter res deſcripſiſſe uideamini. B.

XV, 6. *credamus*) Ita Cuſp. Rh. St. Liv. cum Gud. et Moerl. Sed Lang. Grut. Pariſ. Cell. Pat. *credimus.* *Iaeg.*

XV, 7. *pro auxilii copia negotiorum ratio metienda eſt.*) h. e. momentum et magnitudo negotiorum ex magnitudine auxilii aeſtimari debet. *Id.*

XV, 7. *Hoc certe uberius*) Bert. *H. c. uel ub.* forte *et. L.*

XV, 7. *Hoc. c. uber. — ueritate*) Hoc certe maius, nec minus uerum. B.

XV, 7. *Stat argumento dupl. n. f.*) Praeclare *ſtat.* Ac memini equidem, (quod nunc commodum mihi uenit in mentem) obſeruare etiam tum puer in Propertio, eleg. 16. l. 3. emendandum uideri *Occidit, et miſero ſat erat uiceſimus annus;* non, (ut circum-

mento duplici fides nixa. Sic Conſtantinus iuuari meruit, ſic debuit Roma ſeruari.

XVI. Magnum hoc, Imperator maxime, ſed de tua pietate non mirum. Adeſſe tibi in omnibus ſummam illam maieſtatem, quae te circumflexa tueatur, coniectura mentium tenebamus, etſi nondum ad fidem patebat oculorum. Etenim cum mens tua, mortali contagione ſecreta, 2

cumfertur,) *ſteterat*: uiciſſimque eiusdem operis tertia, ubi uulgatur: *Stant mihi cum domina praelia dura mea*, de ſententia legendum, *Sat mihi* etc. Hoc enim ait, ſatis ſibi eſſe cum domina bellum, ut quaerendus non ſit externus hoſtis, praeſertim qui fortunae ſplendorem et opes non ambiat. Tu iudica, mi lector. *L.*

Rh. St. Liv. *ſat*: ſed bene ex Bert. et Cuſp. quibus et Schonhov. Put. Moerl. addunt ſe comites, editores reliqui *ſtat* receperunt. Quemadmodum *fides claudicare, uacillare*: ita et *ſtare* dicitur. Sic Plaut. Pſeud. 1, 5, 61 ſq.

— — — merito eſſe iratum arbitror,
Cum apud te parum ſtet fides.

Claudian. de laud. Stilich. 2, 295.

Opprobrii ſtat nulla fides. — —

Verbum *ſtare* pro *eſſe*, cum aliqua uel exempli uel diuturnitatis ſignificatione, poni, obſeruat Brouckhuſ. ad Tibull. 1, 7, 92. *Iaeg.*

XV, 7. *Roma ſeruari)* corruptiſſime in contextu Liuin: *ratione ſeruari. Id.*

XVI, 1. *circumflexa)* Forte *circumplexa. L.*

XVI, 2. *mens tua, mortali contagione ſecreta*) *Contagio* hic eſt idem quod *commercium, influxus, uis.* Ita Cicero, Tuſc. 1, 30. *Qui ſe integros, caſtosque ſeruauiſſent, quibusque fuiſſet minima eum corporibus contagio, ſeque ab his ſemper ſeuocaſſent, eſſentque in corporibus humanis uitam imitati deorum, bis ad illos, a quibus eſſent profecti, reditum facilem patere.* Idem de Diuinat. 1, 30. *Cum ergo eſt ſomno ſeuocatus animus a ſocietate et a contagione corporis, tum meminit praeteritorum, praeſentia cernit, futura praeuidet. Iacet enim corpus dormientis ut mortui: uiget autem et uiuit animus.* v. infra, c. 25, 4. et ſupra, c. 14, 2. Ammian. Marcellin. 14, 11. *Solutus — corporeis nexibus animus, ſemper uigens motibus indefeſſis, et cogitationibus ſubiectus*, etc. *Iaeg.*

ta, pura omnis, funditus ſincera, ubique ſe promerendo deo praeſtet; cum gloria tua humanum modum ſupergreſſa ſit: quis eſt hominum, quin opitulari tibi deum credat, cum id et uita mereatur, et rerum geſtarum magnitudo teſtetur? Parumper igitur ab inſtituto curſu non ingrato deuerticulo recedamus. Tenebo hunc orationis modum, ut neç inhumane de ceteris muta ſit, nec

XVI, 2. *ubique ſe promerendo deo praeſtet*) Lege: *pro uerendo Deo praeſtet*. Imo potius: *promerendo Deum praeſtet*. *A.*

Baunius uulgatam lectionem ſic interpretatur: *cum mens tua nihil omittat, in quo deum ſibi conciliare poſſit*. Recte, ut mihi quidem uidetur. *Praeſtare ſe promerendo deo* ſic dicitur, ut Pacat. c. 13, 1. *Vbi primum te imperio praeſtitiſti*: et *deum promerere* idem uidetur eſſe ac *demerere*. Ita uero Pedo, Conſol. ad Liv. v. 131. ſq. *Nam quid ego admiſi? quae non ego numina cultu, Quos ego non potui demeruiſſe deos?* Quare non probandam puto, ſpecioſam quamuis, Acidalii coniecturam poſteriorem: priorem ipſe merito repudiauit. In ſequentibus pro *ſupergreſſa* Bert. *egreſſa*. *Iaeg.*

XVI, 2. *quis eſt hominum*) Poſſit fortaſſis hoc ferri: ſed melius et a Nazario ſcriptum puto: *quis eſt omnium*. Quis neſcit, quam crebro inuicem haec duo nomina ſeſe extruſerint? Sic in lege 9. *Leges ſacratis*. C. de legib. nimis diu perperam uulgatur in omnibus libris *hominum*, cum legi debeat *omnium*. *Leges ſacratiſſimae, quae conſtringunt hominum uitas, intelligi ab omnibus debent, ut uniuerſi, praeſcripto earum manifeſtius cognito*, etc. Iam diu eſt, cum hoc in codice meo annotaram, cum tandem diſerte ita ſcriptam uidi hanc legem apud Ioann. Saresberienſem, l. 4. Polycr. c. 6. *Rittersh.*

XVI, 2. *rerum magnitudo*) Sic Baun. At Cod. Moerl. cum edd. omnibus inſerunt *geſtarum*, quam uocem, uncis a ſe incluſam, abeſſe a libris quibusdam teſtatur Cellarius: ſed, quinam ſint iſti libri, nec ille indicat, nec ego inuenio. *Iaeg.*

XVI, 3. *nec inhumane — obloquatur*.) Vt neque alias actiones parum humaniter ſileam, nec in praeſentibus commemorandis cum aliquorum inuidia haeream. B.

Particula *de* ante *inſtantibus*

nec odioſe de inſtantibus obloquatur. Tu, im- 4
perator optime, inito principatu, adhuc aeui
immaturus, ſed iam maturus imperio, oſtendiſti,
curſum aetatis non exſpectandum in feſtinatione
uirtutis. Tu exinde domi militiaeque iuxta bo- 5
nus, nuſquam gradum extuliſti, quin ubique te
gloria, quaſi umbra, comitata ſit. Tu ferociſ-
ſimis regibus Aſcarico et comite ſuo captis, tanta
laude res bellicas auſpicatus es, ut eam inaudi-
tae magnitudinis obſidem teneremus. Vt Her- 6
culem ferunt, tenerum adhuc atque lactentem,
duos angues manu eliſiſſe, (ut iam in infantulo indo-
les

bus abeſt bene a cod. Liv. Bert. Moerl. *Iaeg.*

XVI, 4. *aeui immaturus*) Atqui, ſi Euſebio, Sozomeno et Eutropio fides eſt, (qui eum anno aetatis LXV. obiiſſe dicunt, imperii uero XXXII.) tum agebat annum tertium ſupra triceſimum. Sed nimirum aeui immaturum eum uocat prae Maximiano et Diocletiano, quos ſenes imperatores uiderat. B.

XVI, 5. *comite ſuo*) τὸ ſuo deeſt in Rh. St. Liv. et *Comite*, quaſi proprium nomen eſſet, legitur. Sed comes ille Aſcarici fuit Regaiſus. v. Eumenii paneg. 6, 11, 6. *Iaeg.*

XVI, 5. *ut iam inauditae* etc.) Bert. et Cuſp. pro *iam* habent *eam*; quod probat Liuineius, et ſubaudiendum monet *laudem*, quod praeceſſit. Lipſius, epiſt. quaeſt. 4, 27. legi iubet: *ut famam*, temere, ut iudicat Liuineius, nec neceſſario. Illud *eam*, quod ueritatis ſpecie commendatur, in contextum recipere non dubitauimus. In cod. Moerl. lacuna hoc loco eſt; legitur ſcilicet: *auſpicatus es, ut Herculem ferunt* etc. omiſſis interiectis; et in fine, pro *famoſa* male idem praefert *facinoroſa*. *Id.*

XVI, 5. *obſidem*) ſignum certum et quaſi pignus. Cic. Catil. 4, 5. *Habemus a C. Caeſare — ſententiam, tamquam obſidem perpetuae in rem publicam uoluntatis.* Idem pro M. Coelio, 32. *Habet a M. Coelio res publica duas accuſationes, uel obſides periculi, uel pignora uoluntatis.* Infra, Paneg. Mamert. Iulian. c. 3, 3. *conuincerem, eas — odii fuiſſe cauſſas, quae — fidei obſides eſſe debuerint.* *Id.*

XVI. 6. *duos angues*) a Iuno-

oles futuri roboris emicaret): ſic tu, Imperator, in ipſis imperii tui cunabulis, quaſi geminos dracones necares, per ſaeuiſſimorum regum famoſa ſupplicia ludebas.

XVII.

Iunone, eius nouerca, in eius cunabula immiſſos. Virg. Aen. 8, 288.

— — — *Vt prima nouercae*
Monſtra manu geminosque premens eliſerit angues. B.

XVI, 6. *ut iam infantulo indoles f. r. immicaret.*) Sic edd. omnes, praeter Pat. et Cellarianam, quae admiſerunt emendationem Acidalii *in infantulo i. f. r. emicaret.* Verbum *immicare* uix Latinum eſſe cenſet Cellarius. *emicaret* habet quoque cod. Gud. et Put. *Iaeg.*

XVI, 6. *ludebas*) Forte *praeludebas.* Nam praeluſiones iſtas omnino reſpicit: de quibus ad Tragoedias Senecae. A.

In locis Senecae, quos demonſtrare uidetur, rectius legitur *proludere.* cf. ſupra, paneg. Eumen. pro reſtaur. ſchol. 2, 4. et Gronov. ad Tragici Herc. fur. v. 222. Repetam paullo altius, ut orationis ſeries melius perſpiciatur. v. 214. ſqq. Megara loquitur de Hercule:

— — — *Numquid immunis fuit*
Infantis aetas? monſtra ſuperauit prius,
Quam noſſe poſſet. Gemina criſtati caput
Angues ferebant ora, quos contra obuius
Reptauit infans; igneos ſerpentium
Oculos remiſſo lumine ac placido intuens,
Artos ſerenis uultibus nodos tulit,
Et tumida tenera guttura elidens manu,
Proluſit hydrae. — — —

Addit cum Delrio Gronouius Hippolyt. v. 1061 ſq. ubi ſermo eſt de monſtro marino, equos Hippolyti conſternaturo:

Vt cepit animos, ſeque praetentans ſatis
Proluſit irae, praepeti curſu euolat.

cf. etiam Troad. v. 181 ſqq. Med. v. 095 ſqq.

Verum enim uero haec non eo ualent, ut lectionem uulgatam mutare cogamur: nam et ſimplex *ludere* ſignificat *exerceri ad gradiora,* προγυμνάζεσθαι. Tibull. 1, 4, 45.

Si ſuolet arma, leui tentabis ludere dextra.

ubi v. Brouckhuſ. *Iaeg.*

XVII. Franci ipſi, praeter ceteros truces, quorum uis, cum ad bella efferueſceret, ultra ipſum Oceanum aeſtu furoris euecta, Hiſpaniarum etiam oras armis infeſtas habebat, ii igitur ſub armis tuis ita conciderunt, ut deleri funditus poſſent, niſi diuino inſtinctu, quo regis omnia, quos ipſe adfeceras, conficiendos filio

XVII, 1. *ultra ipſum Oceanum* etc.) Tangit Probi Imperatoris tempora, ſub quo Francorum manus *a Ponto*, quo in loco captiui Franci tenebantur, *correptis nauibus, Graeciam, Aſiamque populati, nec impune plerisque Libyae littoribus adpulſi, ipſas poſtremo naualibus quondam uictoriis nobiles ceperant Syracuſas: et immenſo itinere peruecti Oceanum, qua terras irrupit, intrauerant*; i. e. fretum Gaditanum, proindeque et Hiſpanias; *atque ita euentu temeritatis oſtenderant, nihil eſſe clauſum piraticae deſperationi, quo nauigiis pateret acceſſus.* v. Eumen. paneg. 4, 18, 3. B.

Gallieni imperium notat: *tum Francorum gentes, ſpoliata Gallia, Hiſpaniam poſſederunt, uaſtato ac paene direpto Tarraconenſium oppido, nactisque in tempore nauigiis pars in usque Africam permeauit.* Verba ſunt Sex. Victoris, de Caeſ. 33, 3. L.

Sub Gallieno, ignauo imperatore, Eutrop. 9, 6. Sub illo *Germani uſque ad Hiſpanias penetrauerunt, et ciuitatem nobilem Tarraconem expugnauerunt.* C.

XVII, 1. *ii igitur*) Moerl. et Liv. codd. *bi*; quae ſaepius permutari obſeruat Heuſinger. ad Cornel. Nep. Praef. ſ. 2. et Epaminond. 7, 3. itemque Schwarz. ad Plin. paneg. 39, 2. 58, 1. *Ineg.*

XVII, 1. *regis*) An *geris.* *A.*

XVII, 1. *quos ipſe adfeceras, afficiendos filio reſeruaſſes.*) *affeceras* eſt in Cuſp. Rh. St. Liv. et Mſ. Gud. pro quo ex Lang. *afflixeras* receperunt Gruter. Pariſ. Cellar. Pat. Loco uitioſae uocis *afficiendos*, quae in Rh. St. Liv. reperitur, cod. Liv. Bert. Lang. Schonh. Cuſp. cum reliquis omnibus *conficiendos* exhibent. Equidem non inceptum iudico illud *afflixeras*; ſed uerum eſſe ac ſincerum ut credam, a me impetrare nequeo. *Adficere* ualet h. l. *frangere, minuere, debilitare.* Sic Liv. 28, 15. *aeſtus, labor, fames, ſitisque adficit corpora*, i. e.

2 reſeruaſſes. Quamquam ad gloriam ueſtram fecunda malis ſuis natio ita raptim adoleuit, robuſteque recreata eſt, ut fortiſſimo Caeſari primitias ingentis uictoriae daret, cum, memoria acceptae cladis non infracta, ſed aſperata, pugna-
3 ret. Differamus parumper Italicas expeditiones, quibus Seguſienſium ciuitatem, quae ſuperatis Alpibus Italiae clauſtrum obiicit, cum ui et uirtute, uelut ianuam belli, refregiſſes, inde per obiectas acies, per exercitus obuios, uſque ad Roma-

i. e. debilitat. Videtur itaque Nazarius acute et eleganter oppoſuiſſe ſibi inuicem illud uerbum et *conficere*; quemadmodum Cicero, de Prouinc. conſular. c. 8. *Bellum adfectum uidemus, et, uere ut dicam, paene confectum.* Reuocauimus itaque lectionem Cuſp. immerito ſpretam adhuc et neglectam. *Iaeg.*

XVII, 2. *gloriam ueſtram*) *noſtram* Cuſp. Rh. St. Liv. Sed bene codd. Liv. Bert. Put. Moerl. cum edd. ceteris *ueſtram*, quae pronomina non raro confunduntur, v. e. g. Cort. ad Salluſt. Cat. 33, 2. *Id.*

XVII, 2. *fortiſſimo Caeſari*) Criſpo, qui anno CCCXX. Francos uicit, deleuitque. B.

XVII, 3. *Seguſienſium ciuitatem*) praeſidio Maxentii firmatam. Vide ſuperiorem anonymi panegyricum de eodem argumento, c. 5. ubi *munitiſſimo muro ac ſitu oppidum dicitur*; quod hodie *Suſa* nominatur. C.

XVII, 3. *ui et uirtute*) Put. Gud. et Moerl. *tua uirtute.* Sed caue mutes uulgatam. *Vi capere* eſt idem, quod Graeci dicunt κατὰ κράτος ἑλεῖν, Galli *emporter d' emblée* uel *prendre d' aſſaut.* Cic. pro Murena, c. 9. *Vrbes partim ui, partim obſidione cepit.* Caeſar, B. C. 2, 13. *Caeſar per litteras Trebonio magnopere mandauerat, ne per uim oppidum expugnari pateretur.* Ita uero expugnatam fuiſſe Seguſienſium ciuitatem, oſtendit auctor paneg. 8, 5, 6. *Neque enim uallo, foſſaque obſeſſio inchoata eſt, nec cuniculis agendis, nec machinis admouendis, nec incutiendo ariete tentati, quaſſatique ſunt muri: ſed ſtatim iniectae faces portis, ſcalae propugnaculis.* De hac expugnandi ratione auctor ipſe c. 7, 8. *Muros ui ceperas.* *Iaeg.*

Romana moenia inoffenſus uictoriarum impetus percucurrit.

XVIII. Quid memorem Bructeros? quid Chamauos? quid Cheruſcos, Vangionas, Alamannos, Tubantes? Bellicum ſtrepunt nomina, et immanitas barbariae in ipſis uocabulis adhibet horrorem. Hi omnes ſigillatim, dein pariter armati, conſpiratione foederatae ſocietatis exarſerant. Tu tamen, Imperator, cum tantam belli 2 molem uideres, nihil magis timuiſti, quam ne ti-

XVII, 3. *percucurrit.*) Gud. cum Rh. St. Liv. *percurrit. Id.*

XVIII, 1. *Quid memorem Bructeros? quid Chamaſos? quid Eruſcos?* etc.) *Clamoſos* eſt in cod. noſtro, in Bert. *Clamanos*, neutrum correcte. Sequor Lang. in quo *Chamauos*. Proxime *Eruſcos* lego in cod. meo, Cuſp. Rhen. in Bert. *Heruſcos*. Arbitror uerum, quod in Lang. *Cheruſcos*. Pro *Vangionas* in Lang. ſcriptum *Chabionas*, errore, ut puto: ſunt enim Franci, non Germani, quorum hic mentio. *Lancianus* eſt in Lang. Iuuem ego, et *Logionas* reſcribam, gentem Germanicam Zoſimo, l. 1. L.

Bructeri Germaniae populus inter Lupiam et Amiſiam, inde ab Rheno; de quibus ad Plin. l. 2. epiſt. 7. diximus. *Chamaui* inter Amiſiam et Viſurgim intus; *Cheruſci* inter Viſurgim et Albim intus. *Vangiones* autem in Germania prima ſoli Gallici erant: *Alamanni* inter Danubium et Acronium lacum: *Tubantes* erant Chamauis uicini. C.

XVIII, 1. *et immanitas barbariae in ipſis uoc. adhibet horrorem.*) Forte legendum *exhibet*, aut delendum *in*. Forte et legendum *ut*. *A.*

XVIII, 2. *nihil magis timuiſti, quam ne timereris*) Inclinant non nulli legere, *quam ut timereris*: non neceſſario. Nam et ſic quoque infra Pacatus, Paneg. Theodoſ. *Quo quidem maxime tuus gaudebat exercitus, cum ſe idtro uideret laceſſi; qui nihil magis timueras, quam timeri.* Quem locum adnotauit Daniel. Et alioqui ſic omnino loquutus Claudian. de Laud. Stil. 1, 340 ſqq.

— — — *Res mira relatu:*
Ne timeare, times; et quem
uindicta manebat,
Deſperare uetas. Quantum fiducia nobis
Profuit hoſtilis! — — — G.

mereris. Adis barbaros, et, diſſimulato principis habitu, quam proxime poteras, cum duobus
3 accedis. Numquam eſt excelſior principatus, quam cum ſe publico ſubmittit officio. Facis uerba, ſpem illorum agitas, et uerſas credulita-
4 tem, negas, te eſſe praeſentem. O uere caeca barbaria, quae in illo uultu ſigna principis non uideris! quem ne ſic quidem ſenſeris, cum intra iactum teli, ſecurus ſui, ſtaret, Conſtantinum eſſe! Qui hoc poterat non timere, dubitare quisquam poteſt, per omnia ſubnixum deo ua-
5 dere? Inuictos ducis, et ſolus timeris. Tot regna,

XVIII, 3. *uerſas credulitatem, negas, te eſſe praeſ.*) Cuſp. Rhen. et St. cum Liv. Grut. et Pariſ. priore et Patar. pro *credulitatem* mendoſe exhibent *crudelitatem*; ſed ueram lectionem, Acidalii ingenio iam repertam, praefert Lang. Schonhov. cum Baun. et Cellar. Pronomen *te* poſt *negas*, omiſſum Rh. St. Liv. ceteri magno conſenſu tuentur. *Iaeg.*

XVIII, 4. *quem nec ſic quidem ſenſ.*) Pro *ſic quidem* Rh. et Steph. in contextu *ſic quid eſt*, quod uero coniectura iam emendauit Rhenanus. Pro *nec ſic*, uti legitur in edd. Liv. Grut. utraque Pariſ. Pat. et Cellar. repoſui ex Cuſp. Rh. St. *ne ſic.* Nec ſperno rationem Acidalii, τὸ *quem* in *quae* mutantis: facile enim hae uoces, propter compendium ſcripturae, permiſcentur. v. Schwarz. ad Plin. paneg. 88, 8. *Id.*

XVIII, 4. *dubitare quidquam potes*) Sic habent edd. omnes, excepto Cuſp. qui legit: *dubitare quisquam poteſt*; a quo haud multum abludit Schonh. *dubitare quisquam potes.* Recepi hanc lectionem, quam Puteanus et Acidalius iam ex ingenio protulerunt. Ineptum ſcilicet eſt, uerba *dubitare potes* ad barbaros reſpicere; et ſtatim, quae ſequuntur, *Inuictos ducis* ad Conſtantinum. *Id.*

XVIII, 4. *Inuictos ducis, et ſolus timeris*) Lege *inuictus duceris, et ſ. t.* Venet. (et Liv.) edit. *Inuictos duces non times, et ſolus timeris. Interpolatio manifeſta.* *A.*

Non neceſſe eſt, quidquam

regna, tot populi, et tantarum nationum congregatio indignam se uiribus tuis putat, quem credit absentem. Tibi tamen incrementum laudis ex multiplicatione terroris est. Magnificentius congregata obteris, quae scrupulosius dispersa sequereris. Innumerae simul gentes ad bellum 6
coactae, sed uno impetu tuo fusae, dum collatiuam uim comparant, compendiosam uictoriam praestiterunt.

XIX. Vno hoc bello, si debitis laudibus immorari uacaret, dies integer conderetur. Nunc

quam mutari. Vulgatam recte Liuineius in margine exempli sui explanauit, *inuictos* sc. *milites ducis*; et tamen, quamuis illi sint fortissimi et inuicti, tu solus timeris. *Iaeg.*

XVIII, 5. *indignam se u. t. p.*) οὐκ ἀξιόχρεων, imparem: sc. alioqui nihil tentatura praesente. L.

Possit fortasse et significatu solito sic explicari: tot, tantaeque nationes congregatae putant, se haud dignas esse, aduersus quas ipse praesens uiribus et uirtute tua utaris, credantque adeo, te expeditioni non interesse. *Iaeg.*

XVIII, 5. *Tibi tamen incrementum laudis* etc.) Inde tamen crescit laus tua, quod crescit numerus hostium, et maiori cum laude collectos hostes frangis, quos esset difficilius dispersos persequi. B.

XVIII, 5. *quae scrupulos. disp. sequereris.*) Pro *quae* Rh. St. *quam*; sic et Liv. qui loco τοῦ *sequereris* etiam exhibet *sequeris*. *Iaeg.*

XVIII, 6. *Collatinam uim*) Ita Rhen. cum Steph. itemque Cusp. Recte, consentientibus Mss. et edd. ceteris, Acidalius corrigit *collatiuam*, aduocatque Plaut. Curc. 2, 1, 16. *qui hic est homo, cum collatiuo uentre*? *Id.*

XIX, 1. *Vno hoc bello*) Moerl. *uno ex bello*. *Id.*

XIX, 1. *dies integer conderetur*) Non solum poëta, ecloga IX. *longos cantando soles*, i. e. dies, dixit *condere*: sed soluta etiam oratione Plin. epist. 9, 36. *longissimus dies cito conditur*: et Paneg. c. 80. extr. *quum tibi dies omnis summa cum utilitate nostra, cum tua laude, condatur*, i. e. transigatur, finiatur. C.

ita omnia praeteruolans cecidit oratio, ut uictoriarum tuarum non ſummam euolueret, ſed orna-
2 menta monſtraret. His rebus ſemper e re publica geſtis, tanta ui tantoque ſucceſſu, ut numquam uirtus tua intremuerit, prudentia haeſerit, felicitas claudicarit, ſatis, ut opinor, probatum eſt, perpetuam in te benignae maieſtatis opem fluere: ut caeleſtes exercitus tui non tunc primo miſſi, ſed tunc demum intellecti eſſe videan-
3 tur. Talis igitur ad liberandam Italiam et tam tutus accedis, ut, cum res bellica caecos habeat

XIX, 1. *praeteruolans cecidit oratio* etc.) Lege: *retigit oratio.* Deinde etiam transponendum uidetur: *ut uictoriarum tuarum non ornamenta euolueret, ſed ſummam monſtraret.* A.

XIX, 2. *intremuerit*) Male Liuin. *inuenit*, Moerl. *timuerit.* Iaeg.

XIX, 2. *caeleſtes exercitus*) v. ſupra, c. 14. C.

XIX, 2. *tunc primo*) Liv. coniicit *primum*; eique fauet cum Gud. Moerl. qui habet *primum tunc.* Iaeg.

XIX, 3. *ad liberandam*) cod. Liv. *liberandum.* Id.

XIX, 3. *tam tutus*) Forte *et tantus.* Mox *accedis. Et quum res bellica* etc. A.

Et tantus, quod ualde placet, legitur in Moerl. et Gud. Particula *ut* mutanda eſſet in *et*, ſi cum Cuſp. Rh. St. Liv. legeremus infra *tenebas*: ſed ex Bert. *teneres* recepit iam Gruter. conſentientibus ceteris. Iaeg.

XIX, 3. *res bellica caecos h. eu.*) Cic. ad div. ep. 6, 4, 4. *Omnis belli Mars communis, et ſemper incerti exitus praeliorum ſunt.* ad quem locum v. Manut. p. 257. ed. Graev. Adde, iis, eumdem, ep. ad Att. 7, 7. *Nemini eſt exploratum, cum ad arma uentum eſt, quid futurum ſit.* Seneca, Phoeniſſ. v. 625 ſqq.

— — — *Nunc belli mala*
Propone; dubias Martis incerti uices.
Licet omne tecum Graeciae robur trahas;
Licet arma longe miles ac late explicet;
Fortuna belli ſemper ancipiti in loco eſt.
Quodcumque Mars decernit.
Exaequat duos,
Licet impares ſint, gladius: et
ſpes et metus
Sors caeca uerſat. — — Id.

beat euentus, in te tamen dimicandi uoluntatem pro uictoriae pignore teneres, etsi abesſent auxilia diuina. Aderat enim robuſtus et florens, 4
plenus uirium, animi plenus exercitus, laetus armis, et militiae munia exſequens ſtudio magis, quam neceſſitate, quippe cui ſtipendia ſunt pauciora, quam praelia: (cum dico praelia, ſignifico uictorias:) praeterea tam amans tui, quam tibi carus. Ignoſce enim, ſuperba uirtus, quan- 5
tumuis fiduciae et ſpiritus capias, amor principis facit militem fortiorem.

XX. Antiqua admodum res eſt, quam proferam, ſed non indigna memoratu. Illyrii quondam, deſpicientes Aëropi regis infantiam, Macedones bello laceſſerunt. Et prima quidem congreſſio ſecundum illos fuit; uerum Macedones,

XIX, 3. *etſi*) Sic edd. omnes. Codd. Liuin. Put. Moerl. *etiamſi* bene. *Id.*

XIX, 4. *militiae munia*) Liv. *munera*. Saepius hae uoces permutantur. Ouid. Met. 13, 296 ſq.

Quid? quod me duri fugientem munera belli
Arguit incepto ſerum acceſſiſſe labori?

Eo loco libri complures *munia* habent, teſte N. Heinſio, quem uide. *Id.*

XIX, 4. *quippe cui*) Cuſp. Rh. St. Liv. *quippe tuis*; pro quo ex cod. Liv. et Bert. *cui* Gruterus cum ceteris praeferunt. *Id.*

XX, 1. *Illyrici*) Ita Cuſp. Rh. Steph. Liv. Grut. Pariſ. prior, Patarol; ſed recte cum codd. Liv. Gud. Put. Moerl. *Illyrii* Baunius et Cellarius. Mox *laceſſerunt* omnes, ſine ulla uarietate. *Id.*

XX, 1. *Aëropi regis* etc.) Hiſtoriam tradit Iuſtinus, 7, 2. ueram nominis ſcripturam Diodor. Siculus, 14, 38. Ἀέροπος. C.

Non nulli ſcilicet *Eropi* uitioſe exhibent. *Iaeg.*

XX, 1. *ſecundum illos*) h. e. illis ſecunda fuit, et proſpere ceſſit. Sic Tacitus, Hiſt. 3. 7, 1. *Principia belli ſecundum Flauianos.* *Id.*

cum bellum reficerent, regem ſuum in cunis ad
2 aciem detulerunt. Cum illos ira, hos miſeratio,
illos ſignorum cantus, hos pueri uagitus accen-
deret, mutata eſt ratio certaminis; uicerunt, qui
3 amore pugnabant. Quanto igitur eſt amor fide-
lior accepti beneficii memoria, quam praeſumtione
futuri; (quod illic percepta res iuuat, hic exſpecta-
ta blanditur:) tanto tui animoſius dimicauerunt,
qui non puero ſpem gratiae munerabantur, ſed
principi poſt natos homines benigniſſimo meriti
debitum rependebant.

XXI.

XX, 1. *bellum reficerent*) renouarent. Sic Aurel. Vict. Caeſ. 29, 5. *Ita refecto bello cum impigre decertaret, interiiſſe pari modo.* Id.

XX, 3. *amor fidelior accepti beneficii memoria, quam* etc.) Accepti beneficii recordatio magis amorem firmat, quam ſpes futuri. B.

XX, 3. *praecepta res*) Ita Rh. St. Liv. Acidalius uero, ſuffragantibus Mſſ. Liv. Bert. Put. Moerl. et ed. Cuſp. ceterisque, legendum eſſe recte cenſuit *percepta.* Iaeg.

XX, 3. *ſpem gratiae munerabantur*) *Munerari* ſignificat quidem *largiri*; uti Cic. de Inuent. 2, 1, in f. *Itaque* (natura) *tamquam ceteris non ſit habitura quod largiatur, ſi uni cuncta conceſſerit, aliud alii commodi, aliquo adiuncto incommodo, muneratur.* Hoc tamen loco uidetur idem ualere ac *remunerari, gratiam referre.* Ita Plaut. Capt. 5, 1, 11 ſqq.

— — — *H. feciſti, ut tibi,*
Philocrates, numquam referre
gratiam poſſim ſatis,
Proinde, ut tu promeritus de
me et filio. PH. imo potes,
Pater, et poteris, et ego pote-
ro; et dî eam poteſtatem
dabunt,
Vt beneficium bene merenti
noſtro merito muneres.

Sententia igitur erit: Tui fortiter dimicando non ſpem gratiae pueri ſibi conciliandae compenſabant, ſed, principis benigniſſimi meritis quod debitum erat, reddebant. Ceterum pro *munerabantur* habet Moerl. *numerabant*, corrupte, ut apparet, pro *munerabant.* Id.

XXI. Primam igitur Seguſienſium ciuitatem (quam primam iter dederat,) uictoria facilis amplexa eſt : quae reſiſtendi pertinacia ita in ſe imperatoris uim conuertit, ut pietatem tamen non alienauerit. Nam cum introitus ui, manuque 2
quaereretur, et portarum inflammatio ignem late

 diſtu-

XXI, 1. *Primam igitur* etc.) In Baunii exemplo legitur *Prima*, ut ad *uictoria* referatur; in omnibus reliquis *Primam*. Nequeo autem diſſimulare, uerba *quam primam iter dederat* explicationis cauſſa in margine adſcripta fuiſſe, et inde in contextum irrepſiſſe mihi uideri. His eiectis *Primam* ſine controuerſia uerum eſt. *Id.*

XXI, 1. *Seguſienſ. ciuitat.*) v. ſupra. c. 17, 3. *Id.*

XXI, 1. *pietatem*) i. e. clementiam, v. paneg. 8, 26, 3. *Id.*

XXI, 2. *cum introitus ui manu quaereretur*) Malim: *cum intr. manu quaereretur*; inducto *ui*, quod ex gloſſemate irrepſiſſe uidetur. Scio tamen, apud Virgilium eſſe: *Fit via ui.* *Rittersh.*

Vocula *ui* nata eſt ab interprete, adſcriptaque illi *manu*: itaque deleuerim. G.

Rittershuſio et Grutero uox *ui* uidetur ex gloſſa ſupereſſe, quae ſequentem *manu* interpretetur, ideoque expungendam cenſent. Puto tamen, ſeruari inciſione poſſe *ui, manu*, quum et numerus ſic rotundius decurrat in periodo. C.

Schonhov. et, Puteano teſte, Pulm. legunt *ui, manuque*. Recte, puto. Iungit eas uoces etiam Cic. Philipp. 2, c. 36. *Tu illos impetus perditorum hominum, — quos nos ui, manuque repulimus, in noſtras domos immiſiſti.* Idem Catil. 1, 8. *Iam mihi conſuli, hoc ipſo in templo, iure optimo, ſenatus uim et manus intuliſſet.* Salluſt. Iugurth. 31, 18. *Quid igitur cenſes? uindicandum in eos, qui hoſti prodidere rem publicam: non manu, neque ui; quod magis feciſſe, quam illis accidiſſe indignum; uerum quaeſtionibus et indicio ipſius Iugurthae.* v. ad h. l. Cort. et ſupra c. 17, 3. Sic Tacitus iungit *uim* et *arma*, Hiſtor. 4, 23, 2. *Inde non loco, neque munimentis labor additus: uis et arma ſatis placebant:* et eiusdem libri c. 68, 3. *Varus, praetorianis praepoſitus, uim atque arma retinebat.* Lectionem itaque Schonhov. et Pulmann. recipimus: nec poteſt obſtare δυσφωνία, ex ſequenti *quaereretur* orta: eam enim ſcriptores non ſemper

diſtuliſſet, cuius facilis per adiuncta contagio paſtu peſtifero ualeſcebat: maxima benigniſſimi imperatoris fuit cura, non modo ut incendium, non adiutum, ſeneſceret, ſed oppreſſum emori poſſet;

per curant uitare. v. quem iam hac de re laudaui, Heuſinger. ad Nepot. Lyſandr. 1, 5. *Iaeg.*

XXI, 2. *diſtuliſſet*) Moerl. et Gud. mendoſe *detuliſſet. Id.*

XXI, 2. *partu peſtifero*) Liuiheius, Gruterus, Iuretus pro *partu* repoſitum uolunt *paſtu*. Ab hac ratione diſſentit Baunius, eo quod de incendio tamquam de homine loquitur, qui adoleſcit, ſeneſcit, moritur. Sed hoc nihil ad rem. Quaeritur, num aliquid *partu ualeſcere* dici poſſit? quod mihi quidem non uidetur. Ignis, ut cetera omnia, ualeſcit alimentis et paſtu. Sic Quinctilian. Inſt. Or. 5, 13, 13. *Si ſingula quaeque diſſolueris, iam illa flamma, quae magna congerie concaluerat, diductis, quibus alebatur, concidet.* Porro uerbum *paſci* de igne frequenter, a poëtis praecipue, adhibetur. Seneca, Herc. Oet. v. 576.

Non ante ueſtes induat coniux iube
Quam ture flammas paſcat et placet deos.

Hac ratione etiam Oceanus *ſidera paſcere* dicitur Plin. H. N. 2, c. et ſ. 68. (Oceanus) *toto circumdatus medio, et omnes ceteras fundens recipiensque aquas, et quidquid exit in nubes, ac ſidera ipſa tot et tantae magnitudinis paſcens.* Secutus igitur exemplum Cellarii et Pataroli uocem *paſtu*, ut unice ueram, in contextum admiſi. *Id.*

XXI, 2. *non adiutum*) Coluius *adultum*. Conſideretur. Rittershuſius ſimili coniectura apud Symmach. 7, 18. reſcribendum aliquando putauit *adulti caloris pabulum*. *A.*

Ferri quidem poteſt, ut dicatur *adiuuare incendium*, qui illud manu auget: conieci tamen olim, *non adultum ſen.* ut loquatur de incendio ueluti de homine, qui adoleſcit, ſenеſcit, moritur. Verum, ne quid diſſimulem, poteſt retineri lectio uulgata. G.

Retineri non modo poteſt, ſed etiam debet uulgata, quae ſenſum ſatis commodum praebet et apertum; ſc. maxima imperatoris cura fuit, non modo ut incendium, quod nemini militum augere licebat, per ſe ipſum elangueſceret, ſed etiam omnino, ferenda ope, exſtingueretur. *Adiuuare incendium* recte dicitur, quicumque promouet illud augetque. Sic Sil. Ital. 7, 353.

poſſet; et longe operoſior clementia eius, quam forti-

7, 353 ſqq. de bubus, quorum cornibus ſarmenta illigari iuſſerat Hannibal:

Hic uero ut gliſcente malo et quaſſantibus aegra
Armentis capita, adiutae pingueſcere flammae
Coepere — — — — —

Vides hic, *flammas adiuuari* capitibus quaſſandis. Porro *ſeneſcere* idem eſt, quod *elangueſcere, debilitari, minui.* v. Cort. ad Sall. Cat. 20, 10. Denique *mori* uel *emori* recte de incendio et igne uſurpatur. Sic Plin. H. N. 16, c. 6. ſ. 8. *Carbo in aerariorum tantum officinis compendio: quoniam deſinente flatu protinus emoriens ſaepius recoquitur.* Et paucis interpoſitis: *Hoc quoque inter reliqua neglectae religionis eſt, quod emortuo carbone ſacrificatur.* Idem l. 2. c. 106. ſ. 110. montem Chimaeram flagrare dicit diebus ac noctibus *flamma immortali*, i. e. quae numquam exſtinguitur. Comparatio illa incendii cum aetate hominis enixa eſt *partum* et *adoleſcentiam* ignis: ſed minus faueute Lucina. Nam, quo modo, quod non adoleuit, ſeneſcere poſſit, exputare ego quidem nequeo. Ceterum, quod uox *etiam* poſt *ſed* omittitur, ſententiae augendae cauſſa et ad exemplum optimorum id fieri conſtat. Cic. de Leg. 3, 14. *Quo perniciosius de re publica merentur uitioſi principes, quod non ſolum uitia concipiunt ipſi, ſed ea infundunt in ciuitatem.* Idem Cat. c. 1. *Te non cognomen ſolum Athenis deportaſſe, ſed humanitatem et prudentiam intelligo.* Et ad div. ep. 1, 6, pr. *Quae gerantur, accipies ex Pollione, qui omnibus negotiis non interfuit ſolum, ſed praefuit.* v. ibi Manut. itemque Burmann. ad Phaedri prolog. L. 1. v. 6. et Heuſinger. ad Nepot. Cimon. 4, 1. *Iaeg.*

XXI, 2. *clementia eius* etc.) Sequor hic codd. Liv. Bert. Put. Moerl. et edd. Cuſp. Grut. Pariſ. priorem, Patar. et Cellar. qui poſt *clementia* ponunt *eius*, quod Rh. St. Liv. omittunt, Baunius poſt *fortitudo* collocat. Mox pro *perſpecta*, quod habent codd. Liv. Bert. Lang. Put. cum edd. Cuſp. et melioribus, in libro Moerl. et Rh. St. Liv. legitur *perfecta*, manifeſto errore. In ſequentibus, ſ. 3. pro *cupidam*, uti habent Mſſ. Liv. Bert. et edd. Grut. Pariſ. Pat. Cellar. reperitur in Rh. St. Liv. perperam *cupiditatem*. Moerl. Schonhov. Cuſp. uoci *cupidam* praeponunt *ciuitatem*, ex ingenio, ut uidetur, correctoris, qui nolebat *cupidam* referri ad antecedens *urbe*, quia fortaſſis ex Nonio, c. 5, 27. didicerat, *urbem* aedificia, *ciuitatem* incolas ſignificare. Sed

fortitudo, perſpecta eſt: cum plus in conſeruanda urbe, quam in capienda fuerat, laboris oriretur.
1 Itaque digrediens ſic cupidam ſui fecit, ut eam ad omne obſequium non uictoriae metus componeret, ſed admiratio lenitatis.

XXII. Optima aiunt eſſe remedia, quae ad uſum corrigendi noſtri ex aliena calamitate naſcuntur; uerum animus prauitate, uelut morbo,
2 impeditus, dilectum boni non habet. Ecce, iam apud Taurinos uenientem pugna grauior exſpectat, nec Seguſienſium uaſtitas monet, ut ſibi caueant; nec cogitant, quo cum principe res futura ſit, quod neque uis eius reſiſtendi ſpem
3 faciat, nec manſuetudo rationem. Campum late iacentem tantus miles oppleuerat, ut non improbaret

Sed ſatis certo conſtat, *urbem* μετωνυμικῶς pro *ciuitate* poni. Sil. Ital. 2, 256 ſq.

Incuſit umbonem feſſo, adſultatque ruenti
Poenus, et obteſtans ſpectantem e moenibus urbem, etc.

Tacitus, Ann. 13, 6, 2. *urbem* dicit *ſermonum auidam*, Hiſt. 1, 50, 1. *trepidam*, et eodem libro, c. 89, 1. *ſecuram*. Pro *oriretur* malim *hauriretur*. *Id.*

XXII, 1. *Optima aiunt*) Moerl. inter haſce uoces intrudit *autem*, praeter rationem. *Id.*

XXII, 1. *dilectum boni non habet*) Non aptus eſt ad iudicium de bono ferendum. B.

XXII, 2. *pugna grauior*) De hac pugna v. paneg. 8. c. 6. *Id.*

XXII, 2. *monet*) Cod. meus *mouet*. *L.*

XXII, 2. *quod cum principe*) Liuineius et Acidalius legendum cenſent *quo c. pr.* Quae emendatio cum et per ſe ipſa probabilis ſit, imo neceſſaria, et praeterea quoque Cod. Moerl. ſuffragio commendetur, ſine dubitatione in contextum, ad exemplum Pataroli et Cellarii, admittenda fuit. *Iaeg.*

XXII, 2. *quod neque uis — rationem.*) Quia ita fortis eſt Conſtantinus, ut ei reſiſti non poſſit, et ita manſuetus, ut cauſſam reſiſtendi non habeant. B.

XXII, 3. *late iacentem*) Cod. Liv. et Bert. *laxe*; nec uere, nec ueriſimiliter. *Iaeg.*

baret fiduciam, qui inſtructos uideret. Quae enim illa fuiſſe dicitur ſpecies? quam atrox uiſu? quam formidoloſa? operimento ferri equi atque homines pariter obſepti. Clibanariis in exercitu nomen eſt. Superne omnibus tectis, equorum pectoribus demiſſa lorica, et crurum tenus pendens, ſine impedimento greſſus a noxa uulneris uindicabat. 4

XXIII. Te tamen, imperator, non terruit, nec quod tanto numero duplicabat armatura terrorem,

XXII, 4. *quam formidoloſa*) quam formidabilis. Eſt enim *formidoloſus* et qui formidat, et qui formidatur. Cic. pro L. Man. c. 21. *Bellum maximum, formidoloſiſſimumque.* Et Salluſt. Cat. c. 7. *Regibus* (tyrannis) *aliena uirtus formidoloſa eſt.* C.

XXII, 4. *operimento ferri — obſepti?*) Equi et homines ferro omni ex parte cooperti. B.

XXII, 4. *Clibanariis*) Ita Perſis dicti, qui Graecis κατάφρακτοι. Alexander Seuerus, oratione ad Senatum, quam Aelius Lampridius recitat, c. 56. *Cataphractarios, quos illi* (ſermo eſt de Perſis) *Clibanarios uocant, decem millia in bello interemimus.* Ammian. Marcellin. 16, 16. *Sparſique cataphracti equites, quos Clibanarios Perſae dictitant, thoracum muniti tegminibus et limbis ferreis cincti* etc. L.

Equitibus cataphractis, h. e. qui equis ferro undequaque ſeptis, ipſi quoque ferrea lorica armati, inſiderent. De iis Claudian. in Rufin. 2, 357 ſqq.

——— *Coniuncta per artem*
Flexilis inductis animatur lamina membris,
Horribilis uiſu. Credas ſimulacra moueri
Ferrea, cognatoque uiros ſpirare metallo,
Par ueſtitus equis: ferrata fronte minantur,
Ferratosque leuant, ſecuri uulneris, armos.

κλίβανον uero Graece eſt *lorica ferrea.* B.

Clibanariorum nomen graecum eſſe, non Perſicum, oſtendere laborat Salmaſius ad locum Lampridii ſupra prolatum, contradicente tamen Caſaubono. cf. quoque Lipſ. de Milit. L. 3. dial. 6. *Iaeg.*

XXII, 4. *a noxa uulneris uindicabat.*) Contra uulnera tutos praeſtabat. B.

rorem, nec quod uim armis numerus addebat.
2 Certum eſt enim, pro negotii modo animoſam eſſe uirtutem, quod ex ſerie rerum captum ſuum temperat: in paruis prope ad ſecuritatem remiſſa; in mediocribus modice intenſior; ubi magna uenerunt, iuxta magnitudinem exantlandi operis
3 erigitur. Illa armorum oſtentatio, et operti ferro exercitus, qui imbelles oculos uulneraſſent, inuictas

XXIII, 2. *Certum eſt enim*) Deeſt τὸ *enim* in ed. Rh. St. Liv. *Iaeg.*

XXIII, 2. *pro negotii modo — uirtutem*) Fortitudinem exercere uim ſuam, prout res poſtulat. B.

XXIII, 2. *quod ex ſe rerum captum ſuum temperat*) Locus perdifficilis ac plane depoſitus ſine libris, in queis nulla mihi hic uarietas reperta. Eruebam tamen: *quod ex rerum ſe captu in uſum temperat. Captu*, h. e. conditione et modo: ut Adelphis Terentii Donatus expoſuit hoc uerſu: *Hic Geta Praeterea, ut captu' eſt ſeruolorum, non malus. Neque iners, alit illos.* Addit Afranium Simulante:

Is, ut ſeruorum eſt captus, facillime
Domo atque noſtra familia prouenditur.

In uſum, i. e. in rem gerendam ac, quod in manibus ſit, patrandum. L.

Lege: *quod ex ſerie rerum.* Immo potius: *quod ex rerum captu ſuum temperat. A.*

Ex ſerie rerum diſerte legitur in cod. Put. et Moerl. itemque Gud. quorum auctoritatem hic neceſſario ſequor. Nam coniecturam Liuineii, contortam illam et infauſto ſidere natam, quis lectioni tam planae et apertae anteponat? Acidalius, ui ingenii, uerum uidit, ſed, in ea, qua utebatur, mutandi libertate, rurſus deſeruit. *Captus uirtutis* eſt modus ac menſura eius. Sic Gellius, 1, 9, 3. (Pythagoras) *qui exploratus ab eo, idoneusque fuerat, recipi in diſciplinam ſtatim iubebat, et tempus certum tacere: non omnes idem, ſed aliud aliis tempus, pro aeſtimato captu ſollertiae.* *Iaeg.*

XXIII, 2. *exantlandi*) Sic Rh. St. Baun. Pat. Cellar. At Cuſp. Liv. Grut. Put. *exanclandi.* v. Erneſti Clav. Cic. h. v. Cod. Moerl. *audendi*; a manu correctoris uel interpretis, ut uidetur. *Id.*

inuictas mentes incitauerunt: quod imbutus imperatoris exemplo totis animis eius miles ardeſcit, cum inuenit hoſtem, quem uinci deceret. Cataphractos equites, in quibus maximum ſteterat pugnae robur, ipſe tibi ſumis. His diſciplina pugnandi eſt, cum aciem arietauerint, ſeruent 4 2

XXIII, 3. *incitauerunt*) Ita cum cod. Liv. et Bert. recentiores. Sed Cuſp. Rh. St. Liv. *excitauerunt*. *Id.*

XXIII, 3. *quod imbutus imp.* etc.) Poſſet etiam legi *quo imbutus*: imo poſſet, ſine damno periodi, uocula illa prima deleri pro ſpuria. G.

Quo locum uix ac ne uix quidem poteſt habere. Si quid mutandum, deletum uellem τὸ *quod*; et mox pro *deceret* reſcriptum *decent* uel *decet*. *Iaeg.*

XXIII, 4. *ipſe tibi ſumis*) Supple *oppugnandos*. B.

XXIII, 4. *cum aciem arietauerint*) Cuſp. Rh. St. Liv. *arctauerint*. Sed codd. Liv. Bert. Put. Moerl. cum edd. ceteris recte *arietauerint*. Liuueius particulam *in* ante *aciem* ponendam eſſe ſuſpicatur: et uerum eſt, ſaepe eam cum uerbo *arietare* iungi. Ita Cicero, de Diuinat. 1, 22. ex Bruto Accii, de Tarquinii ſomnio:

Cum iam quieti corpus nocturno impetu
Dedi, ſopore placans artus languidos:
Viſu' st in ſomnis paſtor ad me adpellere,
Duos conſanguineos arietes inde eligi,
Pecus lanigerum eximia pulcritudine:
Praeclarioremque alterum immolare me;
Deinde eius germanum cornibus connitier
In me arietare, eoque ictu me ad caſum dari.

Virgil. Aen. 11, 889 ſq.

— — — Pars caeca et concita frenis
Arietat in portas. — — —

Sed et ſine illa uerbum hoc, tamquam actiuum, quartum ſibi caſum adſciſcit. Plautus, Truculent. 2, 2, 1.

Quis illic eſt, qui tam proterue noſtras aedis arietat?

Curtius, 9, 7, 22.

Amiſſo utroque telo Macedo gladium coeperat ſtringere, quem, occupatum complexu, pedibus repente ſubductis, Dioxippus arietauit in terram.

Seneca, de Tranquill. c. 1.

Vbi aliquid animum, inſolitum arietari, percuſſit. Sic ex libris ſcriptis Lipſius. Pro *impreſſionis tenorem* Moerl. et Gud. male *impreſſiones terrorem.*

uent impreſſionis tenorem, et, immunes uulnerum, quidquid oppoſitum, ſine haeſitatione perrumpant.

XXIV. Sed tu, Imperator prudentiſſime, qui omnes bellandi uias noſſes, opem ex ingenio reperiſti; quod tutiſſimum eſt, eludere, quod eſt
2 difficillimum ſuſtinere. Diducta acie, in irreuocabilem impetum hoſtes effundis, dein, quos ludificandos receperas, reductis agminibus includis. Nihil

rem. De reliquo, poſt *diſciplina pugnandi eſt* coniunctionem *ut* debere adeſſe, monitu uix opus eſt. *Iaeg.*

XXIV. 1. *eludere)* Cod. Bert. Moerl. cum Put. Gud. et Cuſp. *elidere*, cod. Liv. *illidere*: minus recte. Mox pro *quod eſt diff.* malim *quos eſt d.* *Id.*

XXIV, 1. *quod tutiſſimum eſt* etc.) Quia tutiſſimum eſt, eludere id, quod ad ſuſtinendum eſt difficile. C.

XXIV, 2. *Deducta acie)* Sic Rhen. St. Liv. At Cuſp. cum reliquis recte *diducta.* Sequitur enim, ut iam monuit Liuineius, *reductis agminibus*, et infra iterum: *nam quae diducta ferre nequeas, bis congregatis ſubire ſpei importunioris eſt, quam fiduciae promtioris.* *Iaeg.*

XXIV, 2. *in irreuocabilem impetum)* Ita edidi, urgente ſententia: nam lectio prior *in reuocabilem* nullo pacto tolerari poterat. Vitiata eſt ob geminam ſimilitudinem litterarum *in irreuocabilem.* G.

Ita diducis aciem, ut hoſtes, progrediendi cupidos ac nimium ſe effundere auſos, reductis agminibus derepente includas atque opprimas. B.

Vitioſum *reuocabilem* omnes, ante Gruterum, editiones inſedit: Liuineius in margine emendationem ex coniectura propoſuit, quam deinde et Gruterus admiſit et codd. Put. ac Moerl. tuentur, in quibus *irreuocabili impetu* legitur. Peſſimum eſt, quod in ora ed. Rhen. adnotatur: *al. reuocab. imperium in hoſtes.* *Iaeg.*

XXIV, 2. *ludificandos)* Acidalius et Baunius malunt *ludificando.* Mox pro *reductis* Moerl. corrupte *deducis*: et in ſequentibus pro *ex ind. tui* mendoſe in Cuſp. Rh. St. Liv. *ex ind. tua*, quod, uera lectione a Liuineio ex ſuo codice et Bert. prolata, ceteri omnes merito deſerunt. *Id.*

Nihil proderat contra tendere, cum ex induſtria tui cederent. Flexum ad inſequendum ferreus rigor non dabat. Ita noſtri proditos ſibi clauis 3 adoriuntur: quae grauibus, ferratiſque nodis hoſtem, uulneri non patentem, caedendo defatigabant, ac maxime capitibus adflictatae, quos ictu perturbauerant, ruere cogebant. Tunc ire praeci- 4 pites, labi reclines, femineces vacillare, aut moribundi ſedilibus adtineri, permixta equorum clade impliciti iacere, qui, reperto ſauciandi loco, paſſim equitem, effreni dolore, fundebant. Ad 5 unum interfectis omnibus, tuis integris, horrorem

Paneg. Tom. Poſt. † E

XXIV, 3. *adflictatae)* Ita codd. Liv. Bert. Lang. cum edd. Cuſp. Grut. Pariſ. Cellar. Pat. In edd. Rh. St. Liv. legitur *afflictae*, in MS. Gud. et Moerl. *applicatae*. *Id.*

XXIV, 3. *cogebant*) Mendoſe Rh. et St. *cogebantur*. In ſequentibus proxime Cuſp. Rh. St. *reclines*, ceteri *reclines*, recte. v. Caſaub. Gruter. Salmaſ. ad Vopiſci Firmum, c. 4. p. 713. ed. Hack. *Id.*

XXIV, 4. *ſedilibus)* Sellas intelligit, quas ephippia Graeci uocant. *Rhen.*

cf. Lipſ. L. 3. dialog. 7. Moerl. cum Gud. habet *ſedibus*, quod non prorſus uidetur ſpernendum. Ita enim Plin. H. N. 8. c. 42. ſ. 64. de Bucephalo: *Neminem hic alium, quam Alexandrum, regio inſtratus ornatu, recepit in ſedem.* Nec tamen ſollicitanda eſt lectio uulgata. *Id.*

XXIV, 4. *reperto)* cod. noſter *repetito*. *L.*

XXIV, 4. *fundebant*) excutiebant. Ita Liuius, 10, 11. pr. *ab rapido curſu circumagendo equo effuſus.* *Inæg.*

XXIV, 5. *Ad unum interfectis,)* Sic omnes omnino, excepto cod. Bert. qui poſt *unum* exhibet *omnibus*, quod, eadem uoce proxime ſequente, facile a librario potuit omitti. Nec tamen ſemper additur: nam et Virgil. Aen. 5, 687.

Iuppiter omnipotens, ſi nondum exoſus ad unum
Troianos. — — — —

i. e. ſi nondum exoſus es Troianos ad unum omnes: ita et hic: *ad unum interfectis* ſc. omnibus iis. Sed placet maxi-

rorem armorum ad miraculum uictoriae tranſtulerunt, quod, qui inuulnerabiles habebantur, ſine
6 tuorum uulneribus interiſſent. Antoninus, imperator, in toga praeſtans, et non iners nec futilis bello, cum aduerſum Parthos armis experiretur, uiſis cataphractis, adeo totus in metum uenit, ut ultro ad regem conciliatrices pacis literas daret.
7 Quas cum rex, immodicus animi, reſpuiſſet, inſolentia quidem barbari debellata eſt, ſed patefactum eſt, in his armis tantam ineſſe uiolentiam, ut et uincendus fideret, et ſuperaturus timeret.

XXV. Quid ego referam poſt tantam et tam

maxime diſtinctio Rhen. et Steph. incidentis poſt *omnibus*, quam, neſcio qua de cauſſa ab aliis repudiatam, reuocaui. Ceterum, quibusdam forte non ſatis accurata, nec legibus linguae accommodata uidebitur haec ratio loquendi. Quum enim unicum modo adſit ſuppoſitum, dicendum fuerat ex grammaticorum praeceptis: *Ad unum interfecti*; niſi forte in uerbo *transtulerunt* ſubaudire uelimus nomen *homines*, crebro omitti ſolitum. Sed v. Sanct. Min. 2, 7, 3. ubi grammaticos refellit, probante Perizonio. *Id.*

XXIV, 6. *Antoninus imperator*) L. Antoninus Verus, Marci frater, bellum Parthicum geſſit, et ex eo, una cum Marco, triumphauit: de metu autem et litteris, ultro ad regem datis, ſilent, qui hiſtoriam illius compoſuerunt. C.

XXIV, 6. *ad regem*) Vologeſum. L.

XXIV, 7. *in his tantam ineſſe uiolentiam, ut ea uincendus armis fideret*) Sic Rh. St. Liv. Acidalius hanc ſcripturam ita emendat: *ut et uincendus nimis fideret, et ſup. tim.* Cuſp. habet: *his tantam ineſſe armis uiolentiam, ut eam et uincendus armis fideret*, etc. Poſt *his* nomen *armis* collocant codd. Liv. Bert. Lang. Put. Moerl. idemque poſt *uincendus* omittunt. Pro *ut ea* Moerl. *ut in eam*, rectius Bert. *ut ea et.* Hinc concinnata eſt lectio Gruteri, Pariſienſium, Pataroli et Cellarii: *in his armis tantam ineſſe uiolentiam, ut et uincendus fideret, et ſup. tim.* neglecto pronomine *ea.* *Iaeg.*

tam grauem pugnam, quod apud Prixiam magnus quidem et acer equitatus, ſed fuga, quam ui ſua tutior, primo impetu tuo pulſus, Veronam uſque contendit ad praeſidia maiora? Neque id 2
dedecori fuit; quod excuſati fugiunt, qui tibi cedunt. Contingat quin imo timiditati miſerae res oſtentanda, fuga, quae habuerit dignitatem. Ipſa autem Verona, referta immanibus copiis, 3
quas in unum aduentus tui formido conduxerat,

XXV, 1. *magnus quidam et acer equitatus eſſet, fuga quam uiſu aſtutior*, etc.) Paene auſim adfirmare legendum eſſe: *fuga, quam ui ſua, aſtutior*; ex ueſtigiis uulgaris ſcripturae. Et ita inueni in F. et P. *Put.*

Multa hic corrupta. Lego indubitato: *Magnus quidem et acer equitatus, ſed fuga, quam ui ſua, tutior, et primo* etc. Non me oſtento, mi lector; ſed tamen (fatendum eſt) egregia emendatio. L.

Lectio uulgata neceſſario mutanda eſt. Pro *uiſu* Lang. habet *uſu*, aeque inutiliter. In cod. Put. legitur: *quod cum apud* etc. Mihi τὸ *cum* interdum uidetur a correctore, qui animaduerterat, in uulgari ſcriptura male coniunctiuum *eſſet* excipi ab indicatiuo *contendit*. In eodem libro pro *uiſu* eſt *ui ſua*. Ita *eſſet* facile ex *ſed* enaſci potuit. Non dubito itaque, amplecti emendationem Liuineii, cui ex parte iam obſecutus eſt Baunius, pro *quidam* exhibendo *quidem*, ex parte Cellarius et Patarol, pro *uiſu aſtutior* praeferendo *ui ſua tutior*; uti diſerte Gud. Reliqui lectionem deprauatam unanimi conſenſu tenent. *Iaeg.*

XXV, 2. *quod excuſati fug.* etc.) Quia excuſationem habent fugae ſuae, qui fugiunt, ut tibi cedant. B.

XXV, 2. *timiditati miſerae*) Bert. *miſ. tim.* Moerl. *rigidae timiditati*, male. *Iaeg.*

XXV. 3. *freta imman. cop.*) Sic Rh. St. Liv. Grut. Pariſ. Cellar. Pat. pro *immanibus* tamen in Rh. et St. uitioſe eſt *manibus*. Loco τοῦ *freta* Cuſp. praefert *referta*, et ſic etiam Schonhov. cum cod. Put. et Gud. ad quos proxime accedit Moerl. qui *refecta* exhibet. Lectionem Cuſp. reuocandam cenſet Gruterus; cui paremus libenter. *Id.*

cum multorum iam clades accepiſſet, facta eſt parumper metu cautior, non ratione felicior. 4 Muris ſe ab impetu uindicat. Aderat quidem Ruricius, experientiſſimus belli, et tyrannicorum ducum columen. Per tota admodum moenia magna uis hominum; ſed apud Brixiam plerique iam fracti. Vt in corpore cum aliqua pars aegra eſt, ualetudo omnis contaminari ſolet: ſic illius multitudinis portio, malo adfecta, totum 5 exercitum timoris contagio diſſiparat. Quam faciles lapſus infirmitas haberet, cum eam intem-

XXV, 3. *clades*) Sic ſcripti et edd. meliores. Rh. St. Liv. *cladem*. *Id.*

XXV, 3. *metu cautior*) Iidem *cunctatior*. Coniungit utrumque Plin. ep. 2, 16, 4. *Cunctatior fortaſſe et cautior eſſe deberem*. *Id.*

XXV, 3. *ratione felicior*) Corrupte Rh. cum Steph. et Liv. *rat. fidelior*. *Id.*

XXV, 4. *experientiſſimus*) Liv. in textu *expedientiſſimus*, uitioſe. Mox pro *tyrannicorum ducum columen* Moerl. *tyrannorum ducum culmen*; minus recte. *Id.*

XXV, 4. *Per tota admodum moenia* etc.) i. e. per tota *omnino* moenia. v. explicantem hanc uim particulae *admodum* Facciolatum, epiſt. 9. p. m. 432. ſqq. Mox pro *et* Liuineius et Acidalius ex coniectura reponunt *ſed*: quae uocula cum et aptior ſit h. l. et iam recepta Cellario, Pataroloque, et frequenter cum illa altera permutari ſolita, nobis quoque uiſa eſt admittenda. In ſequentibus inter *fracti* et *ut* Lang. inſertum habet *At*, quod Liuineius mutandum eſſe ſuſpicatur in *atque*: non male. Sed potuit etiam illud *at* perperam ſcribi pro *ut*, et deinde haec particula, quippe neceſſaria, rurſus addi. In proximis pro *malo adfecta* Liuineius coniicit *male adfecta*: ſed v. Burmann. ad Phaedr. 1, 5, 10. ubi locutionem illam *malo adfici* aduerſus Gudium et Bentleium tuetur. *Id.*

XXV, 4. *ſic ill. mult. p. m. adf. tot. exercit. timoris contagio diſſiparat*) Aliquid aliud uerbi fuiſſe uidetur. Si uerum id ipſum, conformanda reliqua erunt: *totum in exercitum timoris contagia diſſiparat*. *A.*

XXV, 5. *infirm. habet*) Sic

tempeſtiua mouit audacia, cum ſaepe alias, tum maxime in illa obſidione perſpectum eſt. Clauſi 6
impetum faciunt, et, qui ſe aliquamdiu latendo a morte defenderant, facta pugnandi copia, poenas eruptionis temerariae pependerunt. Idem- 7
que Ruricius, magna ſuorum clade, reiectus in moenia, ſpe iam laſſa, ſed adhuc mente ueſana,

Sic Rh. St. Liv. *het*, ſuper addita lineola, Cuſp. In Bert. legitur *haberet*, quod ceteris placuit. Acidalius legi iubet *habeat* uel *haberet*. Prius illud utique magis uidetur conſentaneum. Sed nec damnandum eſt τὸ *habet*: ſaepe enim Latini, more Graecorum, particulis interrogatiuis, cum uim interrogandi depoſuerunt, iungunt indicatiuum. v. Vechner. Hellenolex. 1, 2, 36. ibique Heuſinger. et A. p. 385 ſq. Mox pro *monit* Bert. et Put. *mouet*. *Id.*

XXV, 6. *pugnandi cauſa*) Ita Rh. St. Liv. cum Cuſp. Quod uitioſum eſſe iudicans Acidalius corrigit: *facto pugnandi caſu*, i. e. occaſione; ut apud Tacitum exemplis ſe monſtraſſe perhibet. Ea ſunt, puto, Annal. 1, 13. 2. et 11, 9, 1. *caſum dare*, ibid. 4, 50, 4. *caſum aperire*, 12, 28, 1. *ſi Catti cupidine ulciſcendi caſum pugnae praeberent*, eod. libro, c. 50, 1. *caſum inuadendae Armeniae obueniſſe ratus*, et 13, 36, 2. *bene gerendae rei caſum offerri*. Bert. et Lang. cum reliquis *f. p. copia*. Videtur tamen haec lectio ab ingenio correctoris profecta, Acidaliique emendatio eſſe praeferenda. Certe multo facilius pro *caſu* potuit *cauſa*, quam *cauſa* pro *copia* ſcribi. Sed et lectio illa antiquiorum ſatis ſe poteſt tueri. Nam *cauſa* etiam *occaſionem* ſignificat. e. g. Cic. de Diuin. 2, 2. *Ac mihi quidem explicandae philoſophiae cauſam adtulit grauis caſus ciuitatis, cum in armis ciuilibus nec tueri meo more rem publicam, nec nihil agere poteram*. cf. Caeſ. B. C. 2, 28. *Id.*

XXV, 7. *ſpe iam laſſa et adhuc*) Ita Cuſp. Rh. St. Liv. Pro *et* legendum eſſe *ſed* coniectura adſecutus eſt Acidalius et ex Lang. oſtendit Liuineius: eamque lectionem reliqui iure, meritoque tuentur. *Id.*

cum ſe Verona proripuiſſet, nouos eodem egit exercitus, et, praecipitante iam die, bellum non detrectauit, pugnae auidior quam ſalutis. Sed eum exitus magis, quam merita fefellerunt. Nam furorem mors domuit, quem non potuerat nec conſiderati ratio, nec uicti formido ſanare.

XXVI. O nox illa aeternis ſaeculis, monumentiſque mandanda! cum, ſpiſſis tenebris quidem

XXV, 7. *cum ſe Veronam proripuiſſet*) At intra Veronam obſidebatur; et iam praeceſſit: *Aderat quidem Ruricius* etc. Reſcribe ergo *Verona*. Superiore panegyrico, c. 8, 3. *Vt ipſe etiam dux, cum parte copiarum, ad arceſſenda auxilia, muris exceſſerit; maiorem miſer adducturus exercitum, ut maiore comitatu cladis occideret*. Mox *conſiderati*, (ſic enim legendum) i. e. circumſpecti, ſcil. hominis aut ducis. L.

Emendationem Liuineli, neceſſariam prorſus et πάσης ἀποδοχῆς ἀξίαν, in contextum admiſit Cellarius et Patarol, quos ſequor. *Iaeg.*

XXV, 7. *nouos eodem egit exercitus*) Liuineius in ſuo codice reperit *cogit*, quod mutandum eſſe ſuſpicatur in *coëgit*. Sed non deſerendam eſſe lectionem uulgatam, et ετυμον nominis *argmen* monet, et exempla alia huic noſtro ſimilia. Claudian. Idyll. 1. de Phoen. v. 83 ſq.

Talis barbaricas flauo de Tigride turmas
Ductor Parthus agit. — — cf. I. F. Gronov. ad Liv. 6, 28. et 25, 9. *Id.*

XXV, 7. *praecipitante iam die*) Inclinante. Virg. Aen. 2, 8. *Et iam nox humida caelo Praecipitat.* B.

XXV, 7. *Sed eum exitus*) Sciebat Ruricius, quid ſua audacia mereretur; at bonum tamen praelii exitum ſperabat, in quo deceptus eſt: ſicque eum exitus magis, quam merita fefellerunt. *Id.*

XXV, 7. *quem non potuerat conſiderata ratio*) Sic edidit Liuineius. Voculam *nec* poſt *potuerat* omittit etiam Rh. cum Steph. At Cuſp. cum reliquis edd. et MSS. eam tuentur. v. de geminata negatione negante laudatum iam ſaepius Vechnerum, 1, 2, 35. et quae in nota *o*) adfert Heuſinger. et An. *conſiderati*, i. e. prudentis et circumſpecti, ut iam Liuineius monuit, in ceteris omnibus reperitur. *Iaeg.*

XXVI, 1. *cum ſpiris tenebrisque congreſſus*) Hic locus

quidem congreſſis, Fortunae totum liceret, tu

 tamen,

cus ſic legendus eſt: *quod, cum ſpiſſis tenebris atque congreſſus fortunae* etc. ut τὸ *congreſſus* ſit gignendi caſus. *Put.*

Tu *ſpiris* accipe, ut in Enniano fragmento apud Feſtum: *Spiras legionibus nexunt.* L.

Lege: *quum ſpiſſis tenebris quidem congreſſis f. t. liceret, tu tamen* etc. Vel: *quum per tenebras quidem* etc. A.

Mendoſum illud *ſpiris*, quidquid dicat Liuineius. G.

Videamus primum de lectione conſtituenda; deinde de interpretatione. *Cum ſpiris tenebrisque congreſſus* edidit Culp. Rh. St. Liv. et ſic etiam Moerl. habet. Pro *ſpiris* in Bert. eſt *ſpiculis*, quod merito, ut ineptum, reiicit Liuineius. Pro *congreſſus* in cod. Liv. Bert. Moerl. legitur *congreſſu*; et ſic quoque in Gud. in quo et *ſpiris* deeſt: in Lang. et ora ed. Rh. *congreſſis*, quod probat Liuineius aeque ac Gruterus, qui in textum ſuum recepit; eumque ſequitur Pariſ. prior et Patarol. Denique τὸ *ſpiris* in *ſpiſſis* mutauit Baunius, idemque fecit Cellarius, qui, ex Acidalii ſententia, etiam particulam *que* in *quidem* reformauit. Vocem *ſpiris* uix eſt ut commode retineamus; quamquam et Lipſius, de Milit. Rom. l. 2. dial. 4. eam in hoc Nazarii loco, quem laudat, ut genuinam agnoſcat, et σπείρας *cohortes* eſſe oſtendat. Sed, qua ratione *cohortes* et *tenebrae congreſſae eſſe* non inepte dicantur, mihi quidem obſcurum eſt. Porro pro *tenebrisque* etc. aut *tenebris atque congreſſus fort.* ut cenſet Puteanus, cuius nequaquam ſpernenda eſt ſententia, aut, cum Acidalio, *tenebris quidem* legendum omnino uidetur. Particulas *que* et *quidem* permutari ſaepius ad Cornel. Nep. Iphicrat. 2, 4. et Plinii Paneg. Obſeruat. XXI. p. 511. b. ſq. docuerunt Heuſingerus et Schwarzius. Quodſi quis τὸ *ſpiris* praefracte defendendum ſuſcipiat, poſſit fortaſſe intelligere de flexuoſis orbibus pugnantium, ut e. gr. Liuius, 21. 56. *milites utrimque in orbem pugnaſſe* dicit: et tunc ſenſus erit: cum nihil non liceret Fortunae, propter ſpiras et tenebras *congreſſus*, (gignendi caſu,) i. e. militibus in orbem et in tenebris congreſſis atque pugnantibus. Verum non auſim hanc interpretationem pro certa et uera uenditare. Sequor itaque lectionem Cellarii, cuius haec eſt ſententia: cum, *uobis* (hoc ſcil. ſubaudiendum,) in ſpiſſis quidem tenebris pugnantibus, Fortunae totum liceret, tu tamen,

Impe-

tamen, Imperator, non intutior tempore, quam Deo tectior, saeuissimo hosti multus instares, et, libertate caedis exsultans, donum noctis duceres, quod pugnantem nemo seruaret. Per infestas acies interritus uadis, densissima quaeque
2 perrumpis, deiicis, proteris. Mortis decus perdunt, quos ignoratus adfligis: nisi quod te ipsa uis tua cogit agnosci. Nihil enim te permouent

Imperator, — hosti multus instares etc. Verba *instares* et *duceres* pendent a particula *cum*; sed malim, cum Grutero, detractis binis litteris, scribere: *instare* et *ducere*, ut sit enallage. Ceterum, quod *totum* hic dicitur pro *omnia*, factum id est ex consuetudine aetatis posterioris, de qua v. Casaub. ad Spartiani Seuer. c. 22. p. 638. ed. Hack. *Iaeg.*

XXVI, 1. *quam Deo tectior* etc.) Ita codd. Liv. Bert. Lang. Moerl. cum edd. recentioribus. Cusp. et Liv. uitiose *q. adeo t.* nec satis recte Rh. cum St. *a deo*. Pro *multus* mendose Liv. *inultus*: *Multus instat* qui grauiter urget ac premit. Sic Sallust. Iug. 84, 1. de Mario: *autea iam infestus nobilitati, tum uero multus atque ferox instare*. Huius adiectiui non minus elegans quam frequens usus est in illis oc asionibus, ubi magnitudinis, multitudinis atrocitatis, celeritatis, uel in summa cuiuspiam in re quacumque exsuperantiae significatio est; quem ad modum etiam de Graecorum nomine πολύς, ad Viger. 3, 10. p. m. 417. Hoogeueen. V. C. docet. *Id.*

XXVI, 1. *donum noctis duceres* etc.) Putares, te a nocte beneficii loco accipere, quod nemo te obseruaret dimicantem. B.

XXVI, 1. *perrumpis*) Cusp. Rh. St. Liv. *prorumpis*. Sed meliorem lectionem, petitam ex cod. Liv. et Bert. quibus et Put. cum Moerl. accedit, exhibent edd. posteriores. *Iaeg.*

XXVI, 2. *Mortis decus perdunt* etc.) Aeneas apud Virgil. interfecto Lauso, Aen. 10, 830.

Hoc tamen, infelix, miseram solabere mortem,
Aeneae magni dextra cadis. — — —

Camilla quoque, occiso Tyrrheno, eiusdem operis l. 11, 689.

— — — *Nomen tamen haud leue patrum*
Manibus hoc referes, telo cecidisse Camillae. L.

mouent tubarum fractae uoces, horrendus militum clamor, permiſſa caſibus uulnera, illiſi cominus gladii, cadentium graues gemitus, arma late ſtrepentia, et in unum quemdam ſonitum diuerſi fragoris acta confuſio, quod haec omnia aut uirtus negligit, aut ira non ſentit. Nox ipſa, 3
iuſtiſſima bellantibus cauſſa terroris, uehementiorem te agendis ſtragibus fecerat. Quod ſolum enim uirtutis tuae impedimentum eſt, miſerationem tenebrae non habent: ut intelligi liceat, quantum illo in bello uis tua perfecerit, pietate non retenta, et maieſtate ſecura. Praelio uix 4
multa nocte confecto, feſſus caedibus, anhelus ex bello, cruore oblitus, ſed hoſtili, ad obſidionis uigilias recurrebas. O fortuna! O praepo- 5
tens Roma! Quam tu umquam gratiam pro tantis his laboribus referes? Niſi quod indulgentiſſimus princeps, tamquam hoc ipſum tibi debeat, eo cariorem habet, quo maiore labore ſeruauit.

XXVII. Et, quoniam me ad Vrbis commemorationem fors quaedam intulit, non rerum ordo deduxit, neque reuocare inde orationem fas eſt, quo iamdudum contenta ueniebat, praetereo

XXVI, 3. *tenebrae non habent*) Cuſp. et Schonhov. *tenebrae non habebant*. *Iaeg.*

XXVI, 3. *pietate non retenta* etc.) Cum pietas tua nulla re moueretur et maieſtas eſſet in tuto. B.

Malim hoc modo interpretari: Intelligi poteſt, quantum illo in praelio uirtus tua perfecerit, cum nec miſericordia, unico illo impedimento, retineretur, et, maieſtate tua, tuta eſſet ac ſecura. *Iaeg.*

XXVI, 5. *O fortuna! o pr.* etc.) Lege: *fortunata*. A.

XXVI, 5. *tantis his lab.*) Pronomen *his* abeſt in textu Liv. Mox pro *maiore* Moerl. non bene *magis*. *Iaeg.*

XXVII, 1. *iam dudum contenta ueniebat*) Hic quoque

tereo te, Aquileia, te, Mutina, ceteraſque regiones, quibus, propter inſecutas incredibilium bonorum commoditates, gratiſſima fuit ipſius oppugnationis iniuria. Senſerunt enim, translatis ad fortiſſimum principem fortunarum ſuarum gubernaculis, quam facile omnia ad ſalubrem curſum redirent, quae ita deferebantur, ut mox aut malorum omnium ſcopulis illiderentur, aut miſeriarum uadis adhaereſcerent. Praetereo, inquam, et haec, et alia complura, quorum eſt et ſigillatim oneroſa moles, et omnium ſimul aceruus oneroſior. Nam, quae diducta ferre nequeas, his congregatis ſubire, ſpei importunioris eſt, quam fiduciae promtioris. Recuperata igitur Italia, hic primus fuit liberandae Vrbis gradus, et ad uictoriam facilis adſcenſus, quod illum, ſemper exedendae Vrbis uiſceribus inhaeren-

que reſoluta uox una in duas, ut initio Paneg. 8. Conſtantino item dicti: *exaudita uideatur*, pro *exaudiatur*. Legerim enim et hic *contendebat*. A.

Quo iam pridem contento curſu properabat. B.

Recte; nec quidquam mutandum. Ad hunc modum Cicero, pro Sextio, c. 6. *Ad tribunatum — contento ſtudio, curſuque ueniamus.* Claudian. in Eutrop. 2, 168. ſqq. de haſta Martis:

— — — — *Illa per auras*
Tot freta, tot montes, uno contenta uolatu
Tranſilit. — — — — —

Supra, in textu Liv. et Pat. pro *fors* legitur *ſors*, et in eodem illo ac St. Cuſp. poſt *reuocare* deeſt *inde*, quod tamen cod. Liv. Put. Moerl. cum edd. reliquis exhibent. *Iaeg.*

XXVII, 2. *deferebantur*) Simplex *ferebantur* melius ſit. A.

XXVII, 5. *facilis acceſſus*) Ita, cum cod. Moerl. Gud. Cuſp. Rh. St. Liv. Ceteri uero editores ex Bert. *adſcenſus*, quod aptius reſpondet ad *gradus*. Mox pro *excedendae Vrbis*, ut uitioſe legitur in edd. illis antiquioribus, Mſſ. Liv. Bert. Lang. Put. Moerl. cum recentioribus recte *exedendae*. *Iaeg.*

rentem, ex adſuetis latebris uis diuinitatis excuſſit. In quo quidem tantum momenti fuit ad perficiendae rei facilitatem, ut non tam gloriandum ſit uirtuti tuae, praeſtantiſſime Imperator, quod eum uiceris, quam gratulandum felicitati, quod ad pugnam potueris euocare. 6

XXVIII. Non enim caſu, non fiducia factum putemus, ut ultro etiam exercitum educeret aduerſum eum, cuius aduentus ſtridorem ipſum perhorreſceret, niſi animum, iam metu deuium, infeſtior deus, et pereundi maturitas perpuliſſet: quod ipſa ratio diſponendi exercitus docuit illum

XXVII, 6. *ad pugnam potius euocare*) Al. *euocaris*. Melius id quidem. Sed quid hic facit *potius*? Forte legendum: *potueris euocare*. A.

Veram hanc emendationem confirmant, una cum cod. Put. et Moerl. itemque Schonhov. editiones, praeter Rh. et Steph. omnino omnes. *Iaeg.*

XXVIII, 1. *putemus*) Moerl. *putamus*; male. *Id.*

XXVIII, 1. *infeſtior dem*) Sic legitur in Rh. et Steph. Rhenanus opinatur legendum *daemon*: non abſurde. Acidalio magis placet *deus*; ὑποχωϛ: ſic enim in edd. ceteris omnibus, itemque Schonh. Gud. Put. et Moerl. reperitur. *Id.*

XXVIII, 1. *Quod ita ratio diſponendi exercitus — caperet*) Sic forte legendum: *quod ipſa ratio diſponendi exercitus docuit, cum ille mente perdita, implicatoque conſilio eum pugnae locum caperet, ut* etc. uel ſic potius, nulla mutatione facta: *perpuliſſet: quod ipſa ratio diſpon. exercitus docuit illum mente perdita* etc. *Put.*

Praecedentibus haec diſtinctione iungenda, et porro ſic diſtinguenda: *perpuliſſet: quod ipſa ratio diſponendi exercitus docuit, illum mente perdita, implicatoque conſilio,* (ſc. fuiſſe,) *quum eum pugnae locum caperet*, etc. A.

Legam: *Quid*? *quod ipſa rat.* etc. *non haberet.* Paullo ante *infeſtior deus* ſic dixit, ut *hoſtis deus* Propert. 3, 16. *Quis deus in ueſtra conſtitit hoſtis aqua?* L.

Lectio, in qua corrigenda uiri docti laborant, eſt Rhen. Steph.

illum mente perdita, implicatoque consilio, cum eum pugnae locum caperet, ut, intercluſa fuga, moriendi neceſſitatem imponeret, cum ſpem uic-
2 toriae non haberet. Quod quidem imperatori noſtro optandum largiter fuit, qui hoc uno maxime offenditur, ſi certamen lubricum faciat ſpes promta fugiendi. Relaxauerit acies, aut frons impulſa titubauerit, fiducia manuum ad pedes
3 migrat. Non amas, Imperator, bella; niſi feruentem hoſtem in gradu ſuo praeciſa fuga teneat, ut

Steph. Liv. itemque Cuſp. excepto, quod hic pro *ita* habet *iſta*, quod et Schonhov. adnotauit. Rectius codd. Liv. Bert. Put. Moerl. cum edd. Francof. Pariſ. Pat. et Cell. *ipſa*. Verbi *fuiſſe* ellipſis hic mihi difficilis concoctu uidetur. Mallem, ſi liceret, locum ita reformare, uti priore coniectura Puteanus propoſuit. Nam altera difficultatem haud magis tollit, quam Liuin. Poſſis fortaſſe etiam ſic legere: *quod ipſa rat. diſp. ex. docuit, illum, mente perdita, implicatoque conſilio, cum —— imponeret, ſpem uictoriae non habere.* Sed multo magis arridet Puteani illa emendatio. Ex editoribus nullus plane poſt *docuit* comma adhibuit; uidenturque adeo omnes τὸ *illum* cum *docuit* iunxiſſe, ut ſenſus ſit: *quod ipſa rat. diſp. exerc. homini illi turbato, confuſoque oſtendit*, uel ſaltem *oſtendere potuit*. Verum haud ſcio, an haec ratio ſatis queat probari. De cetero obſeruandum h. l. exemplum particulae *cum*, pauciſſimis interpoſitis, repetitae, quale et paneg. VIII. c. 18, 3. habuimus. *Iaeg.*

XXVIII, 2. *Quod quidem*) Rh. St. uitioſe *Quid quod*. *Id.*

XXVIII. 2. *Relaxauerit acies* etc.) Sic Pacatus: *At ubi impulſa acies, frons que laxata et fiducia in pedes uerſa eſt, ire praecipites* etc. Tacitus, L. 19. (i. e. Hiſt. 3, 25, 2.) *Laxati ordines abrumpuntur*. *Put.*

XXVIII, 3. *Non amas Imp. bella*) Lege *praelia*. *A.* Quaſi uero *bellum* non ſaepiſſime ſignificet *praelium*: quod nemo neſcit. *Iaeg.*

XXVIII, 3. *in gradu ſuo*) *Gradum* ex iis eſſe, quibus pugnantes in terra tam miles, quam gladiator aeſtimantur, et *ſtatum* ſignificare, docet Gro-

ut aut ferro concidat, aut miſeratione ſeruetur. Apud Tiberim igitur ſuos inſtruxit, ſic ripae lo- 4
catos, ut ultimorum ueſtigia, praeſagio quodam
euenturae cladis, unda fatalis adlueret: ita uero
multitudine ſuppeditante, ut ultra, quam uiſus
agi poſſet, extenta acies pertineret; non quo 5
frons imbecilla, tractu inualido, duceretur, ſed
tanta ſubſidiorum atque ordinum confirmatione,
ut acies, non porrectior quam robuſtior, murum
utrimque praeberet; quod eam nec conſtipatio
contraxiſſet, nec longitudo tenuaret.

XXIX. Praetermittam hoc loco, Conſtantine maxime, diſponendi militis tui miram incredibilemque rationem: hoc enim perſequi uellem,

Gronov. ad Senecae Agamemn. v. 515. *Felix uocatur, cadere qui meruit gradu.* add. Brouckhuſ. ad Propert. 1, 13, 8. *Id.*

XXVIII, 4. *ſic ripae l.*) i. e. in loco ripae, in ripa, v. Sanct. et Perizon. Minerv. 2, 3, 10. p. m. 175. *Id.*

XXVIII, 4. *ultra, quam uiſus agi poſſet*) Pacat. in Theodoſ. c. 35, 3. *Vniuerſa late, qua uiſus agi poterat, occuparant.* L.

XXVIII, 5. *non quo frons*) *τὸ quo* abeſt a textu Liv. et in fine idem, cum Rh. et St. *tenuarat*; mendoſe. *Iaeg.*

XXIX, 1. *hoc enim perſequi uellem, quem tenuiſſet locum caeleſtis exercitus dicam*) Et hic locus non leuiter adfectus, ſed praeſens mihi et ſub manu medicina. Verum eſt enim: *perſequi uelle eſt, quem tenuiſſet locum caeleſtis exercitus, dicere.* Scilicet *e*, impoſita lineola, ueteribus libris *em* et *eſt* ualet. L.

Lege: *hoc enim perſequi uile. Quem tenuiſſe locum caeleſtes exercitus dicam? quamquam non illos* etc. A.

Male adfecto loco hanc Liuineius medicinam adtulit, ut *uellem* in *uelle eſt*; et poſtea *dicam* in *dicere* conuertatur. Amara quidem medela; quod autem melior non ſuppetit, interim adplicanda: etiam Acidalianae, *uile* pro *uellem*, praeterenda. C.

Dulcior medela, quam adfert Puteanus, legens: *Hic enim perſequi uellem, quem tenue-*

lem, quem tenuiſſet locum caeleſtis exercitus (dicam); quamquam illos non arbitror ſtetiſſe niſi
2 tecum. Difficillimam enim pugnae partem tibi deligis, et, tamquam pro fortunae gradu modus uirtutum debeatur, ita inter tuos non uis prin-
3 cipatu magis excellere, quam labore. Cumulatiſſimum quidem principis munus eſt, ſi manu ceſſet, non ceſſaſſe conſilio; ſed tu non ſegnior gerere quam iubere, ſimul exercitus tuos monitu
4 regis, opere iuuas, incendis exemplo. Quod hic etiam facis promtius, quam in ceteris praeliis; quod in praeſenti erat tam ampla pugnae merces, quam pugnator illuſtris; et ſtatim Roma
5 uictoris. Cuius rei cum imaginem cepi, dicturus horreſco. Inuadis primus aciem, ſolus irrumpis. Obumbrant euntem telorum irriti iactus, ſonat

tenuerit locum etc. *hîc* habet cod. Put. *tenuerit* Schonhov. *dicam* abeſt a Lang. Liuineii emendationem in contextum recepit Cellarius. Moerl. *exercitus* et *Dicam* puncto interpoſito ſeparat. Idem mox cum Put. et Bert. *illos non*, quod magis placet, quam *non illos*, ut reliqui habent. Porro, ſ. 2. Moerl. cum Cuſp. Rh. St. et Gud. *deligis* pro *diligis*; et deinde pro *uirtuum* cod. Liv. Bert. Cuſp. Gud. *uirium*. ſ. 3. pro *cumulatiſſimum* Moerl. et Gud. mendoſe *cum ualentiſſimum*. *Iaeg.*

XXIX, 1. *caeleſtis exercitus*) De hoc v. ſupra, c. 14. *Put.*

XXIX, 3. *ſi manu etiam ceſſet, non ceſſaſſe conſilio*) Sic puto legendum: *ſi manu ceſſet, non ceſſare etiam conſilio.* *Id.*

Delendum *etiam*; niſi transferendum: *ſi manu ceſſet, non ceſſaſſe etiam conſilio.* Aut legendum: *ſi manu et armis ceſſet, non ceſſaſſe etiam conſilio.* *A.*

Si transferendum eſſet *τὸ etiam*, poſſemus id quoque ante *ſi* collocare: ſed rectius deletur. Abeſt enim a cod. Liv. Bert. Put. Moerl. nec, niſi in edd. Cuſp. Rh. St. Liv. comparet. *Iaeg.*

XXIX, 3. *monitu*) Rhen. St. Liv. *monito*; minus recte. *Id.*

ſonat ictibus umbo ſecurus. (Hos,) quos trabalis haſta deiicit, inſultans ferus proterit. Fulget nobilis

XXIX, 6. *ſonat ictibus umbo ſecurus*) Perſpicue ſana lectio, et *ſecurus umbo*, qui imperuius telis; ut ante dixit: *telorum irriti iactus*. Itaque aliud egit uir doctus, (Lipſ. Epiſt. Quaeſt. 4, 27.) cum *ictibus umbo*, *ſecuribus caſſis*, *quas cum trabalis etc.* repoſuit; meo animo, parum cum uolentibus Muſis. Adeo plerumque lubricae et incertae coniecturae, etiam quae blandiri et addicere uidentur. Mox *ferus* τροσηνικώτερον *equus* eſt. Virg. Aen. 2, 51.

— — — — — *haſtam*
In latus, inque feri curuam
compagibus aluum
Contorſit. — — — —

Arnobius, l. 4. *Numquid ſenex Saturnus, iam dudum obſitus canis, noſtris carminibus indicatur ab uxore in adulterio comprehenſus induiſſe formam feri, et ſub pecoris ſpecie hinnitibus euolauiſſe ictatis?* L.

XXIX, 5. *Hos, quos tr. h. d. inſ. f. proterit*) Inquinata eſt lectio edd. antiquiorum. Cuſp. habet: *his quos trabalis haſta diecit inſultans ſecus proterit*. Rhen. et St. *ſonat ictibus umbo, ſecurus his quos quum trabalis haſta deiecit, inſult. fer. prot.* Liv. *His quos cum tr. h. deiicit* etc. Rhenanus emendabat: *umbo, ſecurus ab his*. Acidalius turbantes uoculas *his quum* eiectas uoluit; eique accedit Gruterus; qui praeterea monuit, abiici etiam poſſe illud *hos*, tamquam adſutum a librariis. Τὸ *cum* abeſt a cod. Liv. Bert. Lang. Put. Moerl. et edd. Francof. Pariſ. Celiar. Pat. Eaedem editiones praeferunt *hos*, quod ſimtum eſt ex Lang. Antiquiores, itemque cod. Put. et Moerl. *his*, quod, ante *quos* poſitum, non tam inſuaue accidit auribus, quam illud, et cum *inſultans* commode iungi poteſt, et non immerito probatur Puteano, qui ingenioſam quoque addit coniecturam: *ſonat ictibus umbo, ſecurus is. Quos tr.* τὸ *is* uel, tamquam pronomen, ad *umbo* referri, uel pro 2. perſ. uerbi *ire* haberi poteſt. Sed profecto mallem cum Grutero prorſus *hos* et *his* abiicere: ſolent enim librarii eiusmodi pronomina ſaepe intrudere; cuius rei plurima adfert exempla Cort. ad Salluſt. v. g. Cat. 13, 2. et alibi. Τὸ *deiicit* cum Liv. poſteriores exhibent. Ceterum, notanda eſt uitioſa, et hiulca ſimul et gloſſemate deformata lectio cod. Put. *ſecuris Lis quos trabalis equus* etc. *Iaeg.*

bilis galea, et coruſca luce gemmarum diuinum uerticem monſtrat. Auro clypeus, auro arma
6 collucent. O quantam uim poſſides, uirtus, quae in hoc habitu plus terroris praeferas, quam decoris! Secuti hunc ardorem fortiſſimi milites, et dignos ſe ductu eius, imperioque teſtati, ſic uiritim laborauerunt, quaſi ſumma res ſingulorum manu niteretur.

XXX. Non commemorabo hic tectas continuis ſtragibus ripas, non oppletum acerſuis corporum Tiberim, et inter congeſtas alte cadauerum moles aegro nixu ac uix eluctantibus gurgitibus exeuntem; quodque illum ipſum tyrannum non mors uirilis, ſed fuga turpis, prodidit, et, dignum ignauiae et ſaeuitiae exitu, fluctus ſanguinei ne-
2 cauerunt. Perſtringi haec ſatis eſt, quod et pridie prolixius mihi dicta ſunt, neque pro dignitate exſe-

XXIX, 6. *niteretur.*) Rh. St. Liv. cum Gud. minus bene *teneretur.* *Id.*

XXX, 1. *ac uix eluctant. gurg. ex.*) Sic infra Pacat. c. 34, 4. *Spumat decolor cruore fluuius, et cunctantes meatus uix eluctatis cadaueribus euoluit.* *Put.*

XXX, 1. *fuga turpis prodidit)* De eadem Vſtgilio eſt, Aen. 10, 592.

Lucage, nulla tuos curſus fuga ſegnis equorum
Prodidit. -- — — L.

XXX, 1. *et dignum ign. et ſaeu. exitu*) Liuineius et Acidalius malint *digno*, idque in cod. Gud. et Put. legitur. Et ſic reſtituere uolebat Baunius; ſed operae, puto, non paruerunt. *Iaeg.*

XXX, 2. *quod et pridie prolix. m. d. ſunt)* Argumento ex hoc loco ducto, et ex ſtilo, exiſtimo, ſuperiorem panegyricum, dictum Conſtantino, eſſe Nazarii. Et hic intelligitur, et in illo panegyrico pluribus uerbis deſcribitur et ornatur pugna iſta, qua Maxentius debellatus eſt a Conſtantino, et in ueteribus libris iſte panegyricus iſti praeponitur. *Put.*

Cod. Liv. et Moerl. *quod etiam.* Liuineius coniicit: *et quod iam pridem* etc. *pridem*

exſequi copia eſt, et ne pugna, raptim geſta, diutius narrata, quam confecta, uideatur. O ſi 3
nunc mihi facultas daretur ſermonis prō rerum dignitate figurandi! Adhiberem omnes floſculos, et abuterer exquiſito quodam lepore ac uenuſtate dicendi. Iam ſtrepitus Martii, iam tubarum 4
ſonores feſtiuis uocibus et reſultanti fauore mu-

 tantur.

dem placuit etiam Acidalio ac Baunio, receptumque in textum eſt a Cellario. *Iaeg.*

XXX, 3. *figurandi*) Moerl. mendoſe *perorandi*. Vitioſius adhuc Gud. *exequi copia eſt perorandi adhib.* *Id.*

XXX, 3. *abuterer*) maxime uterer. v. Cic. ep. ad div. 9, 6. in f. et 10, 15. in pr. et Orat pro Mil. 2, 7. et ibi Heumann. *Id.*

XXX, 4. *Iam ſtrepitus Martii, iam tubarum ſonores feſtus et reſultanti fauore mutantur*) Sic Rh. St. In ora adnotatur, legendum uideri: *tub. ſonores, feſtis* etc. et ſic edidit Liuinciius. Acidalio addenda uidetur uox aliqua, etſi uix ulla potius, quam *feſtis plauſibus et r.f.* etc. Cuſp. exhibet: *tub. ſonores feſtiuis uocibus et reſ. f.* etc. atque ita Schonhov. cum edd. Grut. Pariſ. Cellar. Pat. Cod. Put. et Moerl. pro *feſtiuis* habent *feſtis*. Vtrumque probabile. Ita Claudian. de Laud. Stil. 1, 3.

Connubii necdum feſtiuos regia cantus
Sopierat. — — — —

Idem, eiusd. carm. L. 3, v. 20 ſq.

— — — *currumque ſecutus*
Laurigerum, feſto fremuiſſet
carmine, miles.

Tacit. Annal. 12, 69, 1. *Ibi, monente Praefecto, feſtis uocibus exceptus, inditur lecticae.* *Id.*

XXX, 4. *et reſultanti fauore*) i. e. acclamatione ac plauſu repercuſſo. v. ſupra, paneg. 8, 19, 7. laudatumque ad Vopiſc. Aurelian. c. 48. et Lamprid. Commod. c. 15. Caſaubonum; itemque de uerbo *reſultare*, quod de echo et repercuſſione ſoni, uocisque uſurpatur, Schwarz. ad Plin. Paneg. 73, 1. In Moerl. pro *reſultanti* mendoſe legitur *reſulti*. Mox, mutata aliquantulum uerborum collocatione, Liv. *Dicendus eſt in urbem ingreſſus;* et pro *laſciuiat* cod. Liv. *laſciuit;* minus recte. *Laſciuire* eſt uoluptate quaſi exſultare. Sic ex Pacuuio Tullius, de Div. 1, 14.

Vt profectione laeti pſcium
laſciuiam
Intuerentur.

De

tantur. Dicendus in Vrbem ingreſſus eſt imperatoris; et in exprimendo ſenatus populique Romani maximo gaudio, ingrata, niſi et ipſa laſciuiat, oratio. Nullus poſt Vrbem conditam dies Romano illuxit imperio, cuius tam effuſa, tamque inſignis gratulatio aut fuerit, aut eſſe debuerit; nulli tam laeti triumphi, quos annalium uetuſtas conſecratos in litteris habet.

XXXI. Non agebantur quidem ante currum uincti duces; ſed incedebat tandem ſoluta nobilitas. Non coniecti in carcerem barbari; ſed educti e carcere conſulares. Non captiui alienigenae introitum illum honeſtauerunt, ſed Roma iam libera. Nihil ex hoſtico accepit, ſed ſe ipſam recuperauit; nec praeda auctior facta eſt, ſed eſſe praeda

De oratione Quinctilian. 9 4, 28.

Quaedam uero transgreſſiones et longae ſunt nimis, — et interim etiam compoſitione uitioſae, quae in hoc ipſum petuntur, ut exſultent atque laſciuiant: quales illae Maecenatis: Sole et aurora rubent plurima. Inter ſacra mouit aqua fraxinos. Ne exſequias quidem unus inter miſerrimos uiderem meas. Quod inter haec peſſimum eſt, quia in re triſti ludit compoſitio. Id.

XXXI, 1. *ſed deducti e carc. conſulares*) In hac lectione conſpirant omnino omnes, praeter Baunium et Cellarium, qui, ex Linineii coniectura, ediderunt *educti*, aptius ſane, et probabilius. Mox pro *Conſulares* Moerl. falſo *Coſſ.* Illuſtrat h. l. Liuineius, et poſt eum Baunius cum Cellario, loco Prudentii aduerſus Symmachum, 1, 469. ad Romam:

Quum te peſtifera premeret Maxentius aula,
Lugebas longo damnatos carcere centum,
Vt ſcis ipſa, patres. — —

Qui plura, ad illuſtranda haec et quae ſequuntur, deſiderat, adeat u. c. Ouid. Triſt. 4, 2, 19 ſqq. et ex Ponto ep. 2, 1, 19 ſqq. aliosque, qui de triumphi ratione expoſuerunt. Id.

praeda desiuit; et, (quo nihil adiici ad gloriae magnitudinem maius potest,) imperium recepit, quae seruitium sustinebat. Duci sane omnibus 3
uidebantur subacta uitiorum agmina, quae Vrbem grauiter obsederant. Scelus domitum, uicta perfidia, diffidens sibi audacia et importunitas catenata; furor uinctus et cruenta crudelitas inani terrore frendebant: superbia atque arrogantia debellatae, luxuries coërcita, et libido constricta nexu ferreo tenebantur. Sequebatur hunc 4
comitatum suum tyranni ipsius taeterrimum caput; ac, si qua referentibus fides est, suberat adhuc saeuitia, et horrendae frontis minas mors ipsa non uicerat. Iniiciebantur uulgo contume- 5
liosissimae uoces. Nam et ludibriis oppressoris sui auspicari libertatem iuuabat, et, mira cum uoluptate, conceptus e uita terror, insultatione interitus, obterebatur.

XXXI, 2. *ad glor. magnit. maius potest)* Τὸ *maius* deest in Rh. St. Liv. Mox 3. pro *subacta* cod. Liv. *subiecta*, male. Pro *catenata* coniicit Liv. *catenatae*; pro *frendebant* in Cusp. Rh. St. Liv. est *frendebat*; sed ϖ λη-θυντικῶς cum codd. Liv. Put. Moerl. edd. ceteri. *Id.*

XXXI, 5. *Iniiciebantur*) Ita edd. omnes. At codd. Liv. Bert. Put. Moerl. *iaciebantur*. *Id.*

XXXI, 5. *et mira uoluptate conceptus e uita terror ins. int. obterebatur.*) Rh. et St. corrupte: *et mira uoluntate conceptus e uita terroris insultatione interritus obterebatur.* Corrupte etiam Gud. *contemptus euicta terroris.* Rhen. in margine adnotat, legendum uideri: *mira uoluptate conceptus e uita terror ins.* etc. et sic edidit Liuineius. Verum hoc, nescio qua de causa, non conuenire censet Acidalius, et *uarietate* uel *uicissitate* substituit.

Non equidem inuideo, miror magis, — — —

Gruterus dicit: *Liuineium asteriscos locum damnasse, tamquam minus integrum: sed nihil*

XXXII. Quis triumphus illuſtrior? quae ſpe-
2 cies pulchrior? quae pompa felicior? Dicam itaque, Imperator, quo uno ſatis mihi uideor diuinam gloriam tuam ſignificaturus. Quot in illo turpitudinum notas exſtinxeras, tot in te laudum
3 infulae refulſerunt. Fraudari indulgentiſſimus princeps

hil tamen ei deeſſe, ſi penitius introſpiciatur; itaque ſe notam illam ſuſtuliſſe. Bene: nota nimirum illa indicat, deeſſe particulam *cum*, conſpiciendam in cod. ſuo (Liv.) Bert. et Cuſp. quibus et Schonh. Put. Moerl. addendi; eamque deinde Gruter. cum Pariſ. Pat. et Cellar. recte textui inſeruerunt. Lectionem, quam nos cum poſteroribus hisce editoribus exhibemus, emendatam, iam inuenimus in exemplo Cuſp. a quo h. l. diuerſus abit Schonhov. relinquens *terroris*. Sententiam explicat Cellarius, hisce uerbis: *terror, qui, uiuente Maxentio, Romanos occupauerat, expulſus eſt et deſiit, quum exſtincto illi ſecure inſultarent ac illuderent.* Id.

XXXII, 2. *laudum infulae*) i. e. ornamenta et quaſi inſignia. Translatio ſumta ab infulis magiſtratuum, de quibus v. Salmaſ. ad Spart. Adrian. c. 6. t. 1. p. 55. Hack. et Trebell. Gallienos, c. 14. t. 2. p. 228. Pro *refulſerunt* Gud. *reluxerunt.* Id.

XXXII, 3. *Fraudari indulgentiſſimus princeps — peruaſerat* etc.) Depraua tus eſt hic locus in nonnullis edd. Liv. habet: *Fr. ind. pr. nemo uoluit, quo minus omnia quo odium eius peruaſerat* etc. Rh. cum Steph. *Fr. ind. pr. ea gratia neminem uoluit, quo minus omnis, quo odium eius perſuaſerat*, etc. Haec Acidalius ita correxit: *quo minus omnes, quos odium eius peruaſerat.* Cuſp. cum Schonhov. *Fr. ind. pr. ea gratia neminem uoluit, quo minus omnia, quam odium eius perſuaſerat* etc. Pro *quam* ante *odium*, quod et codd. Liv. et Put. habent, Lang. et ora ed. Rhen. *quae*, quod haud magis, quam illud *quam*, probat Liuineius. Puteanus etiam, Bongarſius, Gruterus et Baunius malint *qua*, iisque in textu ed. ſuae obſecutus eſt Cellarius. At uero ſententia poſtulare uidetur non *qua*, i. e. qua uia uel parte, ſed potius *quae*, uel *quo*, i. e. quem in locum uel in quae. Cicero, pro P. Sulla, c. 19. *Vbi fuit Sulla, Corneli? num Romae? Immo longe abfuit. Num in iis regionibus, quo ſe Catilina inferebat? Multo etiam longius.*

Num

ceps ea gratia neminem uoluit, quo minus omnia, quo odium eius peruaſerat, ſpectaculum tyrannici funeris expiaret. Vbique iam quidem laeti- 4
tiam geſtae rei diffuderat Fama uelox, et ad celeritatem nuntii pennata Victoria; inſequebatur tamen uberiore cum gaudio ipſius rei fructus, quod ad animum languidius accedunt, quae aurium uia manant, quam quae oculis hauriuntur.

Num in agro Camerti, Piceno, Gallico? quas oras maxime quaſi morbus quidam illius furoris peruaſerat. Nihil uero minus. Retineo itaque lectionem edd. Francof. Pariſ. et Patar. Verbum *expiare* in fine ſententiae uel *placare* ſignificat et *ſatiare*, ut u. c. Caeſ. B. G. 8, 48. *Comius autem, ſiue expiato ſuo dolore, ſiue magna parte amiſſa ſuorum, legatos ad Antonium mittit*; uel *luſtrare, purgare*, quemadmodum Cicero, Philipp. 1, 12. *expiatum* eſſe *forum* dixit, euerſa ara Caeſaris et exſecrata illa columna. Et fane acumen quoddam ineſſe uidetur, cum omnia ſpectaculo funeris, cuius alioquin adſpectu pollutionis contagio contrahi ſolet, luſtrata atque expiata eſſe dicuntur. Sed uerior tamen eſt prior illa interpretatio; quia odii, non pollutionis mentio facta. *Id.*

XXXII, 4. *pennata Victoria*) v. ſupra, paneg. 6, 8, 5. *Id.*

XXXII, 4. *ipſius rei fructus*) i. e. fruitio, ut Liuianeius interpretatur. Sic Tullius, Catil. 2, 4. *Aliis fructum libidinum, aliis mortem parentum, non modo impellendo, uerum etiam adiuuando, pollicebatur.* Val. Max. 4, 7. ext. 2. *Itaque paui inuidiam quorundam, optimi amici iactura, uidelicet quia fructu torſeram.* *Id.*

XXXII, 4. *ad animum languidius accedunt, quae aurium uia manant, quam quae oc. haur.*) Herodotus L. 1. c. 8. Ὥστε τυγχάνει ἀνθρώπατσιν ἐόντα ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν. Horat. A. P. v. 180 ſq.

Segnius irritant animos demiſſa per aurem,
Quam quae ſunt oculis ſubiecta fidelibus, et quae
Ipſe ſibi tradit ſpectator. ——

Pro *accedunt* alios legere *deſcendunt*, alios corrupte *decedunt* monet Patarol. Rittershuſius ex coniectura ſubſtituit *accidunt*, uſus loco Plinii,

5 Itaque tanti per Italiam concurſus hominum excitabantur, tantae ex oppidis effuſiones, ut facile ante acti terroris teſtificatio in praeſenti ex-
6 ſultatione eluceret. Pari ſtudio miſſum eiusdem tyranni ad permulcendam Africam caput, ut, quam maxime uiuus adfixerat, laceratus expleret. Et nondum ſatis tempeſtiuo mari, adfuerunt tamen nauigantibus felices aurae, et fluctus ſecundi, bea-

nii, paneg. c. 92. *maior auribus noſtris accidat clamor.* Sed illud *accedunt*, quod, Patrolo teſte, etiam Vaticani Codd. habent, non uidetur mutandum: non minus enim huc quadrat, quam *accidunt.* Sic Terent. Hec. 3, 5, 32. *Pamphile, ad aures haud inuito ſermo mihi acceſſit tuus.* Iaeg.

XXXII, 5. *in praeſenti exſultatione luceret*) *eluceret* potius. A.

XXXII, 6. *quam maxime uiuus adfixerat, laceratus expleret*) Pro *uiuus* in Cuſp. Rhen. St. Liv. legitur *unus*; recte uero ex Bert. Lang. quibus et Put. cum Moerl. accedit, *uiuus* recepit Gruterus cum edd. reliquis. Et ſic legendum eſſe iam uidit Acidalius. *Explere* h. l. eſt *ſatisfacere alicui*, ut in Terent. Heaut. 1, 1, 76. ſq.

— — — — *Coepi cogitare:*
Hem, tot mea
Solius ſolliciti ſunt cauſſa, ut me unum expleant! Iaeg.

XXXII, 6. *uiuus adfixerat*) Paneg. 8, 16, 1. *Quippe omni Africa, quam delere ſtatuerat, exhauſta.* Cur autem Maxentius in Africanos tantopere exarſerit, cauſſam adfert Zoſimus, l. 2. *Quod perlatam in Africam eius imaginem Africani milites probibuiſſent circumferri, et quod inſuper Alexandro fauiſſent, qui ex praefecto praetorio imperatoriam purpuram induerat; quo per Voluſianum interfecto, quotquot in Africa uel genere uel opibus praeſtabant, ueluti Alexandri partium ſectatores, aut necabantur, aut bonis ſpoliabantur.* B.

XXXII, 6. *nondum ſatis tempeſtiuo mari*) Maxentii enim clades in VIII. Kal. Octobris incidit. Id.

Veget. 5, 9. *A die VI. Kal. Iuniarum uſque — in diem XVIII. Kal. Octobrium — ſecura nauigatio creditur: — poſt hoc tempus uſque in III. Id. Nov. incerta nauigatio eſt et diſcrimini propior. — Et VIII. Kal. Octobr. aequinoctialis euenit acerba tempeſtas.* Pro *nondum ſatis* malim *non* ſatis uel *non amplius.* Iaeg.

beatiſſimamque uictoriam ipſa etiam elementa iuuerunt. Caput, in quo titulus tantae laudis circumferebatur, reddidit Tiberis, proſecuti ſunt uenti, maria ſeruarunt. Quonam modo te, potens Africa, quanto laetitiae fremitu, quam inſolenti uoluptate iactaſti! Nihil quippe eſt immoderatius, quam, poſt longam triſtitiam, repens gaudium. Impetu ſuo feruet; nec, ut primum liberum, continuo defaecatum, ſtatim purum eſt. Nam ut fiſtulae, cum diu interſeptae 7 8 9

XXXII. 8. *Quonam modo te, potens Africa*) Suſpicor, excidiſſe, *uoti*; ut ſit, *te, uoti potens Afr.* Ouid. Faſt. 3, 269 ſq.

Saepe potens uoti, frontem redimita coronis,
Femina lucentes portat ab Vrbe faces.

Loquitur, (ut hoc obiter dicam,) de Diana Nemorenſi, cui haec lumina ferebant. L.

Nomen *uoti*, incluſum uncis, contextui inſeruit Cellarius. Sed et ſine illo τὸ *potens* ita uidetur intelligi poſſe. Sic in Ouid. Metamorph. 8, 78 ſq. dixit Scylla:

— — — opus eſt mihi crine paterno.
Illa mihi eſt auro pretioſior, illa beatam
Purpura me, uotique mei factura potentem.

Eadem uero paullo ante, v. 55 ſqq. dixerat:

Nam pereant potius ſperata cubilia, quam ſim
Proditione potens: quamuis ſaepe utile uinci
Victoris placidi fecit clementia multis.

Vides, τὸ *potens*, nulla alia uoce adiecta, hic idem eſſe, quod *uoti potens*. cf. etiam Metamorph. 10, 603. *Iaeg.*

XXXII, 8. *inſolenti uoluptate*) Cuſp. Rhen. Steph. *uoluntate*, quod iam Acidalius et Lipſ. ep. quaeſt. 4, 27. adſentientibus ceteris, emendauit. Easdem uoces et paullo ante, c. 31, 5. permutatas fuiſſe uidimus. *Id.*

XXXII, 8. *Nihil quippe eſt immoderatius — gaudium.*) v. ſupra, paneg. 7, 8, 3. Poſt *gaudium* Acidalius infertum uult pronomen *quod*, inductus uitio ed. Rh. et Steph. in quibus uoces *gaudium* et *impetu* nulla omnino interpunctionis nota ſeparantur. *Id.*

XXXII, 9. *Nam ut fiſtulae,*

sunt, exitu dato, quo largiores, eo crassiores aquas euomunt: sic uota hominum, metu intercluſa, turbidi aliquid egerunt, cum cumulata eruperunt.

XXXIII. Hae uictoriarum gratulationes. Nec minus uberes fructus reliquarum uirtutum fue-
2 runt. Implicatam quidem atque obſitam Vrbem grauiſſimis malis euoluerunt indefeſſa uis atque

lae, cum diu interceptae ſunt etc.) Ita Cuſp. Grut. Pariſ. Pat. Poſt *cum* uoculam *ui* exhibent Rh. St. Liv. quam ex gloſſemate natam iudicat recte Gruterus: idemque, reiectis uocibus *cum* et *ſunt*, pro *interceptae* legit *interſeptae*, ut ſuo ex codice adnotauit Liuineius. Moerl. mendoſe praefert *interreptae*. Grutero obſecutus Cellarius *cum* et *ſunt* e contextu eiecit, retento tamen τῷ *interceptae*; quod ſine dubio uitioſum eſt. v. Frontin. Strat. L. 1. c. 5. ex. 11. ibique Schwebel. et Auſon. Moſell. v. 37. ubi eaedem uoces permutantur. Profecto non auferendi, ſed obſtruendi, occludendique uis uerbo ineſſe debet, ac proinde multo multoque conuenientius eſt *interſeptae*. Cicero, Tuſc. Quaeſt. 1, 20. *Quamquam foramina illa, quae patent ad animum a corpore, callidiſſimo artificio natura fabricata eſt, tamen terrenis, concretisque corporibus ſunt interſepta quodam modo. Cum autem nihil erit, praeter animum, nulla res obiecta impediet, quo minus percipiat, quale quidque ſit.* Reſtitui itaque lectionem ueram et ſinceram. *Id.*

XXXII, 9. *craſſiores aquas*) turbidiores et inquinatiores. Sic Plin. H. N. 23. c. 9. ſ. 83. *Radix eius* (myrti ſilueſtris) *in honore eſt, decocta uino, ad renum dolores pota, et difficili urinae, praecipueque craſſae et graue olenti.* *Id.*

XXXII, 9. *turbide aliquid egerunt*) Opinor uerius *turbidi*. Nam *egerunt* praeſens eſt, ut Grammatici uocant, ab *egero*, non praeteritum ab *ago*. L.

Turbidi legendum eſſe cenſuit etiam Rittershuſius. Litterae *e* et *i* facile permutantur. Non dubito itaque, huic auctoritati parere. In fine, pro *eruperunt* Cuſp. Rh. St. Liv. cum Moerl. minus recte *ruperunt*. Meliorem lectionem, duce Lang. tuentur ceteri. *Ineg.*

atque eximia fortitudo : ſed quantum boni prudentia excogitauit, benignitas et clementia contulerunt ! Quorum quid magis iuuerit difficilis 3
aeſtimatio eſt. Nam et calamitate obſeſſis finis eſt uoti, miſeria liberari: et mox uacuitas miſeriarum parum grata eſt, niſi laetitia conſequatur. Ita 4
pro ſe quaeque officiis ſuis functae, Fortitudo et Liberalitas imperatoris, cumulatiſſimam Vrbis beatitudinem, exhauriendis malis, et congerendis commodis, reddiderunt. Facilior quidem et mul- 5

XXXIII, 2. *benignitas et clementia*) i. e. *tantum* benignitas et clementia contulerunt; ut ad *quantum*, quod praeceſſit, referatur. C.

Verum eſt quidem, poſito *quantum* deeſſe nonnumquam et omitti *tantum* uel *tanto*. Sic Liv. 21, 31. *Poſtero die, profectus aduerſa ripa Rhodani, mediterranea Galliae petit: non quia rectior ad Alpes uia eſſet, ſed, quantum a mari receſſiſſet, minus obuium fore Romanum credens.* c. 53. eiusdem libri: *Gallorum — ingentem multitudinem ſciebat ſegnius ſecuturam, quanto longius ab domo traherentur.* Sed, probata hac ratione, mihi non ſatis probabili, delendum fuit ſignum interrogationis, quod tamen reliquit Cellarius. Loco illius, (eſt uero in edd. omnibus, praeter Cuſp. Rh. St. Pat.) cum Acidalio poſui ſignum, quod uocant, exclamationis atque admirationis. Pro *contulerunt* Gud. *intulerunt*. Mox pro *magis* in textu Rh. et Steph. uitioſe legitur *magni*. *Iaeg.*

XXXIII, 3. *Nam et cal. obſ. — et mox* etc.) Elegantter Moerl. *Nam ut cal. obſ. f. e. u. m. l. ita mox* etc. *Id.*

XXXIII, 3. *facultas miſeriarum*) Haec eſt lectio Cuſp. Rh. St. Liv. quam ingenii perſpicacia iam emendauit Diuaeus et Acidalius, legendo *uacuitas*; eamque emendationem, Lang. auctoritate firmatam, primus recepit Gruterus, quem ceteri ſequuntur. *Id.*

XXXIII, 4. *Ita*) Lege *Itaque*. A.

XXXIII, 4. *exhaurienda et congerendis commodis reddiderunt*) Ita edd. omnes. In ora ed. Frob. et Steph. notatur, *al. exhauriendo*. Liuineius mutilo huic loco mederi uoluit ponendis ante *exhaurienda* uocibus *et miſeria*; Acidalius uel *miſeria* uel *calamitate*,

to procliuior laedendi, quam commodandi, semper est uia; uulnerare integrum, quam sauciato mederi; dissipare apta, quam diuulsa componere: cessit tamen rerum haec conditio Principi nostro.
6 Nam quidquid mali sexennio toto dominatio feralis inflixerat, bimestris fere cura sanauit. Sanauit dico? Redintegratio status pristini permulcendo

lamitate, Gruterus, si uerum *ut exhauriendo*, additum uoluit *malo* aut simile quidpiam. Explicant hunc aestum optime Put. et cum Gud. Moerl. in quibus legitur: *exhauriendis malis*; quam lectionem iure, meritoque recipimus. Pro *congerendis* Moerl. habet *congregandis*, quod minus probum est. In sequentibus pro *commodandi* corrupte Rh. et St. *commorandi*. *Iaeg.*

XXXIII, 5. *uulnerare integrum, quam sauciato mederi* etc.) Haec non satis cohaerent cum antecedentibus. Nisi euidentissimum esset, *integrum sauciato* opponi, putarem, decesse particulam *magis*, saepe omitti solitam, v. Cort. ad Sall. Cat. 8, 1. 9, 5. et *integrum*, subaudito *est*, interpretarer: *nobis licet, in potestate nostra est*. Verum hoc parum placet. Puto itaque, aut excidisse quaedam, v. g. *pronius* uel *expeditius est*, aut ex superioribus repetendum et intelligendum esse: *facilius et multo procliuius est*. *Id.*

XXXIII, 5. *dissipare rapta*) Sic edd. omnes. In cod. Moerl. corrupte legitur: *dissipare reperta, quam reperta componere*. Pro *rapta* in suo quoque codice, cum quo consentit Gud. *reperta* inuenit Liuineius; quo repudiato, coniicit *apta*. Acidalius *rupta*; alii, Baunio teste, legunt *parta*. Sed neutrum horum satis conuenit. Quemadmodum *sauciato* opponitur *integer*, ita etiam adesse debet aliquid, quod *diuulsis* opponatur. Id uero Liuineii *apta*, i. e. *iuncta et connexa* esse, mihi quidem persuasissimum est. Cicero, in Orat. ad M. Brut. c. ultimo: *Facilius est, apta dissoluere, quam dissipata connectere*. In sequentibus pro *inflixerat* Rh. cum St. uitiose *inflexerat*. *Id.*

XXXIII, 6. *Sanauit dico?*) Sic omnes, praeter Baunium, qui, obsecutus monito Liuineii, adfirmate, non interroganter legendum in contextu dedit; sed hanc rationem in interpretatione rursus deseruit. *Id.*

cendo dolori ſatis eſt, non et arceſſendae gratulationi; nec amplius poſtules, quam ut eum ſui non

XXXIII, 6. *non et arceſſendae gratulationi*) Negationem deleam, quae perſpicue ſententiam turbat, ſi penitius attendas. L.

Quam magis attendo nexui orationis, tam minus accedere poſſum Liuineio, arbitranti, negatiuam uocem delendam. Immo, ſine ea, ſententia huius loci et fracta eſt et disiecta, uel potius nulla. G.

XXXIII, 6. *nec amplius poſtules — gauderet*) Scilicet ab eo, qui te adfecerit beneficio, i. e. ab Imperatore. Statim: *ſui non poeniteat*, h. e. beneficii ab ſe praeſtiti. Sequitur, *qui ſolitario modo id egit* etc. Vbi hoc primum; ſcriptam lectionem non reperio qui extricem. Planum, quod in Lang. *qui non modo id egit* etc. ſed a litteris abit pluſculum. Succedam ego, et tamquam tertio pedato, *qui non ſolummodo id egit* etc. reponendum arbitrer. *Amiſeras* quoque, *doleres*, *gauderes*, audacter corrigam. L.

Male habitus locus, cui tamen non medeor, niſi quatenus prorſo, uideri haec dici de ipſo Conſtantino. Veniebat quidem ſub ſtilum: *atqui non modo id egit, ut, recuperatis, quae amiſeras, non doleres, ſed etiam, ut nouorum adeptione gauderes.* Proxime quidem ad ſcripturam cod. Lang. in quo *poeniteat*, *qui non modo id egit* etc. niſi quod adhuc *t* litteram bis permutem charactere ei adſito *s*; quemadmodum item tentarat ſolertiſſimae induſtriae Liuineius. G.

Scriptura h. l. non minus turbata eſt, quam interpretatio. Cuſp. habet: *nec amp. p. q. ut eum ſ. n. poeniteat, q. ſolita non modo id egit, ut r. q. a. n. d. ſed etiam, ut nouorum adeptione gauderet.* Ita quoque codd. Liv. Bert. Put. itemque Schonhov. excepto, quod hic pro *ſolita* praefert *ſolito*. Rh. St. Liv. *poeniteat, qui ſolitario modo id egit*, etc. et ſic etiam Grut. et Pariſ. prior. Porro Pat. et Cellarius: *poeniteat, qui non ſolummodo id egit, u. r. q. a. n. doleret, ſed etiam n. a. gauderet.* addita eſt haec Cell. nota: „Scriptum erat, *qui ſo-*„*litario modo*. Sed neceſſa-„rium *non* Gruterus agnouit: „*ſolum* addidit Liuineius.„ Haec lectio uera eſſe nullo modo poteſt, et ſententiae aperte repugnat. Cod. Moerl. et Gud. *qui ſolita diligentia non modo id egit, ut, r. q. a. n. d. ſed etiam, ut dolorum adeptione g.* Quae corrupta eſſe et interpolata, facile intelligitur. Reſeruaui in ultimum locum lectionem Baunii,

non poeniteat, qui ſolitario modo id egit, ut, recuperatis, quae amiſerat, non doleret; non
7 etiam, ut nouorum adeptione gauderet. Praetereo,

nii, ex ingenio, puto, ita concinnatam: *qui ſolitario modo id egit, ut, recuperatis, quae amiſerat, non doleret: non etiam, ut nouorum adoptione gauderet.* Verba *non et arceſſendae gratulationi* (in quibus pro *et* Bert. Put. Moerl. *etiam* habent,) illa igitur uerba in notis ſic explicat: *Nonne ſatis erit ad gratulationem imperatori noſtro merendam?* quo admiſſo, etiam ſequentia interrogatiue legenda uidentur; parum probaliter, et contra Baunii ipſius interpretationem. Deinde *ſolitario modo*, pro *ſolummodo*, uocem poſterioris aeui eſſe tradit. Poſtremo in interpretatione, textui ſubiecta, totum locum ſatis ſpecioſe explanat hisce uerbis: *Quid dico ſanauit? reſtitutio in priſtinum ſtatum ſufficit ad leniendum dolorem, non ad inuitandam laetitiam, nec potes plus exigere, quam ut ſui ipſius non taedeat illum, qui, recuperatis iis rebus, quas perdiderat, ſolummodo id obtinuit, ut non doleret; non etiam, ut laetaretur acquiſitione nouarum rerum.* Acidalius legit: *Nec ampl. poſtulet, q. u. e. ſ. n. p. ſi ſolummodo id egit, ut r. q. a. n. doleret, niſi id etiam, ut nov. ad.* etc. Haec itaque, ex illius ſententia, de Conſtantino dicuntur; uti credidit etiam Gruterus. Poſſit fortaſſe etiam hunc in modum lectio conſtitui: *ſed ampl. poſt. quam u. e. ſ. n. p. qui non ſolummodo id egit, u. r. q. a. n. d. ſed etiam* etc. ut ſenſus ſit: *Reſtitutio in priſtinum ſtatum ſufficit quidem ad leniendum dolorem, ſed non ad excitandam laetitiam. Sed ab eo, qui, recuperatis amiſſis, non modo nullam dolendi, ſed potius, nouis auctus bonis, largam habet gaudendi materiam et cauſſam, aliquid amplius exſpectandum atque adeo exigendum eſt, quam ut tantum triſtitia et dolore careat.* Reliqui, in hac dubitatione fluctuatus, lectionem Baunii; ſublato tantummodo ſphalmate, quod etiam edd. Liv. Francof. Pariſ. Pat. et Cell. inſedit, in quibus ſc. pro *adeptione* legitur *adoptione*. Reuocaui etiam ſignum interrogationis, quod Baunii interpretatio, quae optima mihi uidetur, requirit, et quod indicat, oratorem ſibi parum ſatisfeciſſe, dicendo, principem ſanaſſe uulnera rei publicae; cum haec ſanatio ſolummodo doloris uacuitatem, non gratulationem et laetitiam adferre potuiſſet. *Iaeg.*

tereo priuatim reddita omnibus patrimonia, quos illa monſtroſa labes extorres domo fecerat; praetereo, inquam, quia uix ſufficit oratio, facta publicitus explicare: quamquam, cum ex ſingulis ſit coagmentata res publica, et quidquid in eam confertur, ad omnes pro portione permanet: uiciſſim neceſſe eſt, quod ſigillatim omnes adipiſcuntur, in commune rei publicae redundare.

XXXIV. Iam illa uix audeo de tanto principe commemorare, quod nullam matronarum,

XXXIII, 7. *monſtroſa labes*) Maxentius. Sic de P. Clodio Cic. Orat. pro domo ſua, c. 1. *Illa labes ac flamma rei publicae.* Claudian. in Ruſin. 2, 498 ſqq.

Huc ſuperûm labes, huc inſatiabilis auri
Proluuies, pretioque nihil non auſe parato,
Quodque mihi ſummum ſcelus eſt, huc improbe legum
Venditor, arctoi ſtimulator perfide Martis.

Pat. exhibet *monſtruoſa.* *Id.*

XXXIII, 7. *publicitus*) Rh. St. *publiciter*, Liv. *publica.* Verum illud noſtrum ſcripti cum edd. ceteris magno conſenſu tuentur. *Id.*

XXXIII, 6. *quamquam ex ſingulis ſint augumenta rei publ. et quidquid in eam conferatur, id omne proportione permanat*) Ita Rhen. St. Liv. Poſt *quamquam* inſerit *cum* cod. Liv. Put. Moerl. quam particulam *cum* uel *quum*, ob ſimilitudinem, quae ei eſt cum uoce praecedenti, excidiſſe, recte monet Gruterus. Deinde pro *ſint augmenta* cod. Liv. *ſit augmentata*, Bert. Lang. Cuſp. Schonhov. Moerl. *ſit coagmentata*; Gud. *argumentata*; et pro *conferatur* cod. Liv. Cuſp. Schonh. Put. Moerl. *confertur*: denique pro *id omne* codd. Liv. Bert. Lang. Put. Moerl. *ad omnes*, a quo proxime abeſt coniectura Acidalii *in omnes.* Locum ſic emendatum exhibent Francof. utraque Pariſ. Pat. et Cellar. *proportione* melius hic diuiſe ſcribi uidetur *pro portione.* Repoſui *permanet* pro *permanat*, exigente ſententia, ac ſequens *et* ante *uiciſſ.* deleui. *Id.*

XXXIII, 7. *commune rei publicae* forma graeca, de qua v. Heinſ. ad Ouid. Met. 12, 7. *Id.*

rum, cui forma emendatior fuerit, boni ſui piguit; cum ſub abſtinentiſſimo imperatore ſpecies luculenta non incitatrix licentiae eſſet, ſed pudo-
2 ris ornatrix. Quae ſine dubio magna, ſeu potius diuina laudatio, ſaepe in ipſis etiam philoſophis, non tam re exhibita, quam diſputatione
3 iactata. Sed remittamus hoc principi noſtro, qui ita temperantiam ingenerare omnibus cupit, ut eam non ad uirtutum ſuarum decus adſcribendam, ſed ad naturae ipſius honeſtatem referen-
4 dam arbitremur. Quid? faciles aditus, quid? aures

XXXIV, 1. *forma emendatior*) Credo rectum. Sic Petron. Arb. (c. 126.) *Laterique meo adplicat mulierem, omnibus ſimulacris emendatiorem.* A.

XXXIV, 1. *boni ſui*) i. e. formae et pulchritudinis, v. Burmann. ad Phaedr. 3, 8, 15. *Iaeg.*

XXXIV, 1. *pudoris ornatrix.*) Recte et hoc. An tamen *hortatrix?* A.

XXXIV, 2. *ſaepe in ipſis etiam philoſ.*) Ita Cuſp. Rh. St. Liv. Particulam *et* poſt *ſaepe* habet cod. Liv. ex eoque edd. poſteriores. Liuineius ſuſpicatur, legendum eſſe *eſt*, quod uerbum cod. Put. poſt *iactata* collocatum habet. Offendit etiam τὸ *in*, quod nemo hic deſideret. In ſeq. l. 3. pro *omnibus* Moerl. *ſibi. Iaeg.*

XXXIV, 3. *remittamus*) intactum et indictum relinquamus, in eius uirtutibus non commemoremus. *Id.*

XXXIV, 3. *arbitremur.*) Sic Mſſ. et edd. omnes, praeter Baun. et Cellar. in quibus, ex emendatione Acidalii, τὸ *ſuarum* alias βαρβαρίζειν putantis, legitur *arbitretur.* Sed mutatio haec minus eſt neceſſaria, nec ulla barbariſmi ſuſpicio naſcetur locum recte conſideranti. Nam *ſuarum* hic pro *eius* uel *illius* adhiberi poſſe, tam certum eſt, quam quod certiſſimum. v. Boſii Ind. in Cornel. Nep. v. *ſuus*, et, qui ibi laudantur, uiri docti. Reuocaui itaque ueterem lectionem; quamquam recentior illa Gud. quoque auctoritate ſe tueatur. *Id.*

XXXIV, 4. *Quid? faciles aditus*) Similis commendatio Theodoſii apud Pacatum, c. 21, 2.

aures patientiſſimas, quid? benigna reſponſa, quid? uultum ipſum, auguſti decoris grauitate, hilaritate permixta, uenerandum quiddam et amabile renidentem, quis digne exſequi poſſit? Quarum rerum miraculo ſic omnes deuinciebantur, ut non tam (omnes) dolerent, quod illum tyrannum ita diu tulerant, quam quod tali principe tam ſero fruerentur.

XXXV. Longum eſt, ex illo percenſere beneficia

21, 2. *Nec uideri modo patiens, ſed facilis adiri, e proximo accipis uota hominum tuorum.* Vide Iuret. in Symmach. l. 2. epiſt. 8. *Put.*

XXXIV, 4. *hilaritate permixta*) Bert. et Cuſp. *admixta;* mox pro *uenerandum* Bert. *uenerabile;* et pro *renidentem* idem cum cod. Liv. *renitentem;* quod potius uiſum eſt Acidalio, mihi non item. *Renidere* eſt leniter et blande arridere. Sic Mamertin. Paneg. ſeq. c. 14, 6. *Maximus Imperator, ſerenum renidens.* Ouid. Met. 8, 195 *ſqq.*

— — — *puer Icarus una*
Stabat; et, ignarus ſua ſe tractare pericla,
Ore renidenti, modo quas uaga mouerat aura,
Captabat plumas. — — —

Et ſic ſaepius poëtae. Verba iſta facile et haud raro permutantur. e. g. Virgil. Georg. 2, 282. *Iaeg.*

XXXIV, 4. *miraculo — deuinciebantur*) i. e. adficiebantur et tenebantur. Cic. Brut. c. 80. *Duo ſumme tenuit, ut et rem illuſtraret diſſerendo, et animos eorum, qui audirent, deuinciret uoluptate.* In ſequentibus, poſt *tam*, τὸ *omnes* importune repetitum uidetur; uncis itaque incluſi. Deinde pro *ita diu* Moerl. *tam diu.* Sed recte ſe habet uulgata. Solet enim *ita* pro *tam* aduerbiis iungi. Cic. ad diuerſ. L. 13. ep. 21, 4. *Mihi moleſtiſſimis temporibus ita fideliter, beneuoleque praeſto fuit, ut ſi a me manumiſſus eſſet. Id.*

XXXV, 1. *ex illo*) ſc. tempore. Virg. Aen. 12, 31. ſq.

Promiſſam eripui genero; arma impia ſumſi.
Ex illo, qui me caſus, quae, Turne, ſequantur
Bella uides — — — —

Cornel. Nep. Att. 8, 1. ex interpunctione Stauerii: *Secutum eſt illud*, (ſc. *tempus*, quam uocem codd. nonnulli hic inſertam praeferunt,) *occiſo Caeſare, quum res publica penes Brutos uideretur eſſe*

et

neficia principis, quae, in orbem ſine modo redeuntia, contexta eius benignitate fulſerunt, ita infinita numero, commodis magna, ut numquam obliuione gratiam obductura ſit uel multitudo omnium,

et Caſſium. Terent. Adelph. 3, 2, 1 ſq.

Nunc illud eſt, quod ſi omnes
omnia ſua conſilia conferant,
Atque huic malo ſalutem quaerant, auxilii nihil adferant.

ubi Donatus: *Nunc illud eſt. Vtrum periculum, an tempus? Eſt enim* ἔλλειψις. *Id.*

XXXV, 1. *in orbem*) Ita ex emendatione Liuineii edd. Francof. Pariſ. Cellar. Pat. Antiquiores uitioſe praeferunt *urbem.* Liuius 3, 36. *Quum ita priores decemuiri ſeruaſſent, ut unus faſces haberet, et hoc inſigne regium in orbem, ſuam cuiusque uicem, per omnes iret: ſubito omnes cum duodenis faſcibus prodiere. Id.*

XXXV, 1. *ſine modo*) ſine fine. Horat. od. 2, 6, 7.

Sit modus laſſo maris et uiarum
Militiaeque.

ubi Vet. Schol. *modus nunc pro fine dixit.* cf. Cort. ad Salluſt. Cat. 11, 4. et 24, 3. *Id.*

XXXV, 1. *contexta eius benignitate fulſerunt*) Inſerendum *ita contexta;* quamquam malim etiam pro hoc, *connexa. A.*

Minus neceſſaria mutatio. Cic. Tuſc. Quaeſt. 5, 33. in f. *Ita perpetuas et contextas uoluptates in ſapiente fore ſemper, cum exſpectatio ſperatarum uoluptatum, perceptarum memoria iungeretur. Iaeg.*

XXXV, 1. *ut numquam obliuione gratiam obductura ſit*) Sic edd. omnes. Liuineius in ſuo cod. et Bert. inuenit *gratiae,* unde ſuſpicatur, legendum eſſe *obliuionem gratiae,* quam lectionem Put. et Moerl. expreſſe praeferunt. Vtraque ſatis proba eſt. Variat his locutionibus Plinius, in locis compluribus Hiſt. Nat. v. g. L. 29. c. 4, ſ. 22. *Fit et e ſtellionibus malum medicamentum. Nam, cum immortuus eſt uino, faciem eorum, qui biberint, lentigine obducit.* Poterat dicere: *faciei eorum, qui biberint, lentiginem obducit:* ſicut L. 2. c. 48. ſ. 49. dixerat: *Exhalante terra* (repentini flatus) *coorti, rurſusque deiecti, interim obducta nubium cute, multiformes exiſtunt.* Vbi uerſa uice, pro *obducta* ſc. iis *n. c.* dicere licebat *obducti n. c.* Propert. 4, 5, 1.

Terra tuum ſpinis obducat, lena, ſepulcrum.

Claudian. de Rapt. Proſerp. 1, 115.

Obducam tenebris lucem. — —

Et ſic plures. Contra uero Tullius, Acad. Quaeſt. 4, 6.

Co-

omnium, uel utilitas ſingulorum. Senſiſti, Roma, tandem, arcem te omnium gentium, et terrarum eſſe reginam, cum ex omnibus prouinciis optimates uiros curiae tuae pigneraueris: ut ſenatus dignitas non nomine, quam re, eſſet illuſtrior, cum ex totius orbis flore conſtaret. Populi uero

2

3

Conatus eſt, clariſſimis rebus tenebras obducere. Idem ad diuerſ. l. 9. ep. 2, 8. *Et tamen* λεληθότως *conſuetudo diuturna callum iam obduxit ſtomacho meo.* Et Tuſc. Q. 2, 15. in f. *Labor quaſi callum quoddam obducit dolori.* Vtramcumque igitur ex lectionibus hisce ſequamur, parum intereſt. Mihi tamen altera illa e Mſſ. *ut n. obliuionem gratiae obd. ſit*, h. l. elegantior uidetur. Quia nimirum *obducere* etiam ſignificat *opponere et tamquam aduerſarium obiicere*, v. Turneb. Aduerſar. 24, 34. explicari poteſt ita, ut *obliuio*, uelut aduerſaria, opponatur *gratiae* et memoriae beneficiorum. *Id.*

XXXV, 2. *arcem te omnium gentium* etc.) Cic. in Catilin. or. 4, 6. *Videor enim mihi hanc urbem uidere, lucem orbis terrarum atque arcem omnium gentium*, v. ſupra paneg. 1, 14, 3. cf. *Erinnae Ode in Laudem Romae*, in Fragm. Poëtar. lyricor. H. Steph. p. 402. et Claudian. de Conſ. Stilich. 3, 130 ſqq. *Id.*

XXXV, 2. *ex omnibus prouinciis optimates uiros*) Pulchre Rutilius Numatianus, Itinerario priore:

Religioſa patet peregrinae Curia laudi,
Nec putat externos, quos decet eſſe ſuos.

At Conſtantinum aperte Iulianus incuſabat, quod barbaros omnium primus ad uſque faſces auxerat et trabeas conſulares. Verba ſunt Ammiani Marcellini, e l. XXI. Tu, mi lector, uide reliqua. L.

XXXV, 2. *pigneraueris*) Cuſp. Rh. Steph. Baun. Pat. *pignoraueris*. Vtitur forma actiua ita, ut alias deponens ſolet uſurpari. *Pignerare*, ex lege Grammaticorum, ſignificat *pignori dare*; *pignerari* uero *capere pignus, ſ. accepto quaſi pignore ſuum facere, ſibi aſſerere.* Ita Cic. Phil. 14, 12. *Mars ipſe ex acie fortiſſimum quemque pigneratur ſolet.* Idem, in Fragm. de Republ. L. 1. *Sed ut plurimas et maximas noſtri animi, ingenii, conſilii prima ipſa ſibi ad utilitatem pigneraretur.* Ouid. Met. 7, 621.

— — — *quod das mihi, pigneror omen. Ineg.*

uero Romani uis illa et magnitudo uenerabilis, ad imaginem antiquitatis relata, non licentia effrenis exſultat, non abiecta languide iacet; ſed ſic aſſiduis diuini principis monitis temperata eſt, ut, cum ad nutum eius flexibilis et tenera ducatur, morigeram ſe non terrori eius praebeat, ſed benignitati. Placidam quippe rerum quietem, et profundum Vrbi otium gentes perdomitae
4 condiderunt. Vacat remiſſioribus animis delectamenta pacis adhibere. Celeberrima quaeque

XXXV, 3. *ad imaginem antiquitatis relata*) reducta et reuocata. *L.*

Sic Tullius, Diuinat. in Q. Caecil. c. 21. *Neque enim magis animos hominum nocentium res umquam ulla commouit, quam haec maiorum conſuetudo, longo interuallo repetita ac relata; ſociorum querimoniae delatae ad hominem non inertiſſimum; ſuſceptae ab eo, qui uidebatur eorum fortunas fide, diligentiaque ſua poſſe defendere. Hoc timent homines: hoc laborant: hoc inſtitui, atque adeo inſtitutum referri ac renouari moleſte ferunt.* Iaeg.

XXXV, 3. *diuini*) Rh. St. Liv. corrupte *diui*. *Id.*

XXXV, 3. *flexibilis et tenera ducatur*) Recte: neque mutem nunc *flexibili tenore ducatur*. *A.*

Sapienter mutatione abſtinuit Acidalius. *Tener* de omnibus rebus dici poteſt, de quibus *mollis* dicitur. Cic. de Orat. 3, 45. *Nihil eſt tam tenerum, neque tam flexibile, neque quod tam facile ſequatur, quocumque ducas, quam oratio.* Idem in Oratore, ad M. Brut. c. 16. *Eſt oratio mollis et tenera et ita flexibilis, ut ſequatur, quocumque torqueas.* Iaeg.

XXXV, 4. *Celeberrima quaeque*) Ita cum codd. Bert. Lang. Put. Moerl. habet Cuſp. et edd. accuratiores. Rh. Steph. uitioſa etiam interpunctione: *delectamenta pacis adhibere celeberrima, quae urbis* etc. Correxit Acidal. hoc modo: *adhibere: celeberrimaque urbis.* Liv. puncto poſt *adhibere* poſito *Celeberrima quae Vrbis* etc. *Celeberrima urbis*, ubi maxima hominum frequentia; forma graeca, ſicuti Tacit. Annal. 4, 67, 6. *Celeberrimo fori effigiem Diui Auguſti amplecti, populumque ac ſenatum auxilio uocare.* *Id.*

que Vrbis nouis operibus enitescunt: nec obsoleta modo per uetustatem rediuiuo cultu insigniuntur; sed illa ipsa, quae antehac magnificentissima putabantur, nunc, auri luce fulgentia, indecoram maiorum parsimoniam prodiderunt. Circo ipsi Maximo sublimes porticus, et rutilantes auro columnae tantum inusitati ornatus dederunt, ut illo non minus cupide conueniatur loci gratia, quam spectaculi uoluptate.

XXXVI. Tantorum Roma compos bonorum, quae quidem ei sunt cum toto orbe communia, haurit insuper ingentis spei fructum, quam

G 2

XXXV, 4. *rediuiuo cultu)* Videtur hic sollemni uitio codicum in hac uoce peccari, legendumque esse *recidiuo*: *recidiuum* enim est, quod renascitur et a casu resurgit; *rediuiuum* de materia dicitur et lapidibus, qui aedificio destructo ita salui sunt exemti, ut ad aliud struendum adhiberi possint. v. Gronov. ad Senec. Troad. v. 472. et cf. supra, paneg. 8, 13, 4. In sequentibus pro *antehac* Moerl. *antea*. *Id.*

XXXV, 5. *Idcirco ipsae maximae)* Ita Rhen. St. Liv. itemque Cusp. nisi quod hic una cum codd. Liv. et Bert. pro *ipsae* habet *ipsi*. Iidem codd. *maximo* exhibentes Liuineio facem praetulerunt ad locum hunc, resecta a primori uoce syllaba prima, plane emendandum, quem ita emendatum exhibent edd. posteriores cum cod. Put. et Moerl. Aduocat Liuineius testem Aurel. Victor. (de Caes. 40, 27.) *A Flauio etiam post Circus Maximus excultus mirifice, atque ad lauandum institutum opus ceteris haud multo dispar.* Eadem haec emendatio ab Acidalio etiam prolata est. In fine pro *spectaculi* Rh. et St. itemque Liv. in contextu habent *speculi*; sed ueram lectionem summo consensu libri scripti et excusi reliqui confirmant. Cod. Put. praefert *spectandi*. *Id.*

XXXVI, 1. *compos bonorum)* Rhen. Steph. corrupte *campos bonorum*; etiam Schonh. et Cusp. *bonorum* habet. Cod. Put. et Moerl. ita, ut in edd. ceteris legitur, et ab Acidalio iam correctus est, locum exhibent. *Id.*

XXXVI, 1. *haurit insuper* etc.) Sic scripti et edd. melio-

mi, in quo uelox uirtus, aetatis mora non retardata, pueriles annos gloriis triumphalibus occupauit: cuius ita iam uberes ſcatent laudes, ut plenae poſſent uideri, niſi coepiſſe et partem
4 cogitaremus. Qui quidem nunc nobiliſſimus Caeſar uenerandi patris, fratrum, ſuorumque omnium fruitur adſpectu, ſeque fruendum omni-
5 bus praebet. Cruda adhuc hieme iter, gelu intractabile, immenſum ſpatio, niuibus infeſtum, incredibili celeritate confecit: ut intelligamus, alacritati eius nihil aſperum, qui ipſam, quam a ſuis

ximi) Inepte cod. meus *Caeſaris*. Praeceſſit enim: *ex Caeſaribus nobiliſſimis*, Criſpo ſc. et Conſtantino. *Maximi* ergo expone *natu maximi*. L.

Maximus natu Criſpus ex tribus illius temporis Caeſaribus. Pueri enim Conſtantinus et Licinius iuniores erant. C.

XXXVI, 3. *gloriis triumphalibus*) Francis deuictis. L.

XXXVI, 3. *niſi coepiſſe et patrem cogitaremus.*) Lege: *niſi coepiſſe partem cogitaremus.* Retineri tamen *et* poſſit. A.

Sic edidit Patarol, quem ſequor. *Iaeg.*

XXXVI, 3. *niſi coepiſſe et patrem*) Niſi ſubiret in mentem, haec fuiſſe ſui patris initia. Vel, ſi pro *patrem* legamus *partem*, ſenſus erit: niſi ueniret illud in mentem, partem eſſe tantum, cum quis incipit. B.

XXXVI, 4. *nunc*) abeſt Bert. uitio. L.

XXXVI, 5. *alacritatibus nihil aſperum, qui ipſam, quam a ſuis petebat, tam laborioſam inſtituerit uoluntatem*) Sic edd. omnes, praeter Steph. pro *inſtituerit* exhibentem *inſtruxerit*. Vocem *alacritatibus* Liuineius mutandam ſuſpicatur in *alacritati eius*; eadem eſt ſententia Baunii et Puteani, in cuius codice, ut et Gud. *alacritati* legitur. Recte ſane: alioquin enim pronomen *qui* non habet, quo referatur. Pro *ipſam* Put. legi iubet *ipſe*, et ſequentia hoc modo corrigit: *quam a ſuis petebat, tam laborioſam inſtiterit militiam*. Sed τὸ *militiam* a *uoluntatem* nimis longe recedit. Loco uocis *laborioſam* Moerl. uitioſe *glorioſam*. Baunius lectionem uulgatam ita interpretatur:

ut

ſuis petebat, tam laborioſam inſtituerit uoluntatem.

G 4 XXXVII.

ut intelligamus, nihil uiuido eius animo eſſe difficile, qui prior habuerit illam uoluntatem adeo ſtrenuam, quam a ſuis militibus repoſcebat. Sed uellem docuiſſet, quo modo haec cum ſuperioribus recte copulentur, et qua Latinitatis ratione *laborioſam inſtituere uoluntatem* idem ſignificet, quod *habere uoluntatem ſtrenuam.* Si uulgata retinenda eſt, malim hunc in modum explicare: *nihil difficile eſſe ei, qui laborioſam illam uoluntatem*, i. e. laborum alacriter ferendorum ſtudium et patientiam, *quam a ſuis poſcebat, ipſe inſtituerit*, ſc. animis eorum, eosque ſuo ipſius exemplo ad illam erudierit et adduxerit. Sic certe transtulit Patarol: *avendo egli avvezzato a ſtenti ſi grandi, come bramava, l'animo aneora de' ſuoi.* Sed haec quoque interpretatio nec uera, nec ſuperioribus ſatis accommodata uidetur. Liuineius *a ſuis* optime exponit *a ſuorum conſpectu*, et pro *inſtituerit uoluntatem* coniicit *inſtiterit uoluptatem. Voluptatem* uult quoque Acidalius; quae uoces facillime miſcentur; et omnino ſatis eſt proba Liuineii emendatio. Poteſt tamen etiam illud, quod ſupra memoraui, *inſtruxerit*, explicari. *Inſtruere* dici pro *ſtruere* certiſſimum eſt. Sic, e. g. Nep. Themiſtocl. 6, 4. *Poſtquam autem audierunt, muros inſtrui.* Tacit. Hiſt. 5, 12, 3. *Struxere muros in pace.* Cic. pro L. Murena, c. 9. *Tu actionem inſtituis; ille aciem inſtruit.* Tacitus uero, Hiſt. 4, 24, 3. *Ciuilem ſtare contra, ſtruere aciem.* Liv. 26, 13. *Iis apud me hodie epulae inſtructae, parataeque ſunt.* Tacit. Annal. 15, 55, 4. *Enimuero liberales ſemper epulas ſtruxiſſe.* Idem Hiſt. 2, 22, 3. *Legionarius — inſtruit aggerem.* Contra uero Annal. 2, 18, 2. *Miles in loco praelii Tiberium Imperatorem ſalutauit, ſtruxitque aggerem.* Idem Hiſt. 4, 69, 6. *Haud perinde inſtruendo bello intentus.* Atticus, ad Cic. ep. l. 9, 10. *Ad poſterum bellum ἄσπονδον ſtrui exiſtimo.* Verbum *inſtruere* itaque, non modo *ornare rebus neceſſariis et munire*, ſed etiam, ſicut ſimplex *ſtruere*, ſignificat *machinari, parare.* Tacit. Annal. 14, 11, 2. *Periculaque uiris illuſtribus inſtruxiſſet.* Iuſtin. 9, 8, 9. de Macedoniae rege, Philippo: *Gratiam fingere in odio, in gratia offenſam ſimulare, inſtruere inter concordantes odia, apud utrumque gratiam quaerere, ſolennis illi conſuetudo.* Cic. ad Att. 5, 21. *Sed dices,*

XXXVII. Quae tuum, Constantine maxime, mite pectus inundauit gratulatio, cui tanto inter-
2 uallo uidere filium licuit, et uidere uictorem? Narrauit utique exhausta bella, et hoc ad suam gratiam, non ad sui ostentationem; qualis excipiendo hosti, quam resistenti uehemens, quam facilis supplicanti.
3 Audiuit haec frater intentus, et puerilem animum spes laeta et blanda gaudia titillarunt; cumque miraretur fratrem, etiam sibi fauit, quod ex annis

dices, me ipsum mihi sollicitudinem struere. Quodsi igitur licet *sollicitudinem sibi struere*; quidni liceat etiam *instruere uoluptatem*? Ad epitheton *laboriosam* quod adtinet, tenenda est obseruatio Burmanni, ad Phaedr. 2, 6, 13. *quotiescumque adhibentur adiectiua, ubi uidetur requiri aduerbium aut adiectiuum aduerbii modo positum, uel contra; aliquando eumdem debere exire sensum, si illud adiectiuum mutetur in aduerbium, uel uice uersa aduerbium in adiectiuum; aliquando autem paullum discrepantem.* Conuertamus nunc orationem, et pro *laboriosam* scribamus *laboriose*; tunc existet sententia planissima et commodissima. *Caesar hic fruitur nunc adspectu suorum, seque fruendum praebet. Iter difficillimum ad suos celerrime confecit. Possumus itaque intelligere, nihil alacritati eius asperum esse, qui uoluptatem, quam e suorum conspectu petebat, tam laboriose sibi parauerit, et perferendis tot, tantisque molestiis redemerit.* Sed Liuincii emendatio, ut iam dixi, optima mihi uidetur. *Iaeg.*

XXXVII, 1. *tanto interuallo uidere)* Constantinus aliquanto temporis interuallo Crispum filium non uiderat, quia ipse in Illyrico Sirmii ac Serdicae multum agebat et alibi: Crispus uincebat in finibus Germaniae. C.

XXXVII, 1. *uidere uictorem)* Non *uictoriam*, ut est in editione Puteana. Crispus autem, de quo hic agitur, anno Christi CCCXX. uicit Alemannos. B.

XXXVII, 2. *ad suam gratiam)* Bert. *sui*: forte *tui*. L.

XXXVII, 3. *Audiuit haec)* τὸ *haec* deest in Cusp. Rh. St. *Iaeg.*

XXXVII, 3. *frater intentus)* Constantinus iunior, adhuc puer, etiam Caesaris honore ornatus. C.

XXXVII, 3. *etiam sibi fauit)* Etiam aliquid inde laetitiae in se deriuauit, quod ex annis Crispi, cui proxmus

nis eius, quam proximus tantae gloriae esset, agnouit. Nunc te, Constantine maxime, omnes 4
rogamus, cum praesentem laudaueris, cum iam rei publicae flagitanti, cum Gallis desiderantibus reddes, iterum atque iterum moneas reuertentem, (neque enim persuaderi facile potest,) ut, si quando armis uestris contusa barbaria aliquid tamen mouerit, sit ille animo, sit consilio tui similis; temperet modo dextrae, manui parcat, et

mus erat aetate, sensit, quam propinquus esset tantae laudi. B.

Bene. *Fauere alicui* est *illo delectari.* Ita Cic. ad div. 3, 6, 1. *Cum meum factum cum tuo comparo, etsi non magis mihi faueo in nostra amicitia tuenda, quam tibi, tamen multo magis meo facto delector, quam tuo.* i. e. etsi me, meisque in amicitia tuenda factis non magis delector, etc. etsi communis illa φιλαυτια me non decipit. Plin. Paneg. 94, 1. — *te praecipue, Capitoline Iupiter, precor, ut beneficiis tuis faueas,* (i. e. εὐδοκῇς, eaque conferues,) *tantisque muneribus addas perpetuitatem.* Tibull. 2, 5, 110.

Et faueo morbo; tam iuuat ipse dolor.

Ouid. Met. 3, 386. sqq.

Huc coëamus, ait: nullique libentius umquam
Responsura sono, Coëamus, retulit Echo,
Et uerbis fauet ipsa suis. — — *Iaeg.*

XXXVII, 4. *Gallis*) an *Galliis?* *A.*

XXXVII, 4. *reuertentem — si quando*) Cusp. et Gud. uitiose *reuerentem.* In edd. Rh. et St. uerba *neque enim* etc. puncto, quod uocant, a superioribus sunt separata, et pro *ut* ante *si quando* in iisdem et Liv. legitur *et.* Sed ueram interpunctionem ac lectionem iam restituit Acidalius, adstipulantibus codd. Liv. Bert. Put. Moerl. et edd. reliquis. Lang. et Cusp. cum Schonh. particulam ante *si quando* plane omittunt. *Iaeg.*

XXXVII, 4. *armis uestris contusa barbaria*) Graue uerbum est *contundere*, cuius uim explicat Brouckhus. ad Tibull. 3, 6, 13. 14. et Schwarz. ad Plin. Pan. 44, 6. *Id.*

XXXVII, 4. *temperet modo dextrae*) Sit omnia tui similis, modo, instar militis, manum cum hoste non conferat; qua in re optamus ut deinceps iterum te nolit imitari. B.

XXXVII, 4. *manui parcat*) eam cohibeat. Florus, 2, 6,

ſit aliquid, quaeſumus, in quo te iterum nolit
5 imitari. Te uero, Conſtantine Caeſar, incrementum maximum boni publici, quibus uotis amplectitur Romana felicitas? quae de te tantum exſpectat, quantum nomine polliceris: et, licet aetas adhuc reuocet ab imitatione uirtutis paternae, iam tamen ad pietatem eius natura deducit; iam maturato ſtudio literis habilis, iam felix
6 dextera fructuoſa ſubſcriptione laetatur. Delegat multa indulgentiſſimus parens, et, quae per te concedit, referri ad gratiam tuam mauult.

XXXVIII.

2, 6, 17. *Itaque duo maximi exercitus caeſi ad hoſtium ſatietatem, donec Hannibal diceret militi ſuo: Parce ferro.* Seneca, Med. v. 174 ſq.

Compeſce uerba; parce iam demens minis,
Animosque minue. — — — Idem, Herc. Oet. 1013 ſq.

— — — *Parce uerberibus, precor,*
Megaera, parce; ſuſtine Stygias faces.

In cod. Bert. et ed. Cuſp. legitur *manu*, per apocopen, ut Virgil. Aen. 1, 261.

Parce metu, Cytherea. — — v. Voſſ. de Analog. 2, 18. *Id.*

XXXVII, 4. *et ſit aliquid*) audacia tua κατὰ τὸ ῥιψοκίνδυνον. L.

XXXVII, 4. *iterum*) Scribe *interim*. Tamen *iterum* forte poſſit retineri, ut ſit *amplius, poſthac*. A.

XXXVII, 5. *quibus uotis*) Sic magno conſenſu ſcripti et edd. meliores pro *quibus modis*, ut Rh. Steph. Liv. exhibent. *Iaeg.*

XXXVII, 5. *quantum nomine polliceris*) Alludit ad Conſtantini nomen, quod ductum a Conſtantia. B.

XXXVII, 5. *reuocet*) Ita in margine Rhen. Steph. et Lang. cum accuratioribus. Cuſp. Schonh. Rhen. et Steph. in textu, itemque Liv. *euocet*. Gruterus ſuſpicatur *ſeuocet*. *Iaeg.*

XXXVII, 5. *natura deducit*) Forte *te ducit*. *L.*

Patarol: *reducit*, neſcio unde. *Iaeg.*

XXXVII, 5. *maturato ſtudio*) Moerl. cum Gud. *maturus ſt.* ut, ſubaudito *es*, ad Caeſarem referatur; ſed minus recte. *Id.*

XXXVII, 5. *felix dextera — laetatur*) Iam beata manus tua ad utiles ſubſcriptiones adhibetur. B.

XXXVII, 6. *quae per te concedit*) Videtur requirere ſen-

XXXVIII. Quid igitur his temporibus fortunatius, cum, beneficio Conſtantini maximi, qui tam mature nobis Caeſares dedit, utamur maximis eorum commodis et integra aetas ſuperſit? Nihil imminuitur, et plurimum ſumitur: ut, cum res largiter ſuppetat, ſpes tamen illibata permaneat. Quinquenniis igitur feliciter inchoatis, e decennia Caeſarum nobiliſſimorum, ultra poſteros

ſenſus: *et quae per ſe concedit.* G.

Emendationem Gruteri in contextum recepit Cellarius; mihi uero illa minus neceſſaria uidetur, quamquam haud ineptam eſſe facile largiar: nam *per ſe* pro *ipſe* uel *ſua ſponte* uſurpatur. v. Cort. ad Salluſt. Cat. 39, 6. et Iug. 96, 2. Sed et uulgata ſenſum ſatis commodum habet: *quae per te*, i. e. te, loco et nomine ipſius, ſubſcribente, *concedit* atque indulget, *ad tuam gratiam referri*, i. e. tibi, quam ſibi, accepta referri, *mauult.* *Iaeg.*

XXXVIII, 1. *cum beneficio*) Rh. St. *quam beneficia*; Liv. *quam beneficio*, Cuſp. *cum beneficia*; uitioſe omnes. Corrigit Acidalius, legendo *fortunatius*, *beneficio Conſt.* Sed rectius cum cod. Liv. Bert. Put. Moerl. editiones reliquae *cum beneficio* etc. *Id.*

XXXVIII, 1. *tam mature*) Cum Conſtantinus quintum, Criſpus uero decimum quintum annum ageret. B.

XXXVIII, 1. *ut utamur*) Ita Cuſp. Rh. St. Liv. cum Gud. Sed melius, deleta, ex Liuineii ſententia, particula *ut* editores ceteri. Acidalius hoc modo lectionem conformat: *ut utamur max. eor. commod. et int. aet. ſuperſit, ut nihil imminuatur et plur. ſumatur, ut, quum res larg.* etc. Hoc uero minus placet. *Iaeg.*

XXXVIII, 1. *maximis eorum commodis*) Quae nunc, ueluti praecoces fructus, in anteceſſum percipimus, ut, cum maturam aetatem adtigerint, ſuperſint nobis commoda, quae ab illa aetate ſolent percipi omnino integra, quaſi ſi nihil ante acceperimus. B.

XXXVIII, 1. *cum res larg.*) In cod. Moerl. uox *res* male omittitur. *Iaeg.*

XXXVIII, 1. *ſpes illibata*) haud imminuta. Ita apud Vell. Paterc. 2, 48, 2. Pompeius *quam apud ſuperos habuerat magnitudinem, illibatam detuliſſet ad inferos.* *Id.*

XXXVIII, 2. *Quinquenniis feliciter inchoatis*) Primum per quinquennia honores Caeſarum numerabantur; mox per plura decennia, quae in poſteros ſe ſe proferrent, ſperabantur. C.

ros noſtros extendenda, quam impenſe rogari et orare nos conueniat, ipſis bonis temporum et
3 rei publicae utilitatibus admonemur. Iacet in latere Galliarum, aut in ſinu ſuo fuſa barbaria: Perſae ipſi, potens natio, et poſt Romanam magnitudi-

XXXVIII, 2. *extendenda* etc.) Moerl. *extendentia, quam impenſe orare et rogare* etc. *Iaeg.*

XXXVIII, 2. *bonis temporum*) commodis et felicitatibus. Tacit. Hiſt. 3, 81, 1. *Coeptabat permixtus manipulis, bona pacis ac belli diſcrimina diſſerens, armatos monere.* Claudian. de IV. Conſ. Honor. v. 491. ſqq.

— — — *Fruimurque quietis*
Militiaeque bonis; ceu bellatore Quirino,
Ceu placido moderante Numa. — — — *Id.*

XXXVIII, 3. *in latere Galliarum aut in ſinu tuo*) Sic omnes fere. Pro *aut* Schonhov. adfert *ac*, Acidalius *at*, quod minus probum eſt. *In latere Galliarum* ſignificat, Cellario interprete, *in finibus et communi limite Germanorum, Gallorumque.* Pro *ſinu tuo* Liuineius referibit *ſinu ſuo*, i. e. ſuis ipſius ſedibus et ſolo atque intimo receſſu, in interiore Germania. Hanc emendationem, a Cellario et Patarolo iam receptam, merito et nos in textum admittimus. *Sinum* pro *intimo receſſu* poni docet Gronov. ad Sen. Troad. v. 172. Quae ſequuntur, miſere deprauata ſunt in edd. Cuſp. Rh. St. Liv. *perſe ipſa pot. natio, et poſt R. m. i. t. ſecunda. Amicitiam* etc. Haec Liuineius primum ex ingenio correxit, deinde Bert. ſcriptura correctionem iſtam reperit confirmatam, cui etiam exempla emendatiora reliqua accedunt. *Id.*

XXXVIII, 3. *Perſae ipſi*) i. e. Parthi, quo nomine ante inſtauratum ab Artaxerxe Perſarum imperium proprie appellati et Romanis non parum formidati fuerunt. Pompeius, in Lucan. Pharſal. 8, 298. ſqq.

Primi Pellaeas arcu fregere ſariſſas,
Bactraque Medorum ſedem, murisque ſuperbam
Aſſyrias Babylona domos. Nec pila timentur
Noſtra nimis Parthis, audentque in bella uenire,
Experti Scythicas, Craſſo pereunte, pharetras.
— — — —
— — — —
— — — —
O utinam non tanta mihi fiducia ſaeuis
Eſſet in Arſacidis! fatis nimis aemula noſtris
Fata mouent Medos, multumque in gente deorum eſt. *Id.*

nitudinem in terris ſecunda, amicitiam tuam, Conſtantine maxime, non minus trepide, quam amabiliter petiuerunt. Nulla in terris tam ferox natio eſt, quae te non metuat, aut diligat. Omnia foris placida, domi proſpera, annonae uber- 4
tate, fructuum copia. Exornatae mirandum in modum ac prope de integro conditae ciuitates. Nouae leges regendis moribus, et frangendis uitiis conſtitutae. Veterum calumnioſae ambages reciſae captandae ſimplicitatis laqueos perdiderunt. Pudor tutus; munita coniugia. Se- 5
curae facultates ambitione ſui gaudent, nec aliquis

XXXVIII, 4. *foris placita*) Sic Liv. Giut. utraque Pariſ. Pat. et Cellar. Reuocaui ueram Gud. Cuſp. Rh. St. lectionem *placida*. *Id.*

XXXVIII, 4. *annonae ubertate*) Admodum corrupta haec ſunt in edd. antiquioribus, nimirum: *proſpera. An non ubertate, fructuum copia exornatae* etc. Veram lectionem et interpunctionem Liuineius et Acidalius reſtituerunt; uterque ingenio, ille ſchedis etiam Lang. adiutus. Accedit auctoritas Mſſ. Moerl. et Put. quorum tamen hic, ſicut et Gud. pro *ubertate* ſatis bene praefert *ubertas*. *Id.*

XXXVIII, 4. *Nouae leges regendis moribus*) Ita Cuſp. Rh. St. Liv. Corrigit Acidalius *erigendis*: uerius autem ex ſuo cod. et ed. Puteolani Puteanus, itemque ex ſuo et Bert. Liuineius *regendis*. Hos reliqui edd. cum Moerl. ſtipant. *Id.*

XXXVIII, 4. *ueterum calumnioſae*) Aur. Victor de Conſtantino: *Commodiſſimus multis rebus fuit, calumnias ſedare legibus ſeueriſſimis* etc. Vide Euſeb. l. 4. de Vita Conſtantini, et l. 15. de Teſtam. l. 1. D. de form. et impetr. act. ſubl. Supra, paneg. 8, c. 4, 4. *te abolitarum calumniarum, te prohibitarum delationum* etc. *Put.*

XXXVIII, 5. *Pudor tutus; munita con.*) Rh. St. Liv. *Pudore tuo mun. con.* Protulit Liv. ex cod. ſuo, Bert. et Cuſp. noſtram lectionem, quam probat Gruter. et Schonhov. Put. Moerl. cum edd. ceteris confirmant. Puteanus eam illuſtrat l. *Quamuis* 2. Cod. de Adulter. Idem etiam coniicit *pudore tuto*, quod minus neceſſarium. *Iaeg.*

XXXVIII, 5. *Securae facultates*) ſublatis delatoribus. v. Paneg. 8, 4, 4. *Put.*

XXXVIII, 5. *ambitione ſui*

quis habendi, quam plurimum metus; ſed in tanta bonorum adfluentia magna uerecundia non habendi. Hic denique ſtatus rerum eſt, ut obtinendae potius felicitatis uotum geramus, quam
6 augendae cupiditatem. Vnum modo eſt, quo fieri poſſit Roma felicior, maximum quidem, ſed tamen ſolum; ut Conſtantinum, conſeruatorem ſuum, ut beatiſſimos Caeſares uideat, ut fruendi copiam pro deſiderii modo capiat, ut uos alacris excipiat, et, cum rei publicae ratio digredi fecerit, receptura dimittat.

ſui g.) i. e. gaudent, ſe ambiri et quaeri. v. Graev. ad Iuſtin. 12, 15. 11. In Moerl. mendoſe ſcriptum eſt *amb. ſua.* *Iaeg.*

XXXVIII, 5. *nec aliquis — non habendi.*) Nec timet, qui opibus abundat; ſed potius in tanta bonorum copia pudor eſt, iis carere. B.

XXXVIII, 5. *obtinendae felicitatis*) h. e. conſeruandae ac tuendae, retinendae. Sic Terent. Andr. 4, 5, 22. *Antiquum obtines*, et Hecyr. 5, 4, 17. *Antiquam tuam uenuſtatem obtines*, et mox v. 19. *Morem antiquum atque ingenium obtines.* Liv. 9, 38. *Quum — legati gratias agerent, obſtinatum ſilentium obtinuit ac ſine reſponſo — legatos dimiſit.* Cic. de Orat. 3, 60. *Ad uocem obtinendam nihil eſt utilius, quam crebra mutatio; nihil perniciosius, quam effuſa ſine intermiſſione contentio.* *Iaeg.*

XXXVIII, 5. *uotum geramus*) i. e. habeamus, ut ſaepe. Phaedr. 1, 13, 7. *Quantum decoris corpore et uultu geris!* ubi v. Burm. *Id.*

XXXVIII, 5. *augendae cupiditatis*) Lege *cupiditates.* Rittershuſ. *cupiditatem* uoluit. A.

XXXVIII, 6. *quo fieri poſſet*) Sic Liv. Grut. et utraque Pariſ. cum Pat. et Cellar. Melius Cuſp. Rh. Steph. cum Moerl. *quo fieri poſſit.* *Iaeg.*

XXXVIII, 6. *Roma felicior*) Ex his apparet, hanc Nazarii orationem non in Gallia, ſed Romae fuiſſe habitam, quia pro Romanis orat, ut praeſentia Conſtantini et filiorum frui liceat. C.

XXXVIII, 6. *ut uos alacris* etc.) Vitioſe Cuſp. Rh. St. Liv. *et nos* etc. Meliorem ſcripturam ſummo conſenſu libri Mſſ. et edd. ceteri obtinent. *Iaeg.*

XXXVIII, 6. *et cum rei publ. ratio* etc.) Cum rei publ. utilitas uos compulerit, inde diſcedere. B.

Pro *et* Gud. *ut.* *Iaeg.*

X.

MAMERTINI
PRO CONSVLATV
GRATIARVM ACTIO
IVLIANO AVGVSTO.

VITA
FL. CLAVDII IVLIANI.

An. V. C. 1084. *Christi* 331. *Constantini M. imp.* 26.

FLAVIVS CLAVDIVS IVLIANVS, cognomento Apostata, quod a Christiana religione, quam adolescens professus erat, rerum potitus foediſſime defeciſſet, patre Constantio, Constantini Magni fratre, matre Basilina, nobiliſſima foemina Christiana, secunda Constantii uxore, 8. Idus Nouemb. nascitur Constantinopoli. Mater paucis post mensibus exceſſit e uita. *Iulianus in Misopogone.*

An. V. C. 1090. *Christi* 337. *Constantini, Constantii, et Constantis Augg. imp.* 1.

Constantius, eiusque frater Annibalianus, ac Dalmatii, eorum fratris filius Dalmatius Caesar, quos Constantinus Magnus purpurea aureaque ueste et nobiliſſimatus titulo donauerat, in seditione militari opprimuntur, uel instigante, uel diſſimulante certe Constantio Augusto: siue ut tutius imperaret: siue ut Constantino patri porrectum, uti suspicabatur, ab iis uenenum uindicaret. Vix Iulianus, et Gallus, eius unicus frater tum duodennis, parem sortem effugere. Hic quidem, quod propter incertam ac paene affectam ualetudinem haud diu uicturus crederetur: ille uero, quod adhuc puer: nam ut ex tempore eius obitus appareret, quinquennium haud multum exceſſerat.

An. V. C. 1092. *Christi* 339. *Constantini, Constantii, et Constantis Augg. imp.* 3.

Altero post anno, cum nonnulli ad excitandas seditiones Iuliani et Galli nomine abuterentur, uterque abductus in Cappadociam, in Macello (locus erat ad Argeum montem non longe a Caesarea plane regius) ad liberales

artes et ſacrarum literarum cognitionem inſtituitur: qu in ſeceſſu totos ſex annos arctiſſime cuſtoditi, quomod refert *Iul. ep. ad S. P. Q. ATH.* (neque enim ad eo cuiquam erat aditus) tantum profecere, ut facti clerici li bros eccleſiaſticos populo praelegerent. Hic uero cun ambo S. Mammae Martyri Baſilicam ſuis ſumtibus excita rent; Gallus quidem, ut ſuam pietatem oſtentaret; Iulianus uero, ut impietatem, id eſt, ut eiuratam iam animo Chriſtianam religionem diſſimularet apud Conſtantium; factum eſt, ut Galli opere procedente, Iuliani opus terrae motu diſiiceretur. Quod ubi ad Conſtantium allatum eſt, ſiniſtrum illorum pietatis omen ratus, uehementer utrique ſuccenſuit. *Gregor. Nazianz. in orat. Sozomen. Zonar. Cedrenus, etc.*

An. V. C. 1098. *Chriſti* 345. *Conſtantii et Conſtantis Augg. imp.* 9.

Poſtquam Conſtantii, qui in expeditione Pontica parum felicter erat occupatus, ira tantiſper deferbuiſſet, Gallus Epheſum mittitur, qua in urbe permagnae res ipſi erant a maioribus relictae. Iulianus ad publicas ſcholas Conſtantinopolim euocatur. In hac totius terrarum orbis luce Nicoclis, Lacedaemonii Grammatici, et Ecebolii Sophiſtae opera, trium circiter annorum ſpatio, adeo profecit, ut idoneus regendo imperio palam diceretur. Qua re conturbatus Conſtantius, ne quid turbarum eius occaſione in urbe imperii primaria excitaretur, Iulianum ocius commigrare iubet.

An. V. C. 1101. *Chriſti* 348. *Conſtantii et Conſtantis Augg. imp.* 12.

Conſtantio Aug. aduerſus Perſas occupato, Iulianus Nicomediae Euſebio, huius ciuitatis epiſcopo, Ariano, affini

affini ſuo, inſtituendus traditur. Prohibitus vero, ne ad Libanium Sophiſtam, gentilitiae ſuperſtitionis defenſorem acerrimum, ſe applicaret, primum in eius lectitandis libris clam totus eſt: tum factus hac lectione audacior et ſuperſtitionis cupidior, ad eum ſe confert palam. Veniunt illico ad eum Iamblicus et Maximus, inſignes magi, qui iam eo plus aequo propenſum Iuliani animum ita ſuis praeſtigiis deliniunt, ut ab eorum latere non diſcederet. In primis Maximo delectatus, quod ſpem ei iniecisſet imperii. Id relatum eſt ad Conſtantium: quod ubi ſenſit Iulianus, inter metum et ſpem poſitus, capite tonſo, ut alienum ab imperio animum ſignificaret, vitam monaſticam ſimulauit, et in eccleſia Nicomedienſi lector deſignatus eſt.

An. V. C. 1104. *Chriſti* 351. *Conſtantii Aug.* 15.

Gallus, Iuliani frater, Caeſar fit idibus Martiis, et Conſtantius Gallus appellatur. Huic, cum tota Orientis praefectura, Conſtantia, Conſtantii ſoror, in coniugem datur. Interim cum Iulianus euocandis daemonibus et ſpectris, ac belluarum uiſceribus perſcrutandis, aliiſque hariolorum myſteriis in dies magis ac magis doceretur: relicta Nicomedia Aſiae reliquas partes luſtrauit, magicae profeſſionis homines, quos ibi rumor erat eſſe plurimos, quaeſiturus. Ac primum Ioniam, tum bis intra menſes duos Phrygiam, quamuis ex morbo ob itinerum laborem contracto plane imbecillus, ac demum Graeciam circumcurſat, ut ipſe ait *in ep. ad Themiſt.*

An. V. C. 1106. *Chriſti* 353. *Conſtantii Aug.* 17.

Hoc anno Gallus ſeu propter ſuſpicionem ambiti imperii, ſeu propter patratas Antiochiae caedes, a Conſtantio in Italiam per Domitianum quemdam euocatus, ipſo-

que Domitiano, quod Gallum ſuperbius compellaſſet, ab eius militibus occiſo, Gallus in Italiam uenit. At Conſtantius Iulianum quoque imperii cupiditate adhuc flagrare ſuſpicatus; ſeu quod Gallus in Orientem proficiſcens Iuliani clam uiſendi gratia (ut ait *Socrates*) Nicomediam diuerterat, ſeu quod Iulianus in Aſiam demigrans Conſtantinopoli tranſierat, quo fratrem Gallum ibi uideret, ut inquit *Ammianus*. Vt ut eſt, cuſtodiri ibi illum iubet. At ille cum poſſe ſe e cuſtodum manibus aufugere uideret, locum ſubinde commutans euaſit. Ita refert *Socrates*.

An. V. C. 1107. *Chriſti* 354. *Conſtantii Aug.* 18.

Poſt Conſtantiam, Galli uxorem, in Bithynia febri exſtinctam, ac Gallum in Illyrico in inſula Flanona peremtum, *ut ait Ammianus*; Iulianus parem ſortem veritus, Mediolanum, ubi Conſtantius, inito cum Alamannis foedere e Germania reuerſus, uerſabatur, contendit. Hic in ſuburbio, uel ut alii uolunt Nouocomi dum lateret, impetrata ſibi per Euſebiam Auguſtam apud imperatorem dicendi licentia, plane ſe purgat. Quare domum redibat victor, et quidem ab Euſebia deductus honorifice, cum itinere illo neſcio quo caſu impedito rurſum in Graeciam mittitur, quam quidem relegationem omnes interpretabantur, *Iulian. ep. ad Themiſt. et ep. ad S. P. Q. ATH.* Ipſe uero beneficii loco id ipſum Euſebiae referebat acceptum: ſiue, ut ipſe aiebat, ſtudiorum cauſa, ſeu potius quod aueret cum regionis illius ſacrificulis et impoſtoribus de rebus ſuis communicare. *Nazianz. orat.* 1. *in Iul. Sozom.* Gregorius Nazianzenus Iulianum Athenis intuitu, *Quale*, inquit, *malum Romanorum terra nutrit?* nec uanus coniector fuit.

An

An. V. C. 1108. *Christi* 355. *Constantii Aug.* 19. *Iuliani aetat.* 24.

Cum barbari aduersus Magnentium et Britannionem a Constantio euocati (ut refert Sozomenus) popularentur Gallias atque adeo plus 45. oppida, Ammiano teste, occupassent, Constantius haud satis tutum ratus, ex Italia secedere, Iulianum Athenis, ubi philosophum agebat, reuocatum Caesarem facit 8. id. Nouemb. simul, ad firmandam fidem, sua ei sorore Helena paucis post diebus in coniugem data, ipsum transalpinis praefectum, in Gallias uel imperatoris imaginem laturum, ut ait Iulianus ipse, uel potius aduersus barbaros dimicaturum mittit. Igitur cum 360. tantum militibus, ut ipse ait *ep. ad S. P. Q. ATH.* quibus ita praeerat, ut nihil sine ducum consilio agere posset, Kal. Decemb. *egressus, deductusque ab Augusto ad usque locum duabus columnis insignem, qui Laumellum interiacet et Ticinum, itineribus rectis Taurinas peruenit*, ubi audito nuntio, *Coloniam Agrippinam pertinaci barbarorum obsidione reseratam et magnis uiribus deletam*, agnouit, quantum accepta hac prouincia sese in discrimen conieciisset. Ipseque dictitabat, *nihil se amplius effecturum, quam ut occupatior interiret*, et illud Homericum, de die quo purpuram sumserat, Ἑλκέσθω πορφύρεος θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή, *capiat purpurea mors et parca violenta*. Viennam inde ad Rhodanum progressus magno omnium populorum concursu et acclamatione exceptus est. *Tunc annus quaedam orbata luminibus, cum percunctando, quinam esset ingressus, Iulianum Caesarem comperisset, exclamauit, hunc deorum templa reparaturum.* Ammianus. Cuius praesagii fidem rei euentus non multo post confirmauit, cum

factus imperator non iam de nocte et clanculum, sed palam eiurata Christiana religione gentilitatem professus est.

An. V. C. 1109. *Christi* 356. *Constantii Aug.* 20. *Iuliani aetat.* 25.

Constantius in urbem triumphanti similis regreditur; Iulianus uero hoc anno consul, hieme Viennae exacta in barbaros mouet: ac primum 8. *Kal. Iulias Augustodunum peruenit cum cataphractariis solis et Balistariis, Autosiodorum et Tricassas derepente occupat.* Inde per Remos, ubi ab Vrsicini successore Marcello atque adeo Vrsicino ipso cum toto exercitu exspectabatur, ad Decempagos Rhenumque properat, *ubi Brotomagum* (*Alsatiae* urbem hodie *Tabernas, Alisonem, Nemetas siue Spiram, Vangiones siue Wormatiam, et Moguntiam recipit.* Nullo itaque post hac repugnante occupatam, *ut aiunt Ammianus et Iul. ep. ad S. P. Q. ATH.* ante menses 10. a barbaris Agrippinam circa Septembris finem recuperat, territos Francos ad pacem petendam adigit. *Quibus uincendi principiis laetus Iulianus, per Treuiros transit hiematurus apud Senonas, oppidum tunc opportunum.* Ammianus. Hic potentissimum, ut ipse ait *ep. ad S. P. Q. ATH.* exercitum ipse cum paucis militibus, cum nihil auxilii sibi a Marcello magistro equitum mitteretur, post menstruam obsidionem dissipat. At Marcellus Mediolanum, ubi Constantius uersabatur, ut facti sui redderet rationem euocatus, abdicatur imperio, et Sardicam, quae patria eius erat, ablegatur, *eadem epist. ad S. P. Q. ATH.*

An. V. C. 1110. *Christi* 357. *Constantii Aug.* 21. *Iuliani aetat.* 26.

Dum Iulianus 11. consul sese contra Germanos accingit, Lugdunum ab iis inuaditur, unde tamen haud multo post

poſt expelluntur. Idem tres Tabernas, munimentum Argentorato proximum, ad Vogeſi radices non ita pridem ſubuerſum inſtaurat; ſeptem totius Germaniae potentiſſimos reges, Chonodomarium, Veſtralpum, Vrium, Vrſicinum, Serapionem, Suomarium et Hortarium una ingenti difficillimoque praelio profligat in campis Argentoratenſibus. *Ammian.* Iulianus captiuos bene multos ad Conſtantium mittit, qui eorum ſpecie et magnitudine perculſus eſt. *Ex Alamannis ſex*, non 60. ut male ait Zoſimus, *millia corporum numerata ſunt in campo proſtrata, et inaeſtimabiles mortuorum acerui per undas fluminis ferebantur.* Ex parte Iuliani 247. deſiderati ſunt. Francorum rex Chodonomarius in pugna, ut ait Victor, uel ut Ammianus, in conuiuio per dolum captus, *Iuliano oblatus, humique fuſus, ueniam rogans, diebus poſtea paucis ad comitatum imperatoris, Conſtantii, cum ille e Quadis, Sarmatiſque, Iſtri accolis, commode rediret, ſtatim ſubmiſſus eſt Romam*, et (ut addit *Iulianus ep. ad Athen.*) *in caſtris montis Coelii Peregrinis morbo ueterni conſumtus eſt.* Victor Iulianus iterum ad Tabernas ac Moguntiam uenit, Tranſrhenanos uaſtat, aequinoctio Autumnali eos ad pacem petendam adigit, Francos a Moſa repellit, ac tandem Pariſiis hiemat.

An. V. C. 1111. *Chriſti* 358. *Conſtantii Aug.* 22. *Iuliani aetat.* 27.

Iulianus ſub menſem Iulium Salios, Friſios, Hattuarios, Chamauos, et Bructeros, qui ſedem ſibi in Romano ſolo fixerant, ibique graſſabantur, terret, et in deditionem accipit: iis agros aſſignat: caſtella ad Moſam euerſa reſtituit. *Ammianus.*

An. V. C. 1112. Christi 359. Constantii Aug. 23. Iuliani aetat. 28.

Iulianus iterum in Alamannos proficiscitur traiecto ad Moguntiam Rheno, hostibus nequicquam tranfitum custodientibus. et Macrianum, Hariobaudum et Vadomarium reges ad pacis conditiones petendas compellit. Hic uaria custodibus Rheni militibus aleadis horrea constituta.

An. V. C. 1113. Christi 360. Constantii Aug. 24. Iuliani aetat. 29.

Iulianus tertium consulatum gerebat, cum Constantius eius gloriae inuidens per Decentium tribunum et Notarium Herulos, Batauos, Celtas, aliasque auxiliares copias ad se reuocauit, quibus aduersus Persas uteretur. At illae, seu Constantii odio, aut Iuliani amore, aut arte, seu quod transmarinam militiam detrectarent, Iulianum inuitum, ut ipse ait, Augustum acclamant Parisiis. Is statim legatos Constantinopolim ad Constantium cum literis mittit, quibus facti sui rationem redderet. Hi apud Caesaream Cappadociae superbe accipiuntur a Constantio. Quare Iulianus Traiectum ad Mosam abit, deinde Hattuarios Galliarum extrema uastantes et securos, quod se locorum aditu difficilium praesidio munitos crederent, opprimit, et ad pacem petendam adigit. Tum Viennae hiemat, et quinquennalia celebrat. Ibi eius uxor Helena obit; eiusque corpus Romam mittitur. Interim Iulianus, diffidens, futurum unquam, ut Constantius placaretur, statuit aperto Marte imperium totum occupare. Itaque scriptis ad diuersas ciuitates literis, quibus, ut sibi fideles essent, commoneret, in Pannoniam uenit contra Constantium dimicaturus.

An.

An. V. C. 1114. *Chr.* 361. *Constantini Aug.* 25. *Iuliani aetat.* 30.

Constantio Augusto in expeditione Persica prope Tarsum 3. nonas Oct. mortuo, Iulianus Constantinopolim, Alamannis iterum uictis, ordinatisque Galliis recta contendit: ex imperii primariis, amicisue Constantii alios nece, alios mulctat exilio. Episcopos exsules reuocat, atque, ut mutuis dissidiis sese affligerent, quam quisque uellet sectam, sequi, permittit. Christianam religionem palam eiurat; nec minus crudeliter quam callide insectatur; gentilium templa referat reficitque, et ipse in Pontificem maximum profanis ritibus consecratur.

An. V. C. 1115. *Christi* 362. *Iuliani imp.* 1. *aetat.* 31.

Ad Iulianum uariae undique legationes aduenium. Ipse contra Persas proficiscens Nicomediam et transgressus Antiochiae hyemat. Hic irrisus ab Antiochensibus, in primisque iactis in eius barbam, quae plus aequo prolixior erat, dicteriis iratus primum est; tum satyrico et iocorum pleno libello quem *Misopogonem*, id est, osorem barbae inscripsit, eos perstrinxit; in quo perpetua ironia uidetur non eorum luxum et mollitiem, sed se ipsum accusare, quod eos imitari non posset. Mamertinus consul gratiarum actionem agit imperatori pro consulatu, quem hoc anno gessit cum Neuita. Iulianus Athanasium in exsilium mittit, Arianis ita deprecantibus. Christianos liberalium artium doctores ita insectatur, ut Prohaeresius, quamuis in edicto nominatim exceptus, Musonius, et Marius Victorinus Scholam deseruerint. Themistium uero philosophum, Libanium Sophistam, Oribasium, Pergamenum quendam medicum, Maximum Cynicum, Ecebolium Sophistam, aliosque impiae gentilitatis professores summis honoribus insignit.

Ani V. C. 1116. *Christi* 363. *Iuliani imp.* 2. *aetat.* 32.

Iulianus IV. consul adscito in collegam Sallustio, *idolo*rum cultu sibi coniunctissimo, post hiemem Antiochia transactam, pridie nonas Martias inde digressus, Euphratem traiicit 7. idus Aprilis et urbibus aliquot in itinere expugnatis, Ctesiphontem peruenit: ubi cum pugna commissa esset, ipse in promiscua turba sagitta trans*foditur* 6. Kal. Iul. A quo uero uulneratus fuerit, in dubio est. Vtrum a Persa transfuga, ut est in epitome Victoris, an ab uno e suis, ut ait Ammianus, an a Christiano, ut habet Libanius, an a Daemone ipso, ut tradit Callistus Iuliani satelles, qui eius res gestas carmine heroico conscripsit, an ab Angelis, ut refert Gregorius Nazianzenus, an demum a Mercurio Martyre, ut Damascenus asserit ex Helladio, cui socium Artemium martyrem addit Nicephorus. Certe, *inquit* Gregorius Nazianzenus, uulnus uniuerso orbi salutare Iulianus accepit; hacque morte iis omnibus, quos per summam crudelitatem interfecerat, litauit. Simul ac mortifero uulnere sauciatum se sensit, exceptum plena manu sanguinem in coelum proiiciens: *Vicisti*, inquit, *Galilaee*: sic Christum per ludibrium appellabat. Ita *Theodoretus*. Et, *Saturare Nazarene*. Ita *Nicephorus*. Statim *relatus in castra hiante latius suffossi lateris uulnere et spiritum tumore cohibente uenarum, epota gelida aqua, quam petiit, medio noctis defecit anno aetatis* 32. cum annum unum et menses circiter septem ab extincto Constantio imperasset. Haec *Ammianus*. Ceterum huius corpus Tarsum Ciliciae delatum magna populorum mortuo illudentium cauillatione, ibique conditum est, si Ammiano credimus: si uero Gregorio Nazianzeno fides est, a terra ipsa, quam Iulianus sceleribus suis inquinarat, excussum, in mare proiectum est.

Fuit

Fuit excellenti et amoeno, ſed leui, uafro, uana deorum ſuperſtitione et magicis artibus deprauato ingenio, philoſophicam quandam grauitatem affectans, ac ſophiſtarum grege ſemper ſtipatus. Homo loquax et ſcurrili dicacitate, ac populari aurae praeter modum ſeruiens. Ita ſuperſtitioſus, ut etiam Iamblico philoſopho, quem Mercurium adpellabat, tanquam Nicomediae tutelari deo, faceret. Ceterum omni literarum genere excultiſſimus, ac linguae in primis Graecae peritiſſimus, liberalis, opum, luxus, et uoluptatum contemtor, belli et pacis artibus praeſtans, laboris et inediae patiens, felix, iuſtus, praeterquam in Chriſtianos, quos omni genere crudelitatis uexabat, literarum literatorumque amantiſſimus, niſi ſi Chriſtiani forent.

DE AVCTORE PANEGYRICI ET QVO TEMPORE AC LOCO HABITVS SIT.

Mamertinus a Iuliano Auguſto conſul factus hac oratione principi gratias agit. Pronuntiata eſt anno Chriſti 362, cum, ut ex faſtis apparet, conſulatum gereret, Neuita collega. Quis porro Mamertinus ille fuerit, ex qua patria oriundus, nullibi, quod ſciam, proditum eſt. Ego facile putem, hunc Meſſana oriundum fuiſſe; ſic enim Meſſanenſes propter Mamertinos hoſpitio exceptos dicti ſunt Mamertini. Eius mentio fit in uariis locis apud Ammianum l. 6. l. 21. l. 23. Atque etiam ipſe de ſe non ſemel loquitur hoc in Panegyrico; ex quibus locis omnibus conſtat, Mamertinum praefectum aerario fuiſſe, tum praefectum praetorio per Illyricum, in cuius prouinciae adminiſtratione peculatus reus, abſolutus eſt, ac tandem a Iuliano conſul factus. An uero Mamertinus hic idem fuerit, atque ille cui panegyrici 1. et 2. Maximiano dicti attribuuntur, neque uelim affirmare, ut ad hos panegyricos obſeruaui, propter ſpatium ſeptuaginta annorum inter illorum et huius panegyrici tempora: neque auſim prorſus negare; nam tum, cum hanc orationem dixit, admodum ſenex fuiſſe uidetur, ut conſtat ex paneg. c. 17. *Sed a teneris annis ab aetate puerili, ad hanc uſque canitiem conſulatus amore flagraui.*

SYN-

SYNOPSIS PANEGYRICI.

In exordio. *Reddit rationem, cur, pro praefectura aerarii et praetura cum Iuliano imperatori gratias hic usque non egerit, id agere consul aggrediatur. Quod nempe in prioribus dignitatibus imperator aut suae aut publicae utilitatis rationem habere uideri potuerit; in consulatu vero dando eius tantum, cui datus est.*

Distributio. *Prima huius orationis parte imperatoris uirtutes recenset, altera pro accepto consulatu gratias agit.*

I. Pars. *Perstringit eius uictorias, receptas eius uirtute Gallias, subactam paene omnem barbariam,* c. 3. *Iterum de Gallis tum a barbarorum uastitate, tum a iudicum, quibus subessent, tyrannide et auaritia ereptis, deletos Germanos, ius restitutum, emendatos eius uirtutum exemplo mores,* c. 4. *Quae omnia mirum quantum a Iuliano Constantium alienarint,* c. 5. *Iulianus in medio Illyrici sinu derepente adest, hic et ubique uictor,* c. 6. *Istrum nauibus transcurrit barbarorum terrore tanto, ut supplices ueniam petant,* c. 7. *Ad Adriam, Tyrrhenum, Maeotiaem pugnat et uincit, Nicopolim instaurat, Eleusinam et alias Macedoniae, Illyrici et Peloponnesi ciuitates restituit,* c. 9. *Patiens laboris bellici, castrensi cibo contentus,* c. 11. *Sibi asper, in alios facilis, sibi parcus, in alios liberalis,* c. 12. *Castus, in castris perpetuus,* c. 13. *Sic peragrata uictoriis Thracia de subleuanda Vrbis annonae penuria cogitat,* c. 14.

II. Pars. *Imperatoris in se beneficium amplificat, quod consulatum acceperit non meritus, quod in summa uirorum bonorum copia, quod minorem magistratum petens, quod sine largitionibus et ambiendi labore, quod in tenui re et ambiendi ignarus, uoti compos fieri nunquam potuisset,* c. 15. *Quod uno eodemque anno aerarii publici cura, praefectura, et consulatu insignitus sit,* c. 22. *Redit ad commemorationem uirtutum Imperatoris, cuius in fouendis literis, reuocandisque artibus studium commendat,* c. 23. *in omnium animis sibi conciliandis industriam,* c. 25. *in eligendis amicis prudentiam, in eosdem fidem,* c. 26. *in summo honorum apice modestiam, in condonandis iniuriis clementiam,* c. 27. *ac praecipue singularem in se et collegam humanitatem.*

In Fine. *Denique accepti a tanto Imperatore beneficii nunquam futurum se immemorem pollicetur,* c. 31.

X.

MAMERTINI PRO CONSVLATV GRATIARVM ACTIO IVLIANO AVGVSTO.

Etsi scio, te, Imperator, et cunctos, qui consilium tuum participant, posse mirari, quod nunc demum gratias agere exorsus sim, quasi beneficia in me tua coeperint a consulatu: fatebor tamen, quod ingenii, cuius me poenitet, conscius, etiam nunc tacere uoluissem, et prorumpens licet huius muneris gaudium intra arcanae laetitiae conscientiam coërcere. Sed siue errorem nostrum, siue consilium congesta et coaceruata in unum beneficia uicerunt, atque in id redegerunt necessitatis ambiguum, ut mihi aut indiserti aut ingrati esset fama subeunda: malui elo-

I, 1. *Imperator*) Bert. addit *Auguste*. Iaeg.

I, 1. *consilium tuum participant*) Qui tibi sunt a consiliis. B.

v. infra, Paneg. Pacat. c. 1, 1. Iaeg.

I, 1. *exorsus sim*) Cusp. *sim*, quod praestabilius est altero illo. Id.

I, 1. *coeperint a consulatu*) Iam Mamertinus aerarii praefecturam a Iuliano Augusto acceperat, iam praetorio per Illyricum praefectus fuerat, cum consulatus, ueluti tot honorum cumulus, accessit. Quare infra c. 21, 5. *Cum me propter tantillum innocentiae meritum uno in anno ter uideat honoratum.* B.

I, 1. *in tam arcanae*) Sic Rh. St. Liv. *in ira arc.* Cusp. propius uerum. Denique *intra arc.* cod. Liv. Bert. Schonhov. Put. Moerl. cum edd. posterioribus. Iaeg.

I, 2. *Sed siue errorem* etc.) Liuineius corrigit: *Sed cum siue errorem nostrum siue consilium congesta et coaceruata in unum beneficia uicerint, atque in id redegerint* etc. Id.

eloquentiam potius, quam pietatem erga te of-
3 ficiumque meum, deſiderari. Et ſane in his ho-
noribus, quibus me prius honeſtaras, minor eſſe
4 cauſa ad agendas gratias uidebatur. Nam cum
me aerarium publicum curare uoluiſti, cum quae-
reres

I, 3. *honeſtaras*) Sic re-
cte Bert. Put. Moerl. et edd. accuratiores. Cuſp. cum Rh. St. et Liv. *honeſtaris*. *Id.*

I, 4. *Nam tum me* etc.) Melius *quum*; ut cohaereat cum eo, quod in fine ſequitur *quoquo modo*. *Rhen.*

Emendant *quum me*, ut cohaereat cum eo, quod in fine ſequitur *quoquo modo*. At quomodo, quaeſo, filum orationis ita duci poteſt, ut, quo ordine nunc uerba legimus, ſtructura conueniat? Non conuenit uero, niſi retractis illis, quae ad finem reiecta ſunt, et uocula una etiam deleta. Sic ſcribendum omnino: *Nam quum me aerarium publicum curare uoluiſti, quoquo modo uidebar honorem onere penſare. Quum quaereres uirum animi magni aduerſus pecuniam, liberi aduerſus offenſas, conſtantis aduerſus inuidiam, me, qui tibi uiderer eiusmodi, delegiſti: idque eo tempore, quo partim exhauſtae prouinciae non minus exitiabilibus quam pudendis praeſidentium rapinis ultro opem imperatoris expoſcerent, partim milites, ſaepe ante acris temporibus ludo habiti, (quum* hic plane delendum) *praeſens ſtipendium flagitarent. At quum me praet.* etc. *Acid.*

Et turbata ſeries orationis et ſcripturae uarietas corruptionem h. l. arguit. Pro *tum*, ſecundum emendationem Rhenani, habent *cum* Liv. cum omnibus poſterioribus edd. Cod. Put. *Nam quod tum me.* Voces *partim depraedatione barbarica* deſunt in Rh. St. Liv. In exemplo Cuſp. et Schonhov. legitur: *part. praedatione barb.* Noſtram lectionem cum Bert. Lang. Put. et Moerl. exhibent Gruter. Pariſ. Pat. Cellarius. *Partim* ante *milites* ponitur in ed. Rhen. St. Liv. omittitur uero in cod. Liv. Bert. Put. Moerl. Schonhov. et Cuſp. ceterisque edd. Voculam *cum* uel *quum* ante *praeſens*, quam habet Cuſp. Rh. Steph. Liv. Baun. abeſſe a ſuo cod. et Bert. teſtatur Liuineius: abeſt etiam Moerl. et edd. Grut. Parff. priore, Pat. et Cellar. Σοφὸν φάρμακον adhibuit Acidalius reponendis in locum ſuum, quae luxata uidentur: melius uero oratio cohaerebit, ſi pro *At cum me* legamus cum cod. Put. *Et cum me.* *Iaeg.*

I, 4. *aerarium publ. cur. uol.*)

reres uirum animi magni aduerſus pecuniam, liberi aduerſus offenſas, conſtantis aduerſus inuidiam, me, qui tibi uiderer eiusmodi, delegiſti: idque eo tempore, quo exhauſtae prouinciae, partim depraedatione barbarica, partim non minus exitiabilibus quam pudendis praeſidentium rapinis, ultro opem imperatoris expoſcerent; milites, ſaepe anteactis temporibus ludo habiti, cum praeſens ſtipendium flagitarent, quoquo modo uidebar honorem onere penſare. At cum me 5 prae-

uol.) Infra (c. 22, 2.) *Primum theſaurorum omnium mandata cuſtodia et diſpenſatio largiendi*, et quae ſequuntur. Magnae uero et eximiae laudes, quas de ſe praedicat, ſi ex fide. Sed de Ammiano obſeruo, cum is uideri, haberique uellet, ſequiores in ſe hominum uoces commouiſſe. Verba eius e L. 21. haec ſunt: *Tunc et memoriam Conſtantini, ut nouatoris, turbatorisque priſcarum legum, uexauit, eum aperte incuſans, quod barbaros omnium primus ad uſque faſces auxerat et trabeas conſulares, inſulſe nimirum* (ſ. nimium) *et leuiter, qui, cum uitare deberet id, quod infeſtius obiurgauit, breui poſtea Mamertinum ad Conſulatum euexit, nec uita, nec ſplendore, nec uſu, nec gloria horum cuiusquam ſimilem, quibus magiſtratum detulerat ampliſſimum Conſtantinus, contra inconſummatum et ſubagreſtem, et, quod minus erat ferendum, celſa in poteſtate crudelem.* Iterum: *Mamertinum, praefectum praetorio per Illyricum, deſignauit conſulem, et Neuitam, qui nuper, ut primum augendae barbaricae uilitatis auctorem, immoderate notauerat Conſtantinum.* L.

I, 4. *uirum animi magni aduerſus pec.)* Tamen poſtea Auitianus, ex uicario, eum peculatus reum detulit. v. Ammian. L. 27, 15. qui et alia in eo uitia notauit L. 21, 18. C.

I, 4. *delegiſti*) Alii *dilegiſti*; ſed hoc diſcrimen nullius fere momenti eſt. v. Gruner. ad Sedul. 5, 393. *Iaeg.*

I, 4. *ludo habiti*) falſa ſtipendii accipiendi ſpe lactati. *Id.*

I, 4. *praeſens ſtipendium*) ſtatim numerandum ac perſoluendum. *Id.*

praetoriis praefeciſti, et prouincias de te egregie meritas meae fidei tutelaeque mandaſti, ingens iudicii tui fuit munus; ſed in eo non mihi ſolum, quem tanta poteſtate ſuccinxeras, uerum etiam negotiis tuis commodaſſe aliquatenus uidebare.

II. Porro in decernendo conſulatu, remotis utilitatibus tuis, rationem meae ſolum dignita-
2 tis habuiſti. Nam in adminiſtrationibus labor honori adiungitur: in conſulatu honos ſine labore ſuſcipitur. In illis ſi laeteris, cupidae ambitionis eſſe uidearis; in hoc niſi aperte et propalam
3 laeteris, ingratus ſis. Huc accedit, quod ipſa haec

I, 5. *praetoriis praefeciſti*) Ante Conſtantini tempora praefectus praetorio dicebatur, qui militibus iis praeerat, quos imperator in ſui cuſtodiam adlegerat. Poſtquam uero praetoriae cohortes pro Maxentio turbas excitaſſent, poſt caeſum tyrannum, haec dignitas penitus a Conſtantino ſublata eſt, et, orbe Romano in quatuor partes ſeu dioeceſes diuiſo, quatuor praefecti praetorio creati, qui ſingulis praeeſſent: quorum unus praetorio Galliarum, alter praetorio Italiae, tertius praetorio Illyrici, quartus praetorio Orientis praefectus dicebatur. B.

Ammian. Marcellin. 21, 24. *Mamertinum, praefectum praetorio per Illyricum, deſignauit conſulem et Neuitam.* C.

cf. Guther. de Off. Dom. Aug. L. 2. c. 6. p.m. 281 ſqq. *Ineg.*

I, 5. *negot. tuis commendaſſe*) Ita edd. antiquiores. Verum recte monuit iam Rhen. legendum eſſe *commodaſſe*; et ſic Lang. cum edd. reliquis. *Id.*

II, 1. *dignitatis*) Ita ſcripti et edd. meliores. Rh. St. Liv. *utilitatis.* Mox pro *labor* Bert. *labos.* *Id.*

II, 2. *in conſulatu honos ſine labore*) Si compares conſulatum cum aerarii praefectura aut praetorii, quaſi otioſus eſt, et honoris tantum cauſſa multis datus, ut pueris Caeſaribus. v. Paneg. ſuperior. c. 3. n. 5. C.

haec urbs, atque hoc auguſtiſſimum conſilii publici templum officium huius orationis efflagitant. Haec tibi, nominis noui, ſed antiquiſſimae nobilitatis, ciuitas eſt patria: hic primum editus: hic quaſi quoddam ſalutare humano generi ſidus exortus. Hi ciues et populares tui ſilere me non 4
ſinunt, nec patiuntur, ut quiſquam alius auſpicatiſſimo die apud te, ac de te loquen-

II, 3. *ipſa haec urbs*) Conſtantinopolis. L.

II, 3. *auguſtiſſimum conſilii publici templum*) Curia. Cic. pro Mil. c. 33, 7. eam uocat *Templum ſanctitatis, amplitudinis, mentis, conſilii publici* etc. *Iaeg.*

II, 3. *nominis noui* etc.) Nam Byzantium prius dicta eſt, a conditore Byzante. Claudianus in Eutrop. L. 2. *Hoc Byzas Conſtantinusque uidebunt?* Sibylla Erythraea (ſeu Phaëllo Epirotis eſt) oraculo, quod Hiſtoriar. L. 2. refert Zoſimus:

— — ταχὺ δ' ἐπιβήσεται ἀρχὴ
Ἀνδράσιν, οἳ Βύζαντος ἔδος καταναιετάουσι.

— — *Tum regna ingentia quondam*
Debentur terris, poſuit qua moenia Byzas.

Adi Euſtathium in Dionyſ. περιήγησιν. Atticorum coloniam Byzantium Ammianus uocat, L. 22. L.

II, 3. *eſt patria*) Cod. Liv. et Bert. *patria eſt.* Mox poſt *exortus* Liuineius inſerendum putat *es.* Sed vid. quae de ellipſi huius uerbi dicta ſunt paneg. IX. c. 9, 5. *Iaeg.*

II, 3. *hic primum editus*) Iulianus Auguſtus Conſtantinopoli natus eſt, anno Chriſti CCCXXXI. octauo Idus Nouembres. B.

II, 3. *quaſi quoddam ſalutare ſidus*) Ammianus de Iuliano: *Vrbi* (Antiochiae) *propinquans in ſpeciem alicuius Numinis uotis excipitur, publicas miratus uoces multitudinis magnae, ſalutare ſidus illuxiſſe Eois partibus acclamantis.* Cleopatra ad Iullum Caeſarem apud Lucan. L. X. *Tu gentibus aequum Sidus ades noſtris.* L.

II, 4. *auſpicatiſſimo die*) Intellexerit (opinor) Cal. Ianuarias, quibus magiſtratum inierint Fl. Claudius Mamertinus noſter et Fl. Neuita; A. V. C. MCXIII. ut ordinarii conſules fuerint, nullis in eum annum ſuffectis, quod quidem in Faſtis adnotetur. Fir-

di munus usurpet, quam is, qui amplissimo sit
5 praeditus magistratu. Putant, aliquid adiicere ad splendorem laudum tuarum consulis nomen; et recte putant. Adiicitur enim laudum digni-
6 tati honore laudantis. Ac licet maxime, Imperator, publico iudicio et nomine agere tibi gratias debeam: tamen illa, quae pro summa re domi, forisque gessisti, nunc ex parte maxima praetermittam; ut quantocius ad ea, quae propria sunt, perueniat oratio.

III.

Firmant haec Ammiani quae adscripsi: *Adlapso itaque Calendarum Ianuarium die, cum Mamertini et Neuitae nomina suscepissent paginae Consulares, humilior Princeps uisus est in officio, pedibus gradiendo cum honoratis.* Id.

II, 5. *Adiicitur enim laudum dignitati honore laudantis*) Nescio qui alii legunt: *Adiicit enim l. d. honor laudantis.* Non male. Sed cur hoc mutemus? A.

Patarol legit: *adiicitur enim l. d. honor laudantis*; nec sic quidem male. *Iaeg.*

II, 6. *pro summa re*) pro salute et conseruatione imperii, ad quam omnia referuntur. Sic Tull. Philipp. 2, 15. *Quod quidem erat magnum, de summa re dissentientes in eadem consuetudine amicitiae permanere.* Virgil. Aen. 2, 322.

Quo res summa loco, Panthu? quam prendimus arcem?

Plurali numero Nepos, Eumen. c. 9, 2. *Omnibus titubantibus et de rebus summis desperantibus.* et c. 10, 3. *Imminebant enim Seleucus, Lysimachus, Ptolemaeus, opibus iam ualentes: cum quibus ei de summis rebus erat dimicandum.* *Iaeg.*

II, 6. *ut quanto totius*) Sic Liv. At cod. Put. *quam ocius*, Cusp. et cod. Liv. *quanto ocius*, Rh. et St. cum reliquis *quantocius*, quod merito uerum arbitratur Liuineius, etsi in classico scriptore id uocis legere se non meminerit. Producit tamen Sulpicium Seuerum, qui Dialog. 3. cap. 5. ita: *Nihil loqui te necesse est; scio, quid desideres; uideo, quid requiras. Discede quantocius, ne me ob iniurium tuam caelestis ira consumat.* Id.

II, 6. *quae propria sunt*) quae alii non participant, quae tibi cum aliis non sunt communia. Id.

III. An ego nunc receptas uirtute tua Gallias, barbariam omnem ſubactam pergam quaſi noua et inaudita memorare, quae in hac Romani imperii parte glorioſiſſima ſunt famae laude celebrata, in tantum, ut fratris imperatoris mererentur inuidiam? quid enim a te aliud conſortis (imperatoris) alienauit animum, niſi gloriae tuae

 ſplen-

III, 1. *receptas uirtute tua Gallias*) Ereptas ex barbaris, qui, a Conſtantio Aug. contra Magnentium euocati, cum nulli uſui ad eam rem eſſe ſe uiderent, Gallias populabantur. Sozomen. L. 5. c. 2. Iamque oppida ferme XXXXV. ceperant, inquit Iulianus. B.

III, 1. *barbariam omnem*) Francos in primis ac Germanos omnes. *Id.*

III, 1. *pergam*) adgrediar. Tacit. Hiſt. 1, 40, 3. de militibus Galbam trucidaturis: *Igitur milites Romani, quaſi Vologeſen aut Pacorum auito Arſacidarum ſolio depulſuri, ac non imperatorem ſuum inermem et ſenem trucidare pergerent, diſiecta plebe, proculcato ſenatu, truces armis, rapidis equis forum irrumpunt.* Iaeg.

III, 1. *noua*) Haec uox deeſt in ed. Rhen. St. Liv. in reliquis excuſis ac ſcriptis legitur. Mox *Romani* omittitur in cod. Liv. et porro pro *ſint famae* etc. Put. cum Moerl. *ſunt f.* quod recipere non dubito. *Id.*

III, 1. *fratris imperatoris*) Vere *fratris*. Nam Iulianus et Conſtantius Aug. inter ſe fratres patrueles: ille Conſtantio, quem *poſt fratris Conſtantini exceſſum* (uerba ſunt Ammiani e L. 25.) *inter complures alios turba conſumſit, imperii ſucceſſorem*, hic Conſtantino Magno, germanis, non una matre, editi. Valer. Flacc. Argonaut. L. 1, 162 ſq.

— — — *Prior huic tunc regia proles*
Aduolat, amplexus, fraternaque pectora iungens.

Acaſtus enim et Iaſon patrueles ab Aeſone et Pelia fratribus. L.

Conſtantii Auguſti, quem Iuliani fratrem uocat, ſeu quod patrueles eſſent, i. e. eumdem haberent auum, Conſtantium; ſeu quod Iulianus Helenam, Conſtantii ſororem, duxiſſet. B.

III, 1. *conſortis imperatoris*) τὸ *imperatoris* deleam, ut gloſſema. L.

2 ſplendor? Teſtor immortalem deum, teſtor ad uicem numinis mihi ſanctam conſcientiam meam, me multa conſtanter in hac urbe fuiſſe dicturum de his, quae aduerſus optimum imperatorem inclementer et impie cogitata atque ſuſcepta ſunt, ſi etiam nunc hominum coetus Diuus Conſtantius
3 frequentaret. Numquam profecto liberi ciuis et boni ſenatoris officio defuiſſem, quo minus redarguerem et conuincerem, eas illi in te odii fuiſſe cauſas, quae amoris inflammatrices et fidei obſides eſſe debuerint.

IV. Florentiſſimas quondam, antiquiſſimaſque urbes barbari poſſidebant; Gallorum illa celebrata nobilitas aut ferro occiderat, aut immiti-
2 bus addicta dominis ſeruiebat. Porro aliae, quas a uaſtitate barbarica terrarum interualla diſtulerant, iudicum nomine a nefariis latronibus obtinebantur; ingenua ſuberant indignis cruciatibus

III, 2. *teſtor ad uicem n.*) Ita meliores. Rh. St. Liv. habent *et ad uicem* etc. cf. infra, c. 23, 1. Deinde pro *in hac urbe* Bert. *in h. potiſſimum urbe*; parum probabiliter. *Iaeg.*

III, 2. *optimum imperatorem*) id eſt, *Te.* L.

III, 2. *ſi etiam nunc* etc.) Si uiueret adhuc Conſtantius. Is autem ante annum obierat, tertio nonas Octobr. prope Tarſum, cum aduerſus Perſas proficiſceretur. B.

III, 2. *Diuus Conſtantius*) Ita ſcripsi et excuſi curatiores. Rh. St. Liv. *Diuus Auguſtus.* Mox *boni* ante *ſenatoris* abeſt Bert. non bene; et in fine pro *debuerunt* cod. Put. praefert *debuerint*: recte. *Iaeg.*

III, 3. *cauſſas — fidei obſides*) v. Paneg. ſuperiorem, c. 16, 5. *Id.*

IV, 1. *urbes*) *Quadraginta quinque*, ſi Iuliano credimus, *atque adeo burgis et caſtellis minoribus omiſſis. Reliqua uero Gallia barbarorum populationibus et excurſionibus uaſtata erat et inculta. B.*

IV, 2. *ingenua indignis cruciatibus corpora*;) Excidit uox a capite, quam inſeram de

bus corpora; nemo ab iniuria liber, nemo intactus a contumelia, nisi qui crudelitatem praedonis pretio mitigasset: ut iam barbari desiderarentur, et praeoptaretur a miseris fortuna captorum. In hoc statu Imperator noster Gallias nactus minimum habuit aduersus hostem laboris atque discriminis: una acie Germania uniuersa deleta est, uno praelio debellatum; sed emendatio morum, iudiciorumque correctio et difficile luctamen et periculi plenum negotium fuit. Nam ut

3

4

de ingenio, *Lacerabantur ingenua* etc. Mox, ubi est, *ninium habuit* etc. repoſueram *minimum hab.* ſententia fide iubente, atque id demum in Bert. reperi. L.

Verbum aliquod, ſeu participium, quod uocant, deeſt: niſi mutandum: *ingenui indignis cruciatibus correpti* aut *torti*. A.

Put. Gud. et Moerl. inſerunt *fuberant*, quos ſequimur. *Iaeg.*

IV, 3. *nimium habuit* — *laboris* etc.) Quae ſequuntur, negationem hic immittendam clamant. Lege: *non nimium hab.* A.

Subiequa deſiderant reſcribamus *minimum*; et mirum, tale nihil notatum ab eo, qui tot excuſſit membranas, qui toties lineas has perlegit. G.

Emendatam lectionem *minimum* tuetur Schonhov. Gruter. cum recentioribus edd. Quis uero ille ſit, quem nihil tale notaſſe miratur Gruterus, diuinare equidem nequeo. Liuineius certe, qui plurimas excuſſit membranas, iam ſupra emendationem hanc protulit et MS. Bert. firmauit. *Iaeg.*

IV, 3. *una acie Germania uniuerſa* etc.) Eutrop. 10, 7. *Cum multa oppida barbari expugnaſſent, alia obſiderent, ubique foeda uaſtitas eſſet, Romanumque imperium non dubia iam calamitate nutaret, ab hoc* (Iuliano) *modicis copiis apud Argentoratum ingentes Alamannorum copiae exſtinctae ſunt; rex nobiliſſimus* (regis filius, Vadomarius, Zoſimus.) *captus, Galliae reſtitutae.* Zoſimus Hiſtor. L. 3. Sexaginta millia in eo conflictu cecidiſſe ait, totidem in Rhenum fluuium acta et exſtincta. Adi locum. L.

cf. Ammian. L. 16. ſub finem. C.

IV, 3. *debellatum*) *eſt* addit cod. Liv. *Iaeg.*

ut quiſque improbiſſimus erat, ita maxime Caeſaris rebus inimicus, uitandis legum poenis de nouo ſcelere remedia quaerebat, et, quia defendere admiſſa flagitia non poterat, in ultorem iuris inuidiam congerebat. Et cum ſancti Principis mores atque inſtituta falſarum opinionum, uitu-

pera-

IV, 4. *ultorem iuris*) i. c. uindicem et inſtauratorem. Infra mox: *ut aut barbaros domitet, aut ciuibus iura reſtituat.* Sed Diuaeus noſter *auctorem* malebat. L.

Auctorem etiam adnotauit Schonhov. Sed nihil eſt mutandum. Iulianus dicitur *ultor iuris* ſc. neglecti atque adeo uiolati, quemadmodum e. g. Alexander Magnus *ultor publicae ſecuritatis*, Iuſtin. 18, 3, 18. *Iaeg.*

IV, 5. *Principis mores*) Cuſp. Rh. St. Liv. *Pr. merces.* Schonhov. *partes.* Optime Lipſius, Epiſt. Quaeſt. 3, 24. *mores*, quam lectionem, a Bongarſio et Daniele iam olim excogitatam, cod. Liv. Lang. Put. Moerl. cum edd. recentioribus exhibent. *Id.*

IV, 5. *falſarum opinionum, uituperationum. licent. ſubm.*) Placet, alterutrum abeſſe, niſi ſi coniunctionem *et* immittimus, quod non temere probem. Poſterius quidem meis auribus gloſſema ſapit, atque id potius tollam. Sueton. Aug. c. 67. *Coſmum, ſeruum, grauiſſime de ſe opinantem non ultra quam compedibus coërcuit.* L.

Lipſius ad Tacit. (Agric. c. 41.) omittit uocem *opinionum*, de induſtria, an caſu, neſcio. At ego defendam alteram aio *uituperationum*, quae alterius gloſſema. *Opinandi* uerbo in hunc ſenſum utebantur pro *criminando.* Sueton. Aug. c. 51. *Cum Aemilio Aeliano, Cordubenſi, inter cetera crimina uel maxime obiiceretur, quod male opinari de Caeſare ſoleret.* Et cap. 67. *Coſmum, ſeruum, grauiſſime de ſe opinantem* etc. Et exempla in eodem plura. Apud eumdem *exiſtimare* quoque non aliter. Tiber. c. 58. *Dictum ullum factumue eius exiſtimatione aliqua laeſiſſe. A.*

De induſtria uocem *opinionum* omiſit Lipſius, quam ſcilicet deeſſe in ed. Cuſp. obſeruauerat. Abeſt illa etiam Bert. Lang. itemque Moerl. et Gud. Lectionem parum probabilem adfert Schonhov. *falſarum opinionum uituperationem, licentiam* etc. Mihi quidem omnino adridet ſententia Liuineii et Acidalii, et corruptio loci ab inſcitia et temeritate profecta eſſe uidetur. Cum legeretur: *falſ. opinionum lic.* adſcripſit aliquis

perationum licentiam ſubmouerent, callido nocendi artificio accuſatoriam diritatem laudum titulis peragebant, in omnibus conuenticulis quaſi per beneuolentiam illa iactantes: *Iulianus Alamanniam domuit, Iulianus urbes Galliae ex fauillis*

quis margini, explicationis cauſſa: *uituperationum*; quod poſtea librarius transtulit in contextum. Corrector non ſatis doctus, alterutram nocem abeſſe debere iudicans, iecta exquiſitiore, reliquit eam, cuius uim et poteſtatem ipſi facilius erat intelligere. Hoc fonte deriuata clades in plures codices fluxiſſe uidetur. Certe mihi perſuaderi numquam poterit, *opinionum* eſſe inſitiuum; uel auctorem utramque uocem ἀσυνδέτως poſuiſſe. Attamen nihil contra librorum auctoritatem immuto. De uerbo *opinari* pro *iudicare* atque adeo *male dicere* v. Caſaubon. ad Sueton. Aug. c. 51. *Iaeg.*

IV, 5. *accuſatoriam diritatem laud. tit. per.*) Notata haec aulicorum ſcabies et Polybio, Hiſtor. L. 4. extr. Ὁ δὲ Ἀπελλῆς (inquit) οὐδαμῶς ἀφίσατο τῆς προαιρέσεως, ἀλλὰ τὸν Ταυρίωνα, τὸν ἐπὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ τεταγμένον, διέβαλλεν, οὐ ψέγων, ἀλλ' ἐπαινῶν, καὶ φάσκων, ἐπιτήδειον αὐτὸν εἶναι μετὰ τοῦ βασιλέως ἐν τοῖς ὑπαίθροις συνδιατρίβειν, βουλόμενος, ἕτερον ἐπισαθῆναι δι' αὐτοῦ τοῖς ἐν Πελοποννήσῳ πράγμασι. Καινὸς γὰρ δή τις οὗτος εὕρηται τρόπος διαβολῆς, τὸ μὴ ψέγοντας, ἀλλ' ἐπαινοῦντας λυμαίνεσθαι τοὺς πέλας. Εὕρηται δὲ μάλιστα καὶ πρῶτον ταραχὴ κακεντρέχεια καὶ βασκανία καὶ δόλος ἐκ τῶν περὶ τὰς αὐλὰς διατριβόντων, καὶ τῆς τούτων πρὸς ἀλλήλους ζηλοτυπίας καὶ πλεονεξίας. Tacitus, de Iulio Agricola (c. 41.) *Crebro per eas dies apud Domitianum abſens accuſatus, abſens abſolutus eſt. Cauſſa periculi non crimen ullum, aut querela laeſi cuiusquam, ſed infenſus uirtutibus princeps, et gloria uiri, ac peſſimum inimicorum genus, laudantes.* L.

6 *et cineribus excitauit. Illae prouinciae obſeſſae, expugnatae, ferro ignique uaſtatae beatiores ſunt his*
7 *oppidis, quae habet ſine hoſte Conſtantius. Aeſtates omnes in caſtris, hiemes in tribunalibus degit. Ita illi anni ſpatia diuiſa ſunt, ut aut barbaros domitet, aut ciuibus iura reſtituat, perpetuum profeſſus aut contra hoſtem, aut contra uitia certamen.*

V. Hae uoces fuerunt ad inflammanda odia probris omnibus potentiores. Si enim comminiſci aliqua flagitia tentaſſent, facile ipſo ſplendore laudis et gloriae refutarentur. Inuenerunt
2 accuſandi genus, quod nullus refelleret. Sed quid, oro uos, Principem noſtrum facere debuiſſe cenſetis? Romanas urbes hoſtibus dederet, ne animum fratris offenderet? Prouincias firmiſſimas, utiliſſimaſque rei publicae ſub obtutibus ſuis uexari

IV, 6. *expugnatae*) *oppugnatae* Bert. Moerl. Sed merito uulgatam probat Liuineius, quia ſupra: *florentiſſimas quondam, antiquiſſimasque urbes barbari poſſidebant*; et quia alioquin oratio ſemper creſcit. *Iaeg.*

IV, 7. *Aeſtates omnes* etc.) Ammian. Marcellin. 18, 1. *Iulianus, contextis ſucceſſibus clarus, apud hiberna, ſequeſtratis interim ſollicitudinibus bellicis, haud minore cura prouinciarum fortunis multa conducentia diſponebat; diligenter obſeruans, ne quem tributorum ſarcina praegrauaret, neue potentia premeret aliena, uel iudicum quisquam ab aequitate deuiaret impune. Idque ea re leui labore correxit, quod ipſe iurgia dirimens, ubi cauſſarum cogebat magnitudo uel perſonarum, erat indeclinabilis iuſtorum, iniuſtorumque diſtinctor.* Vide, quae ſequuntur. *Id.*

V, 1. *ad inflammanda odia*) in Conſtantii Auguſti animo, inuidentis laudibus Caeſaris Iuliani. *C.*

V, 2. *fratris*) Conſtantii. Supra, c. 3. dictum. *Id.*

In antecedentibus pro *dederet* Gud. *dedere*. *Iaeg.*

V, 2. *prouincias firmiſſimas*) Gallias ſignificat, opinor: easque Diuus Claudius *Romanae rei publicae uires* adpellat

uexari ac diripi ſineret, ne quid Auguſtus, quod nollet, audiret? Flagitiis adminiſtrantium non modo frena laxaret, ſed etiam ſtimulator accederet, ne inter principes faceret morum diſſimilitudo diſcordiam? Nobilem Etruriae adoleſcentem, ferunt, cum propter eximiam formae dignitatem multarum in ſe feminarum amores excitaret, faciem ſuam ad oblitterandam pulchritudinem uulneribus fauciaſſe. Sed facile fuit iuueni, dignitati corporis decorem animi praeponenti, et candorem decolorare, et oris nitorem, alte impreſſis cicatricibus, deuenuſtare. Num aliquid huiusmodi aduerſus amorem ciuium facere debuit Iulianus? At ne potuit quidem; niſi forte exiſtimamus, patientes uulnerum formas eſſe uirtutum. Scilicet et candorem aequitatis potuit obumbrare, et a temperantia purpuram ſancti ruboris abolere, uicem fortitudinis indignis confode-

I 5 re

pellat epiſtola ad Senatum, quam Trebellius recitat. L.

V, 3. *Nobilem Etruriae adoleſcentem*) Spurinnam. Lege Valer. Max. 4, 5. ext. 1. C.

V, 3. *candorem decolorare*) Seneca, Nat. Quaeſt. 2, 41. *Decoloratur id, cuius color uitiatur, non mutatur. Iaeg.*

V, 4. *Num aliquid huiusmodi aduerſ.* etc.) Vitiola uerborum collocatione peccant Cuſp. Rh. St. Liv. *Num aliquid aduerſus huiusmodi* etc. Sed meliorem, cum cod. Bert. Put. Moerl. exhibent edd. recentiores. *Id.*

V, 4. *Ac ne* etc.) Liuineius et Acidalius corrigunt *At ne* etc. Recte; et ſic exhibet Patarol, quem ſequor. *Id.*

V, 4. *ſancti ruboris*) Liv. *ſui rub.* *Id.*

V, 4. *uicem fortitudinis*) Doctiſſimus Pithoeus, aduerſar. L. 1. c. 15. legit: *uitem fort.* Lipſius uero Epiſt. Quaeſt. L. 3. ep. 24. *ceruicem fort.* quae lectio placet. Ceruix enim uidetur fuiſſe ſymbolum fortitudinis. Sic enim Philippus presbyter in L. Iob. c. 16. (v. 12.) *Tenuit ceruic*

re uulneribus, eruere oculos prouidentiae! Deinde, nisi ille adolescens seueram manum propriis uultibus intulisset, dies et mora, non longa aetatis successio, omnem illum florem corporis peremisset. At in uirtutibus Principis nostri quanto aetas prolixior, tanto pulchritudo praestantior.

VI. Mitto cunctam barbariam aduersus uindicem Romanae libertatis in arma commotam, gen-

ceruicem meam et confregit me; in ceruice, ait, *uel maxime uirtus luctatorum significatur. Hanc igitur sibi Iob a diabolo tentam, uelut a potentiore, dicit, quem Iob rectum confregerit.* Iuret.

Doctissimus Pithoeus *uitem fort.* legit, adlusione ad uitem centurionatus. Ipse truncam uocem puto, et *ceruicem fort.* scribo. Dixit enim antea: *nisi forte existimamus, patientes uulnerum formas esse uirtutum*: huc annectit de ceruice fortitudinis et oculis prudentiae. Cur autem ita? quia in ceruice uis ferendi et neruorum conuentus. Apuleius ita planissime, De Philosophia: *Inde est, quod Fortitudinem neruos animi, ipsasque ceruices ait Plato.*). c. *Lipſ.*

V, 4. *eruere oculos prouidentiae*) Forte *prudentiae.* *L.*

Bene habet locus; neque necesse mutare in *prudentiam* uocem ultimam, cum unum idemque complectatur et haec et illa. G.

V, 5. *Deinde*) Cod. Liv. Schonh. Cusp. *Dein.* *Iaeg.*

V, 5. *dies et mora, non longa aetatis successio, omnem* etc.) Non muto. Poterat tamen: *dies et mora non longa, aetatis successione, omnem* etc. A.

Post *mora* coniunctionem *ac* inserunt cod. Liv. Bert. Put. Inde, puto, effinxit lectionem suam Patarol: *nec longa aet. succ.* Pro *successio* Cusp. habet *accessio.* Quid? si uoces *aetatis successio* uel *accessio* glossematis speciem habere iudicemus. *Iaeg.*

V, 5. *At in uirtutibus principis nostri*) Hic quidem *in* deleam. Nisi potius mutandum: *At enim*, quod magis sane puto. A.

VI, 1. *uindicem Rom. libert.*) Iulianum. B.

gentesque recens uictas et aduerſus iugum nuper impoſitum ceruice dubia contumaces, in rediuiuum furorem nefandis ſtimulis excitatas. Quae omnia obſtinatam et immobilem Principis maximi tandem uicere patientiam. Itaque cum in ipſo 2 molimine oppreſſiſſet Alamanniam rebellantem, qui

VI, 1. *recens uictas*) Scilicet, ut Liuineius monet, uictas a Conſtantino M. et ante a Conſtantio patre. Veram hanc lectionem e Lang. protulit Liuineius, eamque recepit Gruterus cum recentioribus. Adnotauit eam quoque Schonhov. et ingenii acumine eruit Lipſius. Cuſp. habet *recenſitas*, et ſic quoque Rh. cum Steph. MS. Liv. eiusque ed. itemque Bert. *recenſuitas*. Vtrumque mendoſe. *Iaeg.*

VI, 1. *et aduerſus*) cod. Liv. *aduerſum*. Liuineius coniunctionem *et* coniectura etiam mutat in *ſed*. *Id.*

VI, 1. *aduerſus iugum — contumaces*) Florus, 4, 12, 2. *Noua quippe pax: necdum adſuetae frenis ſeruitutis tumidae gentium inflataeque ceruices ab impoſito nuper iugo reſiliebant*. *Id.*

VI, 1. *in rediuiuum furorem*) Sic magno conſenſu meliores libri, et Lipſii, Acidaliique ingenium. Rh. St. Liv. *irrediuiuo furore*. Ceterum legendum eſſe *recidiuum*, patet ex iis, quae ſupra, paneg. 8, 13, 4. et 9, 35, 4. adtulimus. *Id.*

VI, 1. *Quae omnia* etc.) Detractorum uoces exponam, quas ſpecie laudum accuſationem peregiſſe ante dixit. Nam quae deinceps ſequuntur, meo animo, ad Iuliani apparatum pertinent in Conſtantium mouentis. L.

VI, 1. *Principis maximi*) Princeps maximus, cuius uicta fuit patientia, eſt ipſe Iulianus, qui infra, c. 9, 4. *maximus Imperator* uocatur, et quem aliquoties in Germanos rebellantes mouiſſe Cellarius adnotauit. Vt Liuineii explicatio probabilis uideatur, barbaros ab ipſis illis, quos Marcellinus adpellat, adulandi profeſſoribus in palatio Conſtantii, clam commotos et ad rebellandum excitatos fuiſſe credamus, et *gentes recens uictas* intelligamus non, ut ſupra uoluit Liuineius, a Conſtantino M. et Conſtantio, ſed ab ipſo Iuliano ſuperatas. *Iaeg.*

VI, 2. *in ipſo mol.*) Particula *in* deeſt Rh. St. Liv. male. Non enim molimine ſuo et apparatu, ſed cum Alamanni rebellionem molirentur, cum in apparando fere eſſent occupati, eos oppreſſit. *Id.*

qui paullo ante inaudita regionum, fluuiorum, montium nomina exercitu uictore peragrauerat, per ultima ferarum gentium regna, calcata regum capita superuolans, in medio Illyrici sinu impro-
3 uisus apparuit. Vidimus felices illius comites uiae stupentes, urbium populos dubitasse crede-
4 re, quae uidebant. Non aliter consternatas arbitror gentes, quae primae lapsum caelo excepere

VI, 2. *regionum, fluuiorum, montium nomina*) pro regionibus, fluuiis, montibus, per periphrasin, de qua v. Vechner. Hellenolex. 2, 8, p. m. 528. et ibi Heusinger. *Id.*

VI, 2. *calcata regum capita*) de contumelia hac militari v. Brouckhus. ad Propert. 1, 1, 4. *Id.*

VI, 2. *in medio Illyrici sinu*) Rh. St. Liv. et Moerl. *sinus*, sic etiam Patarol, addita tamen nota, „forte *sinu*, „aut prius legendum *me-* „*dios*.„ Hoc uero si admittas, deleta uocula *in*, legendum est *aperuit*, (uti Cusp. Rh. St. habent,) pro *apparuit*, quod plerique, recte quidem, tuentur. *Id.*

VI, 3. *comites uiae*) h. e. itineris, πορείας. Infra: *Qui properationem illam contemplabitur, nihil egisse, praeter uiam, Imperatorem putabit.* Propertius: *Et maris et terrae caeca pericla uiae.* Iterum: *Sit Galataea tuae non cliena uiae.* Sophocles, Trachiniis de Deianira: Ὄυποτ' εὐνάζειν ἀδακρύτων βλεφάρων πόθον, ἀλλ' αἰειμνασον ἀνδρὸς δεῖμα φέρουσαν ὁδοῦ Ἐνθυμίοις εὐναῖς ἀνανδρώτοισι τρύχεσθαι κακὰν Δύσανον ἐλπίζουσαν αἶσαν. Quae Latine totidem numeris mutabam: *Dulcibus nullam leuare aegros Lacrymis oculos, sed Olim mariti dum timet usque uiae, Saeua inquiem curatori Frigentis angi, flebilis Iam iamque sperantem orsa Fati.* L.

VI, 4. *quae prolapsum caelo*) Non sollicito; sed nec damnes, quod in Cusp. offendi, *primae lapsum caelo.* Seruius ad illa Aeneid. L. 2. *Fatale adgressi sacrato auellere templum Palladium* etc. *Dicunt sane alii*, (inquit) *unum simulacrum caelo lapsum apud Athenas tantum fuisse; alii duo uolunt, hoc, de quo diximus*, (Troianum) *et illud Atheniense.* L.

Cod. Gud. *primum lapsum.* Liv.

re Palladium. Virgines, pueri, feminae, tremulae anus, titubantes ſenes non ſine magno attoniti horrore cernebant imperatorem, longam uiam, ſub grauium armorum onere, currentem, properantis anhelitum, ſine ſenſu laſſitudinis, crebriorem, ſudorum riuos per fortia colla manantes, et inter illum pulueris, qui barbam et capillum onerarat, horrorem micantia ſidereis ignibus lumina. Voces gaudentium oppreſſerat miraculi magnitudo. Ceſſabant officia laudandi plus quam laudanda cernentibus.

VII. Sufficeret quidem ad expeditionem praeſentium

Liv. et Moerl. *quae primo lapſum* etc. Ex compendio uocis *primo* ortum *pro*, et cum *lapſum* coniunctum fuiſſe uidetur. *Prolabendi* uerbum hic profecto ſatis apte adhiberi nequit. Quare lectionem uulgatam neceſſario mutandam puto, et quidem ad praeſcriptum Cuſp.: nam elegantius illud *primae* uel *prime* in *primo*, opinor, abiit. *Ineg.*

VI, 4. *lapſum caelo Palladium*) Ouid. Faſt. 6. 421. ſqq.

Creditur armiferae ſignum caeleſte Minervae
Vrbis in Iliacae deſiluiſſe iuga.
Cura uidere fuit: uidi templumque locumque.
Hoc ſupereſt illi: Pallada Roma tenet.

cf. Dionyſ. Halicarn. L. 2. p. m. 127. *Id.*

VI, 4. *non ſine magno attoniti horr.*) Forte inducenda haec uox *attoniti*. B.

VI, 4. *anhelitum — crebriores*) Sequor codd. Liv. Put. Moerl. in quibus legitur *crebriorem*, ut ad anhelitum referatur. Nec abludit multum Cuſp. *crebriore*. Virgil. Aen. 5, 199. *Tum creber anhelitus artus, Aridaque ora quatit.* Plin. Hiſt. Nat. 32, c. 10. ſ. 40. *Ignes ſacros reſtinguunt ranarum uiuentium uentres impoſiti: pedibus poſterioribus pronas adalligari iubent, ut crebriore anhelitu proſint.* Quinctilian. Inſt. Or. 11, 3, 55. *Sunt, qui crebro anhelitu — imitentur iumenta onere et iugo laborantia.* *Ineg.*

VI, 4. *onerarat*) Put. *oneraret.* *Id.*

VII, 1. *Sufficeret quidem*) Sic edd. omnes, praeter Cuſp. exhibentem *Sufficere quidem poterat*, uti etiam reperitur in codd. Put. Moerl. Gud. et Schonhov. *Id.*

sentium negotiorum sola properatio; sed non sufficit Principi nostro, rei publicae una ratione consulere. Multa pariter aggreditur pectus nullis umquam laboribus fatigatum. Vt uno eodemque tempore et componeret fidissimarum prouinciarum statum, et barbariam omnem, admoto propius terrore, percelleret, longissimo cursu Istrum
2 placuit nauigari. Pro sancta diuinitas! Quae nauigationis illius fuit pompa, cum dexteriorem incliti fluminis ripam utriusque sexus, omnium ordinum, armatorum atque inermium perpetuus ordo praetexeret, despiceretur ad laeuam in mi-
3 serabiles preces genu nixa barbaria? Omnes urbes, quae Danubium incolunt, aditae, omnium audita decreta, leuati status, instauratae que fortunae, innu-

VII, 2. *Pro sancta diuinitas!)* Infra: *Illic, pro sancta diuinitas! gaudentibus cunctis quo ore, qua uoce inquit, Aue Consul amplissime?* Iterum: *Quid secutus sit, ipse scit, et quaecumque consilia eius gaudet formare diuinitas.* Rursum: *Absit, Auguste, et illud sancta diuinitas omen auertat, ut tu a quoquam mortalium exspectes uicem beneficii.* L.

VII, 3. *quae Danubium incolunt*) Forte *colunt*, i. e. accolunt. *Id.*

Imo *accolunt.* A.

Nihil est mutandum. *Iustin.* 18, 3, 3. *Assyrium stagnum primo, mox mari proximum littus incoluerunt.* Idem 20, 1, 8. *Venetos, quos incolas Superi maris uidemus. Claudian.* Epist. 5. p. 633. Gesn. *Rubiconis incola.* Ponitur itaque h. l. *incolere* pro *accolere*, et *urbes* pro *incolis*, ut saepius. *Iaeg.*

VII, 3. *aditae*) Sic scripti et edd. meliores. Rh. St. Liv. *auditae.* *Id.*

VII, 3. *decreta*) Vir doctus, in Lex. Fabriano, v. *Leuatus*, malit legere *desideria.* *Id.*

VII, 3. *leuati status*) i. e. fortunae, ut proxime, uelut se ipse exponens καὶ διηγούμενος, subdit. Seneca de benefic. L. 3. c. 3. *Amauimus aliquem et suspeximus, et fundatum ab illo statum nostrum professi sumus.* *Leuati* sic dixit, ut infra: *Leuati*

innumerabilibus barbaris data uenia, et munus pacis indultum. Qui properationem illam contemplabitur, nihil egiſſe, praeter uiam, imperatorem putabit; qui geſtarum rerum multitudinem conſiderabit, properaſſe non credet.

VIII. O facundia potens Graecia! omnium tuorum principum geſta in maius extollere ſola potuiſti, ſola factorum glorias ad uerborum copiam tetendiſti. Tu nauem unam, propter aurati uelleris furtum, et uirginis raptum, in caelum 2

uati equorum pretiis enormibus Dalmatae. Cicero, pro L. Cornelio Balbo: *Teſtantur* (Gaditani) *et mortuos noſtros imperatores, quorum uiuit immortalis memoria et gloria, et hoc tempore ipſo populum Romanum, quem* (malim abeſſe *in*) *caritate annonae, ut ſaepe ante fecerant, frumento ſuppeditato. leuauerunt.* Lucanus, L, 4.

— — — *Tandem uulgata cruenti*
Fama mali terras monſtris aequorque leuantem
Magnanimum Alciden Libycas exciuit in oras. L.

VII, 3. *innumerabilibus barbaris*) Capio de Quadis et Saxonibus, quos Iulianus, Chariettonis cuiusdam, transfugae, ductu et inſidiis caeſos pluries, intercepto regio filio, ad conditiones pacis admiſit, iuratos tamen, in Romanos numquam arma capturos. Zoſimus, Hiſtor. L. 3. *Id.*

VII, 3. *nihil legiſſe praeter uiam*) Malim *nihil egiſſe.* An *legiſſe uiam* dixit? *Rittersh. egiſſe* habet Mſ. Gud. et textus Pataroli, quem ſequor. *Iæg.*

VIII, 1. *O facundia potens Graecia*) Quis mutet? Tamen mirum, ni auctor ſcripſit *fandi potens.* Sic Paneg. Nazar. *Quis tam potens fandi* etc. A.

VIII, 1. *omnium*) malim *Graecia quae omnia* etc. *Iaeg.*

VIII, 1. *ſola factorum glorias ad uerbor. cop. tetendiſti*) Sola rerum geſtarum gloriam exaggeraſti, quantum ſatis eſt ad orationem amplificandam. B.

Forte legendum: *ſola ad factorum glorias uerborum copiam tetendiſti.* *Put.*

VIII, 2. *nauem unam*) Cui Argo nomen: unde Argonautae dicti ſunt, qui in ea ad uellus aureum aſportandum Colchida nauigarunt. Virgil. Eclog. 4, 34.

Alter erit tum Tiphys, et altera, quae uehat, Argo,
Delectos heroas. — — — *B.*

VIII, 2. *uirginis raptum*) Medeae. *Id.*

lum uſque ſublatam ſideribus conſecraſti. Tu puerum, inuentorem ſerendi, draconum alitum curru
3 uolantem, ſemina in terras ſparſiſſe, iactaſti. Quid tu, ſi ad ſcribendas, celebrandasque res Principis noſtri animum adieceris, de Iuliani lembis, liburnisque factura es? quae non modo nihil cuiquam adimunt, neque urbes hoſpitas populant, ſed ultro omnibus populis immunitates, priuile-
4 gia, pecunias largiuntur. Qua dignitate deſcribes claſſem, per maximi fluminis tractum remis, uentiſque uolitantem: tum Principem noſtrum, alta puppe ſublimem, non per cuiuscemodi agros frumen-

VIII, 2. *ſideribus conſecraſti.)* Nota fabula. Val. Flacc. 1, 1. ſqq.

Prima Deum magnis canimus freta peruia nautis,
Fatidicamque ratem, Scythici quae Phaſidis oras
Auſa ſequi, mediosque inter iuga concita curſus
Rumpere, flammifero tandem conſedit Olympo. L.

VIII, 2. *puerum, inuentorem ſerendi)* Virgil. Georg. L. 1.

— — *uncique puer monſtrator aratri.*

Triptolemum ſentit. Adi Ouidium, Metamorph. V. extremo. Idem, Triſt. L. 3. el. 8.

Nunc ego Triptolemi cuperem conſcendere currus
Miſit in ignotam qui rude ſemen humum.

Et alibi paſſim. *Id.*

VIII, 3. *populant)* Cuſp. Schonhov. Put. Moerl. Gud. *populantur.* Vtrumque probum. *Iaeg.*

VIII, 4. *per eiusmodi agros)* Suſpicabar uerum *cuicuimodi*, h. e. εἰς τὰ τυχόντα πεδία, fuiſſeque in principe ſcriptura *cuimodi*, curte, librario primorem ſyllabam geminare oblito, quo genere frequenter eſt peccatum. Sed Franc. Modio e Bert. exſcriptum *cuiuscemodi*, proxime ad noſtrum, et eodem ſenſu. Pro noſtro quidem haec A. Gellii ſtant, L. 9. c. 2. *Demus huic aliquid aeris, cuicuimodi eſt*, ut exhibent membranae. L.

Ad ſcripturam Bert. quam a Grutero inde omnes editores receperunt, accedit proxime cod. Put. *eiuscemodi.* Moerl. deferens hic comitem ſuum, exhibet *eiusmodi. Iaeg.*

frumenta ſpargentem, ſed Romanis oppidis bonas ſpes, libertatem, diuitias diuidentem; tum ex parte altera in barbaricum ſolum terrorem bellicum, trepidationes, fugas, formidines obſerentem?

IX. Iam quale illud fuit, quod Iſtrum adhuc nauigans beneficia tua uſque ad Adriacum, Tyrrhenum, Epiroticum porrigebas? ipſo enim tempore leuati equorum pretiis enormibus Dalmatae; Epirotae, ad incitas, intolerandi tributi mole,

VIII, 4. *obſerentem*) Plautus, Trinum. *Poſt id frumenti cum alibi meſſis maxima eſt, Tribu' tantis illi minu' redit, quam obſeueris.* Addit Philto: *Hem: iſtic oportet obſeri mores malos, Si in obſerendo poſſint interfieri.* L.

IX, 1. *illud*) Sic recte et ex more Tullii plurimi et curatiſſimi. Rhen. Steph. Liv. *id.* *Iaeg.*

IX, 1. *Adriam, Tyrrhenum, Maeotidem*) Cuſp. cum cod. Put. *mareoticum*, cod. Liv. *meroticum*, Bert. *mereoticum*, Gud. *Hadriacum* — *Epyroticium*. Moerl. *Adriacum, Tyrrhenum, Epiroticum.* Liuineius e ueſtigiis uariae lectionis eruebat *Adr. Tyrrhenum mare, Oricum porrig.* quia Oricos Epiri eſt ciuitas, et de Iuliani beneficiis in Epirotas mox loquitur auctor. Maeotidi certe et Mareotidi locus hic non eſt. Sed nec Liuineii ratio placet, Oricum, ciuitatem, maribus inſerentis. Quare ueriſſimam duco ſcripturam Moerl. confirmatam quoque Gud. et ceteris. Ex uoce nimirum *epiroticum*, praefixa antecedentis uocis littera extrema *m*, et omiſſis, ut fieri non numquam conſtat, primoribus litteris *pi*, factum eſſe uidetur *meroticum*; (cf. tamen infra, ad uoc. *reuexerunt* prodita:) deinde ex hoc, ſiue incuria librarii, ſiue conſilio correctoris, *mareoticum*, et hinc denique *Maeotidem.* Fateor tamen, me nondum obſeruaſſe, illam maris Ionii partem, quae littora Epiri adluit, mare Epiroticum uocari. Pro *Adriam* non dubito reſcribere cum Moerl. *Adriacum*, ſc. *mare*, quod nomen, perinde ac πέλαγος Graecorum, ſaepius deeſſe nouimus. *Id.*

IX, 1. *ipſo enim tempore*) Forte *eo ipſo en. temp.* uel *ipſo enim illo temp.* *Id.*

IX, 2. *Epirotae intolerandi trib. mole depr.*) Palmare eſt, quod e duobus fidelissimis

depressi, prouidentia, Imperator, tua non modo miserias exuerunt, sed amplam etiam atque opu-
2 lentam repererunt fortunam. Vrbs Nicopolis, quam Diuus Augustus in monumentum Actiacae uictoriae, tropaei instar, exstruxerat, in ruinas lacri-

lissimis codicibus insertum *ad incitas*, subaudi, *lineas* aut ψήφους. Isidorus, Origin. 18. *Calculi, qui moueri omnino non possunt; incitos dicunt. Vnde et egentes homines inciti uocantur, quibus spes ultra procedendi nulla restat.* Bene eruditus Grammaticus. At Nonio Marcello, si Dis placet, *incitas* est *egestas*. Plautus, Poenulo, (act. 4. sc. 2. v. 85.) *Profecto ad incitas lenonem rediget, si eas abduxerit.* Idem, Trinummo, (act. 2. sc. 4. v. 134 sq.) *Alii exsulatum abierunt, alii emortui, Alii se suspendere. hem! nunc hic cuius est, Vt ad incitas redactus!* Pro eodem usurpatum et *ad incita*, subintellige *loca*. Lucilius, Satyr. 3.

Illud ad incita cum redit atque internecionem.

Idem 15.

Villicum Aristocratem, mediastinum atque bubulcum
Commanducatus corrupit, ad incita adegit.

Nam male et contra carminis legem *incitas* utrobique est in Nonio. Plura doctissimus Ios. Scaliger, appendice ad Coniectanea in Varronis sextum. L.

Verba *ad incitas*, petita ex cod. Liv. et Bert. quibus etiam Put. cum Moerl. se adiungunt, inde a Grutero praeferunt edd. omnes. *Iaeg.*

IX, 2. *reuexerunt fort.*) Ita legitur in edd. omnibus. Cod. Liv. habet *reuexere*, Moerl. *reperere*; quod non potest non esse uerum. Nam *reuehere fortunam* qua ratione dici possit, nemo facile docebit: at *reperire*, i. e. quaerere et consequi *fortunam* ad exemplum optimi cuiusque dicitur. Sic Virgil. Aen. 6, 610. *diuitias repertas* ponit pro partis et adquisitis. Litterae *x* et *r* facile permutantur: et cum hic etiam *p* et *v* misceri uideamus, fortasse supra pro *epiroticum* scriptum fuit *euiroticum*, et deinde pro hoc *meroticum*. *Id.*

IX, 2. *Vrbs Nicopolis* etc.) Suetonium lege, August. c. 18. Obnoxiam terrae motui fuisse, auctor Seneca, Nat. Quaest. L. 6. c. 26. L.

IX, 2. *tropaei instar*) Quemadmodum tropaea ornamentis et armis hostilibus insignia fuerunt: (v. Flor, 2, 17, 16. et 3, 2, 6.) ita Nicopolin quoque spoliis et exuuiis,

lacrimabiles prope tota conciderat; lacerae nobilium domus; ſine tectis fora; iamdudum aquarum ductibus peſſumdatis plena cuncta ſqualoris et pulueris. Certamen ludicrum, luſtris omnibus ſolitum frequentari, intermiſerat temporis maeſti deforme iuſtitium. Ipſae illae bonarum artium magiſtrae et inuentrices Athenae omnem cultum publice priuatimque perdiderant. In miſerandam ruinam conciderat Eleuſina. Sed uniuerſas urbes, ope Imperatoris refotas, enumerare perlongum eſt: ſcire ſatis eſt, cunctas Macedoniae, Illyrici, Peloponneſi ciuitates unis aut bi- 3 4

K 2 nis

uiis, κόσμῳ ἐκ τῶν λαφύρων, exornatam fuiſſe, loco mox citando, teſtatur Strabo. *Iaeg.*

IX, 2. *ſine tectis fora)* Fora Graecorum et Romanorum tectis et aedificiis cincta erant atque ornata. Vitruv. 5, 1. *Graeci in quadrato, ampliſſimis et duplicibus porticibus, fora conſtituunt, crebrisque columnis et lapideis aut marmoreis epiſtyliis adornant, et ſupra ambulationes in contignationibus faciunt.* etc. add. Erneſti. V.C. ad Sueton. Auguſt. c. 29. *Id.*

IX, 3. *Certamen ludicrum, luſtris. omnibus ſolitum frequentari)* Strabo, L. 7. p. 225. Caſaub. Ἡ μὲν Νικόπολις ἀνανδρεῖ καὶ λαμβάνει καθ' ἡμέραν ἐπίδοσιν· χώραν τε ἔχουσα πολλὴν καὶ τὸν ἐκ τῶν λαφύρων κόσμον, τό τε κατασκευασθὲν τέμενος ἐν τῷ προαστείῳ, τό μὲν εἰς τὸν ἀγῶνα τὸν πενταετηρικὸν, ἐν ἄλσει ἔχοντι γυμνάσιόν τε καὶ στάδιον. cf. Sueton. Aug. c. 18. f. *Id.*

IX, 3. *deforme iuſtitium)* luctus publicus et ἀπραξία. Sueton. Calig. c. 5. in f. *Regum etiam regem et exercitatione uenandi et conuictu Megiſtanum abſtinuiſſe, quod apud Parthos iuſtitii inſtar eſt.* v. de ui et uſu huius uocis P. Fabr. Semeſtr. L. 2. c. 10. *Id.*

IX, 3. *Athenae* etc.) v. Meurſ. de Fort. Ath. p. 78. *Id.*

IX, 3. *conciderat Eleuſina.)* Forte *Eleuſin.* In Bert. eſt *Eleuſina conciderant*, inepte. *L.*

IX, 4. *unis — epiſtolis)* *epiſtolis*, (pro qua uoce Gud. habet

nis epiſtolis maximi Imperatoris repentinam induiſſe, nouatis moenibus, iuuentutem; aquas omnibus locis ſcatere; quae paullo ante arida et ſiti anhelantia uiſebantur, ea nunc perlui, mundari, madere; fora, deambulacra, gymnaſia laetis et gaudentibus populis frequentari, dies feſtos et celebrari ueteres, et nouos in honorem principis conſecrari.

X. Si quis mortalium, in aliquam caeleſtem ſpeculam nube ſublatus, paullo ante uidiſſet maeſta omnia, ſemiruta oppida, deſolata moenia, ab indigenis ſolitudinem, exſulum turbam; is ſi nunc in illud idem editum reponatur, ac deſpiciat cuncta laetantia, agros conſitos, urbes frequentes, aquas oppidis influentes, magnifico cultu

habet *litteris*, a correctore, puto,) numero plurali pro ſingulari utitur, quemadmodum Iuſtinus ſolet. v. Index Freinshem. Sic et Thucydides, L. 1. p. m. 43. H. Steph. litteras Argilio a Pauſania datas uocat ἐπιστολάς; Nepos autem, Pauſan. 4, 1. *epiſtolam*. Pluralem nominis *unus*, ſubſtantiuis pluralis numeri tantum, iungi, docent grammatici. Attamen et Cic. pro L. Flacco, c. 29. dixit: *tibi inuideo, quod unis ueſtimentis tam diu lautus es.* v. etiam eiusd. orationis c. 26. et Cort. ad Salluſt. Catil. 6, 2. *Iaeg.*

IX, 4. *nouatis moenibus*) i. e. tectis et aedificiis v. Gronov. ad Iuſtin. 2, 12, 14. et Salmaſ. ad Flor. 1, 4, 2. *Id.*

IX, 4. *ſiti anhelantia*) Schonhov. *ſitim.* *Id.*

IX, 4. *mundari*) Liuineius coniicit *inundari*; admodum uerisimiliter; quamquam ſupra, aquatum penuria, omnia plena ſqualoris fuiſſe dicuntur, quo deinde, nouatis aquaeductibus, ablato, loca ipſa ſunt mundata. *Id.*

X, 1. *is ſi nunc*) *ſi* abeſt male Rh. St. Mox pro *frequentes* Moerl. *frequentari*; et infra pro *perſonn* exhibet *perſonare*: Pro *aquas opp. influentes* Rh. St. Liv. *a. o. fluentes*; minus bene. *Id.*

X, 1. *magnifico cultu non priuatas aedes, ſed magnifica tecta ſurgentia*) Diſplicet eiusdem uocis repetitio. An

poſte-

tu non priuatas aedes, ſed publica tecta ſurgentia, dites, pro terrarum ingeniis, meſſibus ſegetes, uincentes agricolarum uota uindemias, arduos colles, profundasque ualles, et lata camporum balatu, hinnitu, mugitibus perſona: profecto mirabitur tam breui cuncta mutata, deſiliet e nubibus, et uiciniam caeli cupide derelinquet, ut tuis, Imperator, terris fruatur. Illud uero cuius miraculi 2 eſt, neminem ullum in tanto rerum paratu ſenſiſ-

poſteriore loco ſcribimus *regifica*? quae poëtica uox non male huic uſurpanda. Pro *magnifica* cod. Liv. et Bert. legunt *publica*, quod rectum Rittershuſio. A.

Lectio, cui coniectura mederi uult Acidalius, repe-ritur in ed. Cuſp. Rh. Steph. Liv. Codex Put. habet: *non priuata, ſed publica tecta*. Sed lectionem codd. Liv. et Bert. receptam reliquis editoribus, roborat quoque Moerl. et cod. Pulmanni, teſtante ac probante Puteano. *Iaeg.*

X, 1. *non priuatas aedes, ſed publica tecta*) non modo priuatas, ut infra (c. 19, 4.) *nec uiros quidem, ſed mulierculas exambibant*, i. e. *non uiros modo* etc. *Put.*

Duplex hic eſt ellipſis. Deeſt primum *modo* uel *tantum, ſolum*, more Graecorum Latinis etiam uſitato, v. Schwebel. ad Bos. Ellipſ. p. 559. et Onoſand. c. 7. p. 40. Sic Eumenius, pro reſtaur. ſchol. c. 19, 4. *ſi non potentia, ſed etiam eloquentia Romana reuireſcat.* cf. ibi adnotata. Deinde poſt *ſed* omittitur *etiam* uel *adeo*, non ſine elegantia et ui quadam ſententiae augendae. v. Cort. ad Salluſt. Cat. 18, 7. et Iugurth. 14, 23. Heuſinger. ad Nepot. Cimon. 4, 1. *Iaeg.*

X, 1. *terrarum ingeniis*) natura et ui inſita. Sic Plin. H. N. L. 14. c. 1. ſ. 3. *ad caeli mores, ſolique ingenia.* cf. Freinshem. Ind. in Flor. v. *ingenium.* *Id.*

X, 1. *lata camporum*) i. e. latos campos. Sic mox, c. 12, 1. *laborum aſperrima* et 3. *laborioſiſſima negotiorum.* cf. Schwarz. ad Plin. Paneg. 30, 4. et quae adnotauimus ſupra, ad Paneg. 8, 24, 1. *Id.*

X, 1. *cupide derelinquet*,) Fortaſſe, ut uiſum eſt Acidalio, legendum *relinquet*. Vltimae uocum antecedentium litterae ſequentibus facile adhaereſcunt. *Id.*

X, 2. *rerum paratu*.) Moerl.

ſe diſpendium, in omnia pecuniam ab Imperatore depromi, et quoddam uerſa uice prouinciis pendi tributum, illinc ad uniuerſos fluere diuitias, quo prius undique confluebant? Vt in maxima quaeſtione ſit, a quo accipias, Imperator, qui
3 ſic omnibus largiaris. Sed, qui uitae tuae inſtituta, rationemque cognouerit, facile fontem copiae huius inueniet. Maximum tibi praebet parſimonia tua, Auguſte, uectigal. Quidquid enim alii in proprias cupiditates prodigebant, id omne nunc in uſus publicos reſeruatur.

XI. Hucuſque ſolus hic fructus imperii putabatur, ut imperator a ceteris ciuibus non fortibus

Moerl. et Gud. cum Patar. *apparatu*. Sed illud non minus probum. *Id.*

X, 1. *neminem — ſenſiſſe diſpendium*) Laus uera Iuliani. Eutrop. 10, 8. de ipſo: *In prouinciales inſtiſſimus, et tributorum, quatenus fieri poſſet, repreſſor: ciuilis in cunctos, mediocrem habens aerarii curam.* Ambroſius, in obitum Valentiniani, T. 5. p. 108. quum dixiſſet, nihil nouum prouincialibus indici paſſum, addit: *Ex hoc laudant prouinciae Iulianum.* C.

X, 2. *illinc*) i. e. ab aerario principis ad populos, unde adfluxerat, confluere. B.

X, 3. *Maximum — parſimonia — uectigal.*) Cic. Paradox. 6, 3. *O dii immortales! non intelligunt homines, quam magnum uectigal ſit parſimonia.* De Iuliani frugalitate v. Ammian. Marcellin. L. 25. c. 4. *Iaeg.*

X, 2. *in prodigas cupiditates prodigebant*) Iterum idem uerbi bis poni uides. An ex induſtria auctoris? Paene iam illuc labor, ut credam. Probare tamen non poſſum βαττολογίαν. A.

Satis ſpecioſe pro *prodigas* P. Faber legi iubet *profundas*, i. e. inſatiabiles. Sed certiorem medicinam petimus ex codd. Liv. Bert. Moerl. Gud. Schonh. et Cuſp. qui *proprias* habent, quae *uſibus publicis* ſcite opponuntur. *Iaeg.*

XI, 1. *ceteris ciuibus*) Vox *ceteris* abeſt Moerl. et Gud. omiſſa fortaſſe ideo, quia imperator in ciuium numero haberi non poſſe emendatori

bus factis, nec ſplendore gloriae, ſed magnitudine ſumtuum ſepararetur. Inde nihil neceſſariae ſubſtructionum in aedibus moles, ingentes aulicorum cateruae legionum ſumtum facile uincebant. Quin etiam prandiorum et coenarum laboratas

K 4

datori uidebatur. Verum et ipſos *Caeſares ac principes*, quatenus cuſtodes, uindicesque ſalutis publicae haberi uolebant, *ciues* appellatos eſſe, conſtat. v. Schwarz. ad Plin. 83, 4. *Id.*

XI, 1. *ſplendore gloriae*) τὸ *gloriae* deeſt in cod. Gud. et in ed. Rh. St. Liv. *Id.*

XI, 2. *ſubſtructionum in aedibus moles*) Aedificiorum internorum, puta porticuum, balinearum, coenaculorum etc. qualia refert Suet. Ner. c. 3. de eiusdem aurea domo, deque altera Caii Imp. Plin. L. 36. c. 15. *Pat.*

De ſubſtructionibus proprie dictis v! Vitruv. 3, 3. ibique Philand. *Iaeg.*

XI, 1. *moles ingentes, auxiliorum cateruas*) Ita Rh. St. itemque Liv. niſi quod hic *cateruae* habet, non *cateruas*, et poſt *moles* incidit, adeoque *ingentes* ad *cateruae* recte transfert, conſentientibus libris reliquis. Pro corrupta uoce *auxiliorum* cod. Bert. Lang. Put. Moerl. Schonh. et Cuſp. ex iisque edd. ceteri *aulicorum*. Grutero ueniebat in mentem *aucupum*, ſed hoc minus ipſi placebat, quam altera coniectura *eunuchorum*, quam tamen nimium abire a characteribus uocis *aulicorum* agnoſcit. Mihi coniectura emendatrice non opus eſſe uidetur. *Id.*

XI, 3. *Quin etiam prandiorum et coenarum magnitudines R. P. ſanciebat*) Sic Rh. St. Liv. Rittershuſius, lectionem hanc ineptam explicare ſtudens, ſanctionibus pop. Romani intelligi dicit leges ſumtuarias, ex Macrobio et aliunde notiſſimas. Acidalius pro *R. P. ſanciebat* legit admodum ingenioſe *Imperatorem faciebant*. Sed inſpiciamus nunc libros. Poſt *coenarum* cod. Liv. Bert. Cuſp. inſerunt *laboratas*, quod edd. inde a Grutero omnes admiſerunt; in cod. Put. Gud. et Moerl. legitur *elaboratas*, ἰσοῤῥόπως. Deinde pro *ſanciebat* cod. Liv. Bert. Put. Moerl. cum Schonhov. Cuſp. et edd. reliquis *ſentiebat*. Literas R. P. hic ſignificare non *Romanus populus*, ſed *res publica*, cenſet Liuineius; non ſine ueri ſpecie, quem adeo ſequor. Sic in eodem argumento Pacatus, c. 14, 1. *Nam delicati illi ac fluentes, et quales tulit ſaepe res publica, parum*

ratas magnitudines res publica sentiebat; cum quaesitissimae dapes non gustu, sed difficultatibus aestimarentur, miracula auium, longinqui maris pisces, alieni temporis poma, aestiuae niues, hibernae rosae. Haec cuncta animus, uoluptatum omnium uictor, abiecit. Neque enim
4 comparandae sunt picturatae marmorum crustae, et

parum se lautos putabant, nisi luxuria uertisset annum, etc. Accedit cod. Gud. qui diserte *res puca* habet. *Id.*

XI, 3. *prandiorum et coenarum laboratas magnitudines*) De luxu Romanorum Asiatico omnia, etiam annum peruertente, locus est huic plane geminus, et uberior quidem in Lat. Pac. Drep. Panegyr. infra, c. 13. et 14. *Rittersh.*

X, 3. *quaesitissimae dapes*) Moerl. et Gud. *conquisitissimae*. Cic. Tusc. 5, 21. *Mensae conquisitissimis epulis exstruebantur*. Sed illud alterum aeque probum. Sallust. Hist. Fragm. L. 2. ex Macrob. Sat. 3, 13. p. 961. Cort. *Epulae quaesitissumae; neque per omnem modo prouinciam, sed trans maria, ex Mauretania uolucrum et ferarum incognita antea plura genera.* De istiusmodi ciborum terra marique exquisitis deliciis v. Gell. Noct. Att. 7, 16. *Laeg.*

XI, 3. *hibernae rosae*) In infami L. Veri imperatoris conuiuio coronas datas, lemniscis aureis interpositis et alieni temporis floribus, Capitolinus refert. Nigrinus quoque apud Lucianum reprehendere solitus τοὺς μέσου χειμῶνος ἐμπεπλαμένους ῥόδων, καὶ τὸ στράτιον αὐτῶν καὶ παρὰ καιρὸν ἀγαπῶντας, τὸ δὲ ἐν καιρῷ καὶ κατὰ φύσιν, ὡς ἐυτελὲς, ὑπερφρονοῦντας. *L.*

XI, 4. *Neque enim comparandae* etc.) Bene est, nec controuertam. In Bert. tamen exserte est *ëparandae*, in meo *epandae*, quod tantumdem est, ut obseruamus ad Plin. Paneg. 30, 3. Sed minirum *par.* fuerit in autographo. Animaduersum autem mihi, semicirculum inuersum librariis *con* uel *com* ualere. *Id.*

In Gud. et Moerl. legitur *ei parandae*, quod non multum recedit a coniectura Liuineii, *to ei* post *laquearia*, et rursus post *ministrorum* interponentis. Mox pro *picturatae* Gud. Rh. et St. minus

et ſolido auro tecta laquearia, qui maiorem anni partem in nuda humo cubet, et caelo tantum tegatur; neque turbae inſtitutorum ad delicias miniſtrorum, cui tam pauca ſint miniſtranda; neque tempus epularum ei, qui ſaepius ſtatarium prandium ad neceſſitatem humani corporis capiat, gaudens caſtrenſi cibo, miniſtro obuio, et poculo fortuito.

minus bene *picturae, mar. cr.* etc. *laeg.*

XI, 4. *ſtatarium prandium*) quod ſtando capitur, adeoque breue eſt ac tenue. C.

XI, 4. *caſtrenſi cibo*) militari, adeoque uili. De Iuliano Ammian. Marcellin. L. 25. c. 4. *Hoc temperantiae genus creſcebat in maius, iuuante parcimonia ciborum et ſomni, quibus domi, foriſque tenacius utebatur. Namque in pace eius menſarum tenuitas erat recte noſcentibus admiranda, uelut ad pallium mox reuerſuri. Per uarios autem procinctus, ſtans interdum, more militiae, cibum breuem, uilemque ſumere uiſebatur.* Similiter de Peſcennio Nigro Spartian. c. 11. *Idem in omni expeditione ante omnes militarem cibum ſumſit ante papilionem: nec ſibi umquam uel contra ſolem uel contra imbres quaeſiuit tecti ſuffragium,* (forte *ſuffugium,*) *ſi miles non habuit.* cf. Interprett. ad Pacat. c. 13, 3. *laeg.*

XI, 4. *miniſtro obuio*) Credo, non hic locum habet uox *miniſtro.* Quid? ſi legas *caniſtro* uel *catino.* Vaſculi alicuius cibarii nomen fuit, quod obuium uult fuiſſe, ut et poculum, de quo ſtatim addit. *A.*

Recte *obuio.* Nam delicatis ſordebat uulgus; electum quid et rarum requirebant. Itaque nil heic mutandum; ut pluribus oſtendo in Suſpicionum libellis, producto non uno Senecae loco. Nimirum reſpicit Orator ad illa proxime praecedentia: *Neque enim comparandae ſunt — turbae inſtitutorum ad delicias miniſtrorum, cui tam pauca ſint miniſtranda: obuiusque* opponitur *inſtituto ad delicias.* G.

XI, 4. *poculo fortuito.*) *Poculum* hic non proprie, cum Acidalio, intelligo; ſed μεταφορικῶς, pro latice, qui poculo continetur ac bibitur. *Fortuitum* idem eſſe ac τὸ τυχόν, *quod fors offert,*

XII. Sed inter haec mirari ſatis nequeo, quod tam ſeuere parcus in ſemet, in ciues ſuos tam liberalis eſt ac remiſſus; laborum aſperrima ſibi ſumens, ut nos quietis rebus agitemus; cum illud uſu uenire animaduertamus, ut, qui remotam a uoluptatibus uitam ſequantur, difficiles et moroſi ſint, ſibi parum laeti, ſed aliis triſtiores, maeſtas atque follicitas, etiam priuatas, domos faciant. At

fert, probat Liuineius auctoritate Horatii, qui *Nec fortuitum ſpernere ceſpitem Leges ſinebant*; Suetonii, qui *fortuito coenare*, et Lampridii, qui in Elagabalo *per fortuita animalia uehi* dixit. Eadem profert, una cum hoc noſtro loco, Torrentius, ad l. c. Horat. Carm. 2, 15, 17. Sic et Ammian. Marcellin, l. c. de Iuliano: *munificis militis uili et fortuito cibo contentus.* Ineg.

XII, 1. *tam ſeuere parcus in ſemet*) Sic ſcripti et editi meliores. Rh. St. Liv. *ſibimet* pro *in ſemet* praeferunt. Id.

XII, 1. *agitemus*) ſc. uitam, uiuamus. Salluſt. Iugurth. 18, 9. *Medis autem et Armenis acceſſere Libyes; nam hi propius mare Africum agitabant.* Idem plene, Cat. 2, 1. *Et iam tum uita hominum ſine cupiditate agitabatur, ſua cuique ſatis placebant.* Pari modo Graeci, u. c. Aelian. V. H. 3, 18. ἐν εἰρήνῃ διάγειν ſc. τὸν βίον. In ſequentibus pro *id* cod. Liu. Bert. Moerl. *illud*, quod probo et recipio, ob rationem in ſuperioribus iam redditam. Id.

XII, 1. *aliis triſtiores*) acerbiores, iniquiores. Sic Tullius, de Fin. 4, 28. Stoicorum *triſtitiam atque aſperitatem* dixit: Nero., apud Sueton. c. 23. iudicibus certaminum muſicorum *triſtitiam ac malignitatem* ineſſe ſuſpicatur. Id.

XII, 1. *maeſtas atque ſollicitas et priuatas domos faciant*) Aut *et* delendum, aut ipſum *priuatas* non ſincerum. A.

Pro *et*, quod edd. antiquiores praeferunt et cod. Moerlianus, ex cod. Liv. ac Bert. *etiam* a Grutero inde omnes exhibent; recte, puto: nam *et* compendium τῆς *etiam* eſt. Senſus mihi planus uidetur et ſincerus, ſc. Homines, non modo principes, ſed etiam priuati a uoluptatibus alieni, difficiles et moroſi, maeſtitia, follici-

At ſanctiſſimus Imperator impenſe ſtudet, ut nos 2
pro dignitate habitemus, ut commodis adfluamus,
ut caſtam quidem, ſed hilarem, ducamus aeta-
tem; cum alios principes labor truces, remiſſos
deſidia reddiderit, ſemperque feriis imperatori-
bus gratia, communibus defuerit induſtria. Neque
quisquam ſibi moleſtus ita ſe facilem ceteris prae-
buit, ut non ad ſuum exemplum alios coërceret.
Noſter Imperator nihil ſibi ueniae, nihil ceteris 3
moleſtiae ac laboris impartiens, ſuo negotio
omnibus otium praeſtat, diuitiarum largitor, cu-
rarum auarus, laborioſiſſima negotiorum prae-
optans ipſe agere, quam aliis imperare.

XIII. Multi poſt exactos reges imperium uni-
uerſae reipublicae ſolitarium cupierunt. Nota
ſunt recordantibus nomina eorum, uidelicet qui,
in

licitudine, taedio, moleſtia domos ac familias ſuas adficiunt. *Iaeg.*

XII, 1. *impenſe ſtudet*) τὸ *impenſe* abeſt ed. Rh. St. Liv. Ceteris excuſis et ſcriptis ineſt. *Id.*

XII, 1. *communibus*) Erratum a compendiis. Nam *coibus* et *communibus* eſt et *comibus*, ut in Bert. eſt explicate. Infra *tum aliud quoddam hominum genus eſt in amicitia Principis noſtri, rude, (ut urbanis iſtis uidetur) parum come, ſubruſticum.* *L.*

Lege *comibus.* *A.*

Introducunt alii *comibus*, non neceſſario: nam *communis* opponitur ei, qui paucis ſe largitur; ut non uno exemplo firmauimus in iisdem Suſpicionibus. *G.*

Communes Latinis dici *comes, ciuiles*, ad Cic. Ep. ad div. 4, 9. p. 208. docet etiam Graeuius; ibi ſimili ratione pro *communem* non nulli *comem* probabant. Sic quoque in Eutrop. 8, 2, 15. et Nepot. Miſſ. 8, 4. *Iaeg.*

XII, 3. *curarum auarus*) eas ſibi ſoli ſeruans. Mox pro *laborioſiſſima neg.* Moerl. *laborioſiſſimus negotiorum*, ſatis ſpecioſe. In cap. ſeq. mihi ſuſpecta ſunt *recortantibus, uidelicet* et *in propria furentes. Id.*

in propria furentes, adfectati regni ſupplicia pe-
2 penderunt. Mitto ueteres, qui Saxo praecipi-
tes dati, quorum bona publicata, domus erutae,
interdicta poſteris nomina: non paucos, huius-
modi furore uecordes, et noſtra aetas tulit, qui
propter caecam imperandi cupidinem in ferrum
ruerunt. Si hos deus paulliſper uitae redditos
3 adloquatur: *Heus*, uerbi gratia, *Nepotiane atque*
Siluane

XIII, 1. *in propria furentes*) Sic magno conſenſu ſcripti et excuſi meliores. Sed Rh. St. Liv. *non propria ferentes*. *Id.*

XIII, 1. *adfectati regni*) Alludit ad id, quod de Manlio Capitolino refert Liuius, L. 6. c. 20. *qui* adfectati imperii damnatus, de ſaxo Tarpeio in praeceps deiectus eſt. Inſuper euerſa eius domus, addita lege, ut ne quis patricius deinceps in arce aut in Capitolio habitaret. Item gentis Manliae decreto cautum eſt, ne quis deinde *Marcus* Manlius uocaretur. *B.*

XIII, 1. *praecipites dati*) Mira lectio, quae in meo cod. *praeceps dati*, et *in praeceps* emendaram. Sed ecce et Sext. Victor, *Senatus*, inquit, de Caeſ. 33, 31. *ſatellites, propinquosque per Scalas Gemonias praeceps agendos decreuit*. *L.*

XIII, 1. *domus erutae*) Lege *dirutae*, ut Iuretus ſuſpicatur. *B.*

Eruere pro *diruere* alii quoque poſuerunt. Seneca, Phoeniſſ. Act. 4. v. 555. ſqq.

— — — *Ne, precor, ferro erue*
Patriam ac penates; neue, quas regere expetis,
Euerte Thebas. — — — —

Tacit. Hiſt. 4, 72, 1. *Auido milite eruendae ciuitatis*. *Iaeg.*

XIII, 1. *et noſtra aet.*) Hic quoque *etiam* pro *et* habet cod. Liv. et Cuſp. *Id.*

XIII, 3. *Nepotiane*) Is, ex Triſtani Numismate, Flauius Nepotianus Conſtantinus. Ex Goltzio uero et Occone Flauius Popilius Nepotianus; ex Eutropia, Conſtantini M. ſorore, et Popilio Nepotiano, uiro conſulari, natus; qui, cum caeſo Magnentii exercitu urbem ſimul et imperium inuaſiſſet, ipſe uiciſſim a Maxentio deletus, caeſusque eſt. *B.*

Siluane, per infeſtos gladios, praeſentesque mortes imperium petiuiſtis. At nunc ultro uobis poteſtas regnandi datur, ut ea, qua Iulianus, conditione regnetis; ut pro omnium otio, die noctuque, uigiletis; et, cum domini uocemini, libertati ciuium ſeruiatis; ſaepius praelium, quam prandium, capeſſatis; nihil cuiquam auferatis, et ultro omnibus largiamini; nulli gratificemini; in neminem ſaeuiatis; toto in orbe terrarum nullius

XIII, 3. *Siluane*) Siluanus, in *Galliis* ortus, Boniti cuiusdam, natione Franci, hominis bello clariſſimi, filius; qui, cum a rebelli Magnentio transfugiſſet ad Conſtantium, ideoque pedeſtri magiſterio donatus fuiſſet, tandem purpuram ſumſit Coloniae Agrippinae. Quod fecit ex neceſſitate potius, quam ex tyrannidis cupiditate. Adfectati enim imperii ſuſpectus morti a Conſtantio deſtinabatur; quam tamen non effugit. Nam in eadem urbe a Conſtantianis oppreſſus eſt. Ammian. L. 5. Aur. Vict. (de Caeſ. c. 42. et Epit. c. 42.) *Id.*

XIII, 3. *praeſentesque*) inſtantes. Iuſtin. 13, 1. *Extincto in ipſo aetatis ac uictoriarum flore Alexandro Magno, triſte apud omnes tota Babylone ſilentium fuit. Sed nec deuictae gentes fidem nuntio habuerunt, quod, ut inuictum regem, ita immortalem eſſe crediderant; recordantes, quoties praeſenti morte ereptus eſſet.* Liuineius in textu habet *ponentesque*, errore ex compendio ſcripturae orto. *Iaeg.*

XIII, 1. *nulli gratificemini*) nihil gratiae detis, in nullius gratiam a norma iuſtitiae et officii recedatis. Salluſt. Iug. 3, 4. *Niſi forte quem inhoneſta et pernicioſa lubido tenet, potentiae paucorum decus atque libertatem ſuam gratificari.* Tacit. Annal. 4, 19, 1. *Varro conſul, qui — odiis Seiani per dedecus ſuum gratificabatur.* Simili modo et ſignificatu etiam Graeci utuntur τῷ χαρίζεσθαι. Aelian. V. H. 14, 8. Δύο εἰκόνας ἐργάσατο Πολύκλειτος κατὰ τὸ αὐτὸ, τὴν μὲν, τοῖς ὄχλοις χαριζόμενος, τὴν δὲ, κατὰ τὸν νόμον τῆς τέχνης. Act. Apoſtol. c. 25. v. 16. Οὐκ ἔστιν ἔθος Ῥωμαίοις, χαρίζεσθαί τινα ἄνθρωπον εἰς ἀπώλειαν. *Id.*

nullius uirginis fama uioletur; ſit lectulus, etiam ſine conceſſis et legitimis uoluptatibus, Veſtalium toris purior; aeſtate Alamannicum paluerem, hieme pruinam Thraciae, intectis uerticibus, perferatis: Profecto uerborum ipſorum moleſtiam delicatae aures non poterunt ſuſtinere: tantis negotiis territi, non modo imperium, ſed etiam uitam peroſi, ad inferiores aliquos inferos redire properabunt. Videbunt enim iuſtum principatum laboribus, curis, uigiliis inquietum: cuius illi faciem amoenam et amabilem contemplantes laborum aſpera non uidebant.

XIV.

XIII, 1. *ſit lectulus etiam ſine inconceſſis ſed legitimis uoluptatibus*) Ita Cuſp. Rh. St. Liv. In cod. Liv. Bert. Moerl. legitur *conceſſis*, et ſic exhibent Francof. et utraque Pariſ. accedente auctoritate Bongarſii, Puteani, Acidalii. Pro *ſed* legendum eſſe *et* monuerunt et probauerunt Puteanus, Liuineius, Acidalius, Gruterus; eamque emendationem in contextum recepit Cellarius, itemque *Patarol*, qui eam auctoritate Fr. Modii, Nov. ant. Lect. Ep 25. probat. Particulas *ſed* atque *et* ſaepe numero permutari et in his panegyricis uidimus, et ad Cornel. Nep. docet Heuſingerus. Lectionem noſtram Puteanus confirmat loco Paneg. Maxim. et Conſtant. c. 4, 1. *Vt primo ingreſſu adoleſcentiae formares animum maritalem; nihil de uagis cupiditatibus, nihil de conceſſis aetati uoluptatibus in hoc ſacrum pectus admitteres. Legitimae et conceſſae uoluptates* ſunt hic ſtricte *uoluptates coniugiales.* Helena, Iuliani coniux, eo tempore, quo hic panegyricus dicebatur, iam erat defuncta. v. Ammian. Marcellin. L. 21. c. 1. Sententia uerborum itaque haec eſt: *ſitis caſtiſſimi et continentiſſimi, ſtuere cohibeatis libidinem, etiamſi uxoribus careatis.* In ſuperioribus pro *et ultro omn. larg.* Liuineius arbitratur legi debere *et* (*ultra*) *omn. larg.* prouocatque ad ea, quae notauerat ad Plin. Paneg. 6, 5. Sed v. ibi Schwarz. Idem infra inter *ſuſtinere* et *tantis* interponendam eſſe cenſet particulam *et*; uocesque *curis, uigiliis* cod. Bert. abeſſe teſtatur. *Id.*

XIV. Cum igitur, inter egregia negotia itinere confecto, uſque ad Thraciae fines peruentum foret, curſim diſpoſito exercitus commeatu, ad Romanam urbem, annonae uacuam, mentem reflexit. Quemlibet alium a ſubueniendi conatibus grauiſſima fames, et triſtiſſimum rei publicae periculum deterruiſſet. Sed ſtipendiis prouinciarum, et patrimonii ſui fructibus, tum undique frumentis coëmtis uſque ad opulentiam, abundantiam- 2

XIV, 1. *curſim diſpoſito*) Rh. St. Liv. uitioſe *curſum*, Acidalius corrigit *rurſum:* pro *diſpoſito* Cuſp. Rh. St. Liv. *depoſito*. Pro noſtra lectione ſtant libri ſcripti, et excuſi recentiores. Mox pro *Romanam urbem* Cuſp. et Schonhov. *Romam urb.* Non nego, *Romanam urbem* poſſe dici pro *Roma*, ſicut Virg. Aen. 1, 340, *urbs Tyria* eſt *Tyrus*. Suſpicor tamen, ſcriptum fuiſſe ab auctore ſimpliciter *urbem*, et deinde adiectum ab interprete aliquo *Romam* uel *Romanam*, idque in textum poſtea admiſſum. *Id.*

XIV, 1. *exercitus commeatu*) Infra mox: *Cum Romani populi uictus et exercitus commeatus eſſet in nauibus.* Paullo poſt *annonae uacuam* dixit, ut alibi *opum uacuo*, et Eumenius in Conſtantinum *uacuum commodorum*. Vſurpatum et Plauto, ut Bacchidibus: *Valens adflictat me uacuum uirium: et alibi ſaepe. L.*

XIV, 2. *ſtipendiis prouinciarum*) Stipendia prouinciarum ſunt certa pecuniae ſumma et tributum quotannis ſoluendum. Hic uero non proprie, ſed de decumis frugum, hanc uocem eſſe intelligendam arbitror: ſicuti apud Ciceronem *ſtipendiarii* cum *uectigalibus* confundi uidentur. v. Erneſti, V. C. Clav. Cic. v. *Stipendiarius*. *Iaeg.*

XIV, 2. *coëmtis*) Sic recte Bert. Put. Moerl. Schonh. Cuſp. cum edd. omnibus, praeter Rh. et St. in quibus corrupte legitur *comptis*, omiſſa uoce *frumentis*: quae, ut hoc obiter addam, in Bert. poſt *coëmtis* poſita eſt. Pro *opulentiam*, *abundantiamque* (quae uoces una cum *eſurient. iam* uitioſe in Steph. deſunt,) Cuſp. *uſque ad opulentam abundantiam;* et ſic etiam Schonhov. omiſſo tamen τῶ *uſque*. Sed praeſtat uulgata. Omnis enim abundantia opulenta eſt; abundantia uero addita opulentiae

3 tiamque eſurientem iam Vrbem referſit. Dicet aliquis: quomodo tam multa tam breui tempore? Et recte. Sed Imperator noſter addit ad tempus, quod otio ſuo detrahit. Nihil ſomno, nihil epulis, nihil otio tribuit; ipſa ſe naturalium, neceſſariarumque rerum uſurpatione defraudat; totus 4 commodis publicis uacat. Itaque grandaeuum iam imperium uidebitur his, qui non ratione dierum aut menſium, ſed operum multitudine et effectarum rerum modo Iuliani tempora metien- 5 tur. Cum Romani populi uictus et exercitus commeatus eſſet in nauibus, in media expediendae annonae trepidatione, nuntius uenit, plurimas naues, Africano tritico graues, litus Achaicum praeteruectas Conſtantinopolin peruolaſſe. Permoti omnes, et aduerſus eos, qui oram maritimam tuebantur, irati, uenimus ad principem; deſidia

lentiae maximam indicat copiarum adfluentiam. Pro. *referſit* Liv. in contextu *refecit*- *Id.*

XIV, 3. *ipſa ſe nat.* etc.) Schonhov. *ipſe*. Mox *defrudat* cod. Liv. et Bert. *Id.*

XIV, 4. *non ratione dierum aut menſium*) Habita eſt enim haec oratio altero poſtquam imperator acclamatus eſſet anno. *B.*

XIV, 5. *in manibus*) Ita cod. Bert. Gud. Moerl. Schonh. Cuſp. Baun. At Rh. St. Liv. Grut. Pariſ. prior, Cellar. Pat. *nauibus*; recte. Voces *manibus* et *nauibus* in Plinii quoque panegyrico permiſceri docet Schwarz. in Obſ. p. 535. *Ineg.*

XIV, 5. *trepidatione*) ſollicita feſtinatione et ſtudio. v. I. F. Gronov. ad Liv. 27, 1. *Id.*

XIV, 5. *Africano tritico*) *v. Schwarz. ad Plin. Paneg. c.* 31. *et in Obſ. p.* 533. *ſq. Id.*

XIV, 5. *qui oram* etc.) Cum ex Aegypto Romam frumenta aduehebantur, quo citius peruenirent, nec tempeſtatibus retardarentur, Imp. Commodus, teſte Lampridio, claſſem inſtituit, Commodianam Herculeam dictam

desidia iudicum tantum periisse frumenti certatim pro se quisque conquerimur. At maximus Impe- 6
rator serenum renidens: nihil esse peccatum, non sibi periisse, quae ad hanc urbem frumenta uenissent. Nos uocem illam noti amoris in patriam 7

etam, quae annonam transferret. Ab aliis mox etiam imperatoribus huius transuectionis securitati prouisum, dispositis nauigiis. Facile nunc intelligis, qui fuerint ii, *qui oram maritimam tuebantur.* Pat.

XIV, 5. *desidia indicum)* Rhenanus hanc probat lectionem, et in ora suae editionis interpretatur *indices, qui non indicarint*: at illum unica littera fefellit. Rectius enim habet uet. cod. *iudicum.* Ne quis autem de ueritate huius emendationis dubitet, conferat hunc locum Symmachi, L. 4. Epist. 54. ubi etiam mentio Africani tritici, de quo hic agit Mamertinus. *Sed quid mihi insusurras frugis Africanae tenues commeatus? absit, ut praesens annus imitetur fortunam superiorum. Intercludet, ut spero, prouidentia tristes casuum uias saeris auribus edocendis, et castigatione iudicum, quos alimentaria spectat inuectio.* Idem L. 10. Ep. 31. *Vt iudices Africanos et notarium, cui aeternitas uestra mandauit frumentarios commeatus, seueriora scripta destimulent,* etc. Ac quidem puto, ad hos iudices pertinere, quod est in L. 6. C. de Nauicular. ubi scribitur: *Iudices, qui in partibus* (malim legere, ut est in Cod. Theodosiano, unde illa lex depromta est) *in portubus suae* etc. *Iuret.*

Iudicum praefert quoque Put. et Moerl. cum edd. plerisque. Cusp. mendose *indigum.* *Ineg.*

XIV, 6. *serenum renidens)* Moerl. falso *serenus.* Nazar. c. 34, 4. *uenerandum quiddam et amabile renidentem.* Tacit. Annal. 4, 60, 3. *Enimuero Tiberius toruus aut falsum renidens uultu.* De adiectiuis aduerbialiter positis v. Vechner. Hellenolex. 1, 2, 9. p. m. 209. Et de ellipsi uerbi *dixit*, uel *inquit*, Schwebel. ad Bos. Ellipt. p. 442. et p. 460. *Id.*

XIV, 6. *amoris in patriam)* Constantinopolin. Supra: Haec tibi, nominis noui, sed antiquissimae nobilitatis, ciuitas patria est. Mox *futurae felicitatis euentum* equidem decessus Constantii Imperatoris nuntium iam iam imminens exponam. Quo successu potiturum se rerum Iulianus diuinabat. Infra: *Cui non uel illud tempus sedatae*

prae-

putabamus, cum proditionem futuri uerborum ambago celaret: iam tum enim uenturae felicitatis euentum conscius diuini animus praeuidebat.

XV.

praebuit mentis indicium, quo horrendi belli metu re publica liberata elati sumus cuncti gestiente laetitia? L.

XIV, 6. *cum proditorem futuri*) Sic Rh. St. Liv. At cod. Liv. Bert. Lang. Put. Schonh. Cusp. cum edd. ceteris *proditionem*; accedit etiam Moerl. exhibens *proditione*. Puteanus coniecit *praedictionem*; sed, abiecta hacce coniectura, ipse tuetur nostram lectionem, loco ex c. 18, 1. h. paneg. *Habes, Auguste, proditionem silentii mei.* Iaeg.

XIV, 6. *euentum*) Abest hoc nomen ed. Rh. St. Liv. itemque Mss. Moerl. et Gud. Ex cod. uero Bert. Schonh. Cusp. illud receptum edd. reliquis. Mox pro *diuini* Liv. in textu *diuinus* exhibet, ac lectionem reliquorum omnium sibi non placere indicat. Sed recte, ni fallor, habet uulgata, hoc sensu: *iam tum animus imperatoris, tamquam diuini ac uatis, futuram felicitatem praeuidebat. Venturam felicitatem* Liuineius cum Cellario recte de excessu Constantii Aug. interpretatur, quo totius imperii dominus Iulianus factus est; cuius rei praesagio is negauit, naues σιτοφόρους, quae peruolauerant Constantinopolin, (ea adhuc sub Constantii potestate esse credebatur,) sibi, suisque periisse et in manus alienas ueniisse; quia nimirum et Constantinopolitani una cum toto imperio mox ipsi parituri erant. Illustrat haec Ammian. Marc. L. 22. c. 1. *Dum haec in diuersa parte terrarum fortunae struunt uolubiles casus, Iulianus, inter multa, quae per Illyricum agitabat, exta rimabatur adsidue; auesque suspiciens praescire festinabat accidentium finem: sed responsis ambiguis et obscuris haerebat futurorum incertus. Eique tandem aruspicinae peritus Aprunculus Gallus orator, promotus rector postea Narbonensis, nuntiauit euentus, inspectu iecoris (ut aiebat ipse) praedoctus, quod experimento duplici uiderat tectum. Quumque ille timeret, ne cupiditati suae congruentia fingerentur, atque ideo maestus, omen multo praesentius ipse conspexit, quod excessum Constantii clare monstrabat. Eodem enim puncto, quo idem obierat in Cilicia, lapso milite, qui se, insessurum equo, dextra manu erexit, humique prostrato, exclamauit illico,*

XV. Cis pauculos dies in nouum ac florentem ſtatum re publica reſtituta, ſacra mens ad honorum et magiſtratuum ornamenta reſpexit. Verſari coepit in ſacri pectoris comitio conſulatus.

lico, audientibus multis: Cecidiſſe, qui eum ad culmen euexit. *Fixa tamen firmitate conſiſtens, intra terminos Daciae ſe continebat; ſic quoque plurima pertimeſcens. Nec enim cautum ducebat, coniecturis credere, forſitan in contrarium erupturis. Inter quae tam ſuſpenſa aduenere ſubito miſſi ad eum legati, Theolaiphus et Aliguldus, defunctum Conſtantium nuntiantes, addentesque, quod eum uoce ſuprema ſucceſſorem ſuae fecerit poteſtatis. Qua re cognita, poſt exemtos periculorum neſtus et bellicarum ſollicitudinum turbas, in immenſum elatus, iamque uaticiniis credens, et celeritatem negotiis ſuis aliquoties profuiſſe expertus, edixit iter in Thracias; motisque propere ſignis, emenſa decliuitate Succorum, Philippopolin petiit, Eumolpiada ueterem, alacri gradu ſequentibus, quos duxerat, cunctis. Aduertebant enim, imperium, quod ereptum ibant cum ultimorum metu diſcriminum, praeter ſpem, ordinario iure conceſſum.* Id.

XV, 1. *Cis pauculos dies*) Sex. Victor, (de Caeſ. 42.) *Eum* (Vetranionem) *Conſtantius cis menſem decimum, facundiae ui, deiectum imperio in priuatum otium remouit.* Vſus et Plautus, Moſtellaria, (1, 1, 17.) *Cis hercle paucas tempeſtates, Tranio, Augebis ruri numerum, genus ferratile.* Vbi quod Muretus Var. Lect. L. 5. c. 9. *numero* reſcripſit, meo animo fruſtra eſt, hoc quidem loci. L.

Addi poteſt ex Plaut. Mercat. 1, 2, 41. *Liberum Caput tibi faciam, paucos cis menſes.* et Truculent. 2, 3, 26. ſq.

Ita ego illam aedepol ſeruem,
itaque parce uictitem,
Vt nulla faxim cis dies paucos
ſiet. Iaeg.

XV, 1. *in ſacri pectoris comitio*) Sic enim, qui ſecum ipſe de aliqua re deliberat, et rationum in utramque partem momenta expendit, quaſi comitia habet apud ſe et in animo ſuo. Sic Plautus, Epidic. 1, 2, 56. *Iam ſenatum conuocabo in corde conſiliarium.* Idem in Moſtellar. 3, 1, 156. *Huc conceſſero, Dum mihi Senatum conſilii in cor conuoco.* B.

Apuleius, Apolog. p. 277. l. 28. Elmenhorſt. *Dares nunc aliquem ſimiliter grandiloquum: diceret ſuo more, cum primis cui ulla fandi cura ſit, impenſius cetero corpore os colendum;*

2 Quid ſecutus ſit, ipſe ſcit, et quaecumque conſilia eius gaudet formare diuinitas. De omnibus Romani imperii uiris primus electus ſum, cum honorem meum adoreis militaribus glorioſus collega cumularet. 3 Gratias tibi, gratias, Imperator, ſi mereri me credidiſti, et plures gratias, Imperator, ſi tantum amaſti, ut me conſulem faceres etiam non merentem. 4 Nec ignoro, maximos honores ad parum dignos, penuria meliorum, ſolere deferri; ſed non uereor, ne quis maleuolorum in conſulatu meo id autumet acciditſe. Si quis hoc liuidus iactitat, ipſo tempore refutatur; aduerſus quem dixiſſe ſatis eſt: *Iam tamen*

tendum; quod eſſet animi ueſtibulum et orationis ianua et cogitationum comitium. Iaeg.

XV, 2. *adoreis militaribus glorioſus collegn*) laudibus et meritis. Feſtus: *Adoream laudem ſiue gloriam dicebant.* Et Plinius L. 18, c. 3. *Gloriam ipſam a farris honore adoream appellabant.* Collega autem erat Neuita, ut Faſti tradunt et Ammianus L. 21. c. 24. qui etiam L. 17. c. 6. de militari eius laude: *Huic pugnae Neuita, poſtea conſuli, equeſtri praepoſitus turmae, et adfuiſſe et fortiter feciſſe firmatur.* C.

XV, 3. *Gratias tibi, gratias, Imp.*) Moerl. *Gratias tibi Imperatori, gratias, ſi m.* etc. coll. Put. interponit uerbum *ago.* Iaeg.

XV, 4. *in conſulatu eo*) Sic Rh. St. Liv. Sed magno ueram lectionem conſenſu tuentur manu et typis ſcripti emendatiores. Mox pro *liuidus* Gud. et Moerl. *liuidius.* Id.

XV, 4. *ipſo tempore refutatur*) Hoc uult, credo, alienum eſſe imperio Iuliani, minus dignos legere, Conſtantianis magiſtratibus rapina et omni crudelitate infamibus. Iulianus ad Alypium, Conſtantii olim partium, ut apparet: Σὺ τε γὰρ οὐδὲν δὴ συγκαταστρεφομένου τὴν πόλιν βασιλέως, ἐγώ τε πολλῶν δέομαι τῶν συνεστανορθούντων τὰ πεπτωκότα καλῶς. Vide tamen, quae huius ipſius laudationis c. 1, 4. ex Ammiano notamus. L.

XV, 4. *Iam tamen* etc.) Ita Cuſp. Rh. St. Liv. Grut. Pat.

tamen principi noſtro Roma parebat. Quid? quod nihil ſperanti mihi de honoris augmento, (neque enim ultra praefecturam ſe uotorum meorum modeſtia porrigebat,) perfertur nuntius, conſulem me creatum ſine impendio, quod iam diu paucis;

Pat. itemque Pariſ. prior, quamquam errore operarum in hac corruptum in *Iam tam in.* Liuineius ex ſuo cod. et Bert. quibus etiam Put. Gud. cum Moerl. ſe adiungunt, *tum* enotauit, idque recepit Baunius cum Cellario. Liuineius uero το *tamen* retinendum cenſet, et errorem a compendiis ortum eſſe oſtendit. Vetus enim ſcriptura eſt *tn* ſuper addita lineola, cui *tu* admodum uicinum. Argutius ſane uidetur h. l. *tamen*, cuius haec uis eſt: *Qui fieri poteſt, ut parum dignus habear conſulatu? cum tamen Iulianus, iam Imperator, (qui uirtutis ſtudium in multis excitauit, bonorumque adeo uirorum penuria non laborauit,) me ad illum honoris gradum euexerit.* Priſtinam itaque lectionem poſtliminio receptam uolumus. Mox pro *parebat* Cuſp. et Schonhov. *patebat*; minus recte; ſed errore admodum facili. Porro ſ. 5. pro *ſperanti* Cuſp. Rh. St. mendoſe *ſeparatim*; ſed illud Put. Moerl. cum edd. reliquis, nec non Rhen. in margine, et Acidalius proferunt. *Praefectura*, ultra quam uota ſua negat adſcendiſſe, eſt *praefectura praetorii*, de qua c. I, 3. Denique pro *perfertur*, quod agnoſcunt Moerl. Schonhov. Cuſp. Pat. et Cellar. in reliquis legitur perperam *praefertur*. *Iaeg.*

XV, 5. *ſine impendio*) Lipſius, Epiſt. Quaeſt. 1, 15. „Imperatores, cum uiro bo„no et pauperi honores man„dabant, plurimum onera et „impenſas in ſe recipiebant; „et ex aerario ſuo aut publi„co largiebantur ad ludos et „ceteram pompam. Id dice„bant *ſine impendio creari.* — „Vopiſcus clare, in Epiſtola „Valeriani ad Aurelianum: „*Sperare te cum eodem Vlpio „Crinito conſulatum conuenit „ſumtu publico.* Spartianus „in Hadriano: *Ac ſtatim Pan„noniis impoſuit, decreto con„ſulatu cum ſumtibus.* Et de „Imperatore ipſo, onus in ſe „recipiente, Dio in Alexan„dro, *Me*, inquit, *Conſulem „deſignauit, et ſumtus, quos „poſtulat ea dignitas, ſe factu„rum recepit.*„ Inopem ſe fuiſſe ipſe teſtatur infra Mamertinus, c. 17, 3. *Vnde enim mihi adſpirandi ad hoc nomen eſſet amentia, opum ua-*

quo

ſine labore, quod numquam; ſine petitione, quod nemini.

XVI. Quis ignorat, tum quoque, cum honores populi Romani ſuffragiis mandabantur, multos fuiſſe candidatorum labores? Ediſcenda omnium nomina, tributim omnes, atque etiam ſinguli ſalutan-

cuo et ignaro ambiendi? Mox pro *quod numquam* Lipſ. Ep. Q. 3. 24. poſtulante creſcentis orationis gradatione, ſcribit quod *non numquam*, cui adſentitur Liuineius. Ceterum, quod ſine petitione neminem creatum eſſe conſulem dicit, non nimis preſſe intelligi debet. Nam, (ut taceam de priſcis quibusdam Coſſ. et de Pompeio M. cui tertius conſulatus non petenti oblatus fuit,) Plinius, Paneg. c. 91. ſqq. non obſcure indicat, ultro ſibi et collegae datum eſſe conſulatum. Et Spart. Hadrian. c. 8. *Seruiano — tertium conſulatum — non petenti ac ſine precatione conceſſit.* In fine deeſſe uidetur uerbum *contigit*: neſcio, an more Graecorum qui συμβαίνειν omittunt. Poſſit tamen et alia ratione res expediri, ſcilicet, pro *nuntius* legendo *nuntium*; et tunc ſenſus planior eſſet, *quod* (nuntium) — *paucis* — *numquam* — *nemini* (perlatum fuit.) Sed ne ſic quidem ſatis mihi fieret. Quare de ſententia priore non decedo. Verbum *contigit* omiſſum reſtituit etiam Plinio Schwarz. Paneg. c. 71, 3. *Id.*

XVI, 1. *Ediſcenda omnium nomina tribuum,*) Ita edd. omnes, praeter Cuſp. exhibentem *tributim*, quod etiam Schonhov. et codd. Liv. Bert. Put. Gud. Moerl. agnoſcunt. Nomina tribuum ediſcere candidato Romano magnus labor eſſe haud potuit: at nomina ciuium ediſcere, ut eos ſingulos nominatim poſſent appellare, multo difficilius fuit. Vtebantur quidem hac in re opera nomenclatorum; ſed auctor noſter id, more rhetorico, diſſimulat. *Tributim* ſalutandi erant *omnes* (ita nimirum pro uulgato *homines* cum Acidalio, Patarolo, Cellario et cod. Gud. legendum eſt,) ipſo comitiorum die, v. Gruch. de Comit. Rom. L. I. c. 4. Ac licet Conſules, de quibus hic ſermo, centuriatis comitiis crearentur, tamen et in his populum in tribus fuiſſe diuiſum, ſatis certum eſt. v. Gruch. l. c. Auſon. Grat. act. c. 5. et Erneſti, Clav. Cic. v. *Tribus:* idemque ad Sueton. Iul. c. 80.

lutandi, prehenſandae obuiorum manus, omnibus adridendum; non ſolum cum infimis, ſed etiam cum ignotis familiaritatis imago ſimulanda, multaque alia propter honorem agenda, quae alias uirum honore dignum facere non deceret. Vnde illud Craſſi celebre dictum. Cum peteret conſulatum, et forte cum Scaeuola ſocero per uias Vrbis incederet, nec praeſente grauiſſimo et ſeueriſſimo uiro blandiri populo, palpare obuios, et artes petitorias auderet exercere, Quaeſo, inquit, Muci, paulliſper abſcedas, nec comitatu tuo honeſtari me putes: impedis honorem meum: te ſpectan- 2

L. 4

c. 80. *Singuli* uero erant ſalutandi ante diem comitiorum, cum petebant candidati et prenſabant. *Id.*

XVI, 1. *quae alias uirum honore dignum facere non deceret.*) Q. Cicero, de Pet. Conſul. c. 11. *Opus eſt magnopere blanditia; quae etiamſi uitioſa eſt et turpis in cetera uita, tamen in petitione eſt neceſſaria. Tunc enim, cum deteriorem aliquem aſſentando facit, improba eſt: cum amiciorem, non tam uituperanda. Petitori uero neceſſaria eſt, cuius et frons et uultus et ſermo ad eorum, quoscumque conuenerit, ſenſum et uoluntatem commutandus eſt. Id.*

XVI, 2. *cum peteret conſulatum*) Sumtum e Ciceronе, apud quem L. 1. de Oratore, c. 24. ipſe hic L. Craſſus de ſe confitetur: *Equidem cum peterem magiſtratus, ſolebam in prenſando dimittere a me Scaeuolam, cum ei ita dicerem: me uelle eſſe ineptum. Id erat petere blandius: quod, niſi inepte fieret, bene non poſſet fieri. Hunc autem eſſe unum hominem ex omnibus, quo praeſente ego ineptus eſſe minime uellem.* Refert et Valer. Max. L. 4. c. 5. *L.*

XVI, 2. *honeſtari putes*) Acidalius emendat *honeſtare*, ſubauditis nimirum pronominibus *te me*. Liuineius *me* coniicit inſerendum eſſe, quod ſane cod. Put. Gud. et Moerl. exhibent, et non commode abeſſe facile apparet. Nam, cum uerbum ſecundae perſonae adſit, ex linguae Latinae rationibus etiam pronomine ſecundae perſonae deberet ellipſis expleri; (v. Voſſ. de Conſtruct. c. 58.) quod tamen hic fieri nequit. Quare *me* illud, ad exemplum Pataroli, admittendum duximus. Pro *putes*

Cuſp.

3 ſpectante ineptus eſſe non poſſum. At uero ego nullius fauorem turpi adſentatione promerui; nihil feci ineptum; nihil egi, quod ſpectare Mucium
4 nollem. Non modo nullum popularium deprecatus ſum; ſed ne te quidem ipſum, Imperator, quem orare praeclarum, cui preces adhibere pleniſſimum dignitatis eſt, uerbo ſaltem adii. Sponte in familiam diuinum iſtud a te munus infuſum eſt.

XVII. Fatebor autem tibi, maxime Imperator, et tuto apud te omnia animi operta referabo. Numquam in capita ciuium poteſtatem, numquam prouincias concupiui; ſed, quia iuuanda etiam a me uidebatur, pro uirili portione, res publi-

Cuſp. admodum uitioſe *plures*. In ſequentibus ſ. 3. pro *fauorem* minus bene Rh. St. Liv. *amorem*; et ſ. 4. τὸ *ipſum* ante *Imperator*, uti etiam *a te* poſt *iſtud* iisdem abeſt; ſed lectio noſtra nititur praeſidio codd. Liv. Bert. Put. Moerl. Schonh. Cuſp. et edd. recentiorum. Poſt *familiam* Bert. ponit *meam*, quod certe debet ſubaudiri. *Iaeg.*

XVII, 1. *omnia animi operta*) Vox *omnia* abeſt Rh. St. Liv. Sed legitur in ſcriptis et editis reliquis, et debet adeſſe, quia mox c. 18, 1. dicit: *Nondum tamen cuncta prodidimus*, etc. Pro *operta* in iisdem Rh. St. Liv. *opera*, Put. *reperta*, Pat. *aperta*. Sed ueram lectionem Bert. Moerl. Schonh. Cuſp. cum ceteris praeferunt, eamque tuetur Puteanus loco ex Nazar. Paneg. c. 1, 2. *nec operta mentium rimari neceſſe eſt*. Mox pro *prouincias* Cuſp. cum Liv. et Rh. huiusque comite *prouinciam*: ſed illud mſſ. Liv. Bert. Put. Moerl. et excuſi reliqui firmant. *Id.*

XVII, 1. *pro uirili portione*) Sic et Tacitus, Agric. c. 45. Alii, etiam Cicero, *pro uirili parte*; quod idem eſt. C.

Lactant. L. 2. c. 7, 2. *Dedit omnibus Deus pro uirili portione ſapientiam. Pro uirili portione* uel *parte* non eſt, ut Liuineius h. l. aliique interpretantur, *pro uiribus*, ſed

publica, cum ad magiſtratum uocarer, propter opinionem deſidiae, non refugi. Negotium publi- 2
cum neque ambitor appetii, neque per timiditatem, aut ignauiam recuſaui; ſed, a teneris annis, ab aetate puerili, ad hanc uſque canitiem, conſulatus amore flagraui. Secundum etiam tibi 3
confeſſionis gradum debeo. Cum in aliorum principum eſſet poteſtate res publica, diu inanem cupiditatem, ſine ſpei ſolatiis, foui. Vnde enim mihi adſpirandi ad hoc nomen eſſet amentia, opum uacuo, et ignaro ambiendi? Nam primum 4

ſed pro parte ea, quae ex quacumque re unicuique debetur, quam quisque ſuſcipere debet, *pro rata*. v. Erneſti Clav. Cic. v. *Virilis*. *Iaeg.*

XVII, 1. *propter opinionem deſidiae*) *propter* hic *priuatiue* capiendum uidetur, ſcilicet, *ad uitandam deſidiae ſuſpicionem, ne quis putaret, me eſſe deſidem*. Sic adhibetur etiam διὰ D. Paullo, Epiſt. I. ad Corinth. c. 7, 2. Διὰ δὲ τὰς πορνείας ἑκάστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐχέτω. Poteſt tamen et *impulſiue* (ſit uenia uerbo) exponi, nimirum, *non refugi, quia putabam, deſidis eſſe refugere*. *Id.*

XVII, 2. *ambitu*) Sic Liv. Grut. utraque Pariſ. Cellar. Pat. At Cuſp. Rh. St. *ambitor*, quod agnoſcit etiam cod. Liv. Gud. et Moerl. et praeferendum, ut exquiſitius, arbitror. Lamprid. Alexand. Sev. c. 28. *Ita et patronis auctoribus damnatus ambitor eſt*. *Id.*

XVII, 2. *ab aetate puerili*) Aut iſtud delendum, ut ſuperioris gloſſema; aut certe, pro *puerili* legendum *uirili*, iudicat P. Faber. Mox pro *uſque* Moerl. habet *ipſam*. *Id.*

XVII, 3. *Secundum etiam tibi conf. gr. d.*) Hoc quoque alterum tibi fateri debeo. *B.*

XVII, 3. *ambiendi*) Cod. Liv. et Cuſp. *ambiundi*. *Iaeg.*

XVII, 4. *Nam pr.*) Forte: *Cum pr. tu Caeſ. L. Nam* hic inidoneum. Potius *At* uel *Tunc*. *A.*

Vox prima a gloſſa uidetur. *G.*

Τὸ *nam* Quinctiliano paſſim adhiberi, ubi nihil praeceſſit, cuius cauſſa reddatur, obſeruauit Geſnerus. v. g. Prooem.

cum Caesar esses, marcentem iam cupiditatis meae flammam, spei bonae flatibus, excitasti. Cum uero te, Auguste, mirificum innocentiae ac uirtutum spectatorem uiderem, tunc mecum: *Claudi Mamertine, non frustra huc usque uixisti. Habes idoneum fidei ac industriae iudicem. Memento, in magno res tuas esse discrimine. Scietur, non meruisse te consulatum, si tibi non detulerit hic Imperator.*

XVIII. Habes, Auguste, proditionem silentii mei, et rem a me non breuis aeui taciturnitate celatam. Nondum tamen cuncta prodidimus. Nullum hinc iam mecum uolo referre secre-

Prooem. s. 16. *Nunc autem quae uelut propria philosophiae asseruntur, passim tractamus omnes. Quis enim non de iusto, aequo ac bono, modo non et uir pessimus, loquitur? Quis non etiam rusticorum aliqua de caussis naturalibus quaerit? Nam uerborum proprietas ac differentia omnibus, qui sermonem curae habent, debet esse communis.* Fortasse et hic simili ratione usurpatur. *Iaeg.*

XVII, 5. *te, Auguste*) Forte legendum, *Augustum*. Nam supra dixit: *cum Caesar esses*. *Put.*

XVII, 5. *Spectatorem*) iudicem, probatorem. Terent. Eunuch. 3, 5, 18. *Cum ipsum me noris, quam elegans formarum spectator siem.* *Iaeg.*

XVII, 5, *tunc mecum dixi, Mamertine* etc.) Sic Mss. Gud. et Moerl. nec non Rh. St. Liv. In suo cod. Liuineius inuenit *tunc mecum dandi Mamert.* quae scriptura ipsum diu, multumque fatigauit, donec tandem in ed. Cusp. inuenit *t. mec. Claudi Mam.* quod perspicue et palmario uerum esse, rectissime censet. Cum Cusp. consentit, more suo, Schonhov. Nomen *Claudi* facile in *dandi*, et deinde hoc, quia ineptum erat, in *dixi* commutatum fuit. In proximis sequor collocationem uerborum, quae est in cod. Bert. *non frustra huc usque*. Vulgo: *huc usque non frustra*. Prior illa melior, lucidiorque mihi uidetur. *Id.*

cretum; omnia pectoris arcana uacuabo. Suſpendiſſes beneuolentiam tuam, et tuae iſti in me liberalitati, contra mores tuos, artificii aliquid addidiſſes; forſitan rogaſſem. Parui autem, Imperator, putas eſſe beneficii, quod rogandi mihi periculum remiſiſti? periculum, inquam, ſanctiſſime Imperator. Si praeſtare dubitaſſes, ſi in poſterum diſtuliſſes, quid me fieret poſt repulſam? In leuiſſimis quoque beneficiis petitis, nec impetratis, amicitia diſſoluitur. Namque is, quo amicitia continetur, amor apud utrumque polluitur. Alter amari ſe, quia non praeſtitit, non putat; alter odio ſe eſſe, quia non obtinuit, arbitratur. 2 3 4

XVIII, 2. *Suſpendiſſes beneuolentiam*) Hoc eſt, *ſi ſuſpendiſſes benev.* quo loquendi modo nihil apud bonos ſcriptores frequentius. *B.*

XVIII, 2. *artificii aliquid*) Supra Eumen. Grat. Act. Conſtant. Aug. c. 10, 3. *Sine ullo artificio cito prouere, quae ſperari diu debeant.* v. et Pacat. c. 19, 1. *Iaeg.*

XVIII, 3. *periculum remiſiſti*) Ita plures et meliores pro *commiſiſti*, quod habent Rh. St. Liv. Veram lectionem ingenio uidit Acidalius, et firmauit loco Paneg. Flauienſi, nomine Conſt. c. 9, 4. *Has omnes difficultates, Imperator, uerecundiae noſtrae remiſiſti.* Mox pro *ſi praeſtare* idem legit *quaſi praeſtare dub.* praeter neceſſitatem. *Dubitat*, i. e. cunctatur, non uult *praeſtare, qui in poſterum tempus differt.* v. Senec. de Benef. L. 2. c. 1. *Id.*

XVIII, 3. *quid me fieret*) Cuſp. Rh. St. Liv. *inde*; Put. Gud. et Moerl. *a me*; cod. Liv. et Bert. cum Grut. Pariſ. Pat. Cellar. *me*, recte. Deeſt eleganter praepoſitio *de*; de qua ellipſi v. quos laudat Burmann. ad Phaedr. 3, 20, 8. *Id.*

XVIII, 4. *amor*) Ita cod. Bert. Cuſp. et, Schonhouio teſte, Ald. cum edd. inde a Gruteriana publicatis. Mſ. Moerl. et Gud. cum Rh. St. Liv. *gradus*; quod corrigit Acidalius, legendo *nodus*, et deinde, pro *polluitur*, *ſoluitur*: etſi non uere, tamen non inepte. *Id.*

5 tratur. Nec ſane mihi conſul gratuito factus uiderer, ſi honorem precibus emiſſem. Miſerum enim et laborioſum ſubiiſſem, meliore aeui parte transacta, tirocinium rogandi. Neque enim exiſtimo moleſtius eſſe pecuniam, quam preces, fun-
6 dere. Denique omnes in emendo uidemus, repenſandi fiducia, magno erectoque animo aurum, argentumque depromere; eos uero, qui preces adlegant, humiles atque demiſſos, uix cunctabunda atque titubantia uerba proferre, neque orationem ſolum inclinare, ſed totis corporibus in genua ſubmitti. Prorſus, ut ex animi ſententia loquar, maximo uendit beneficium, qui preces accipit.

XIX. An uero, ſi centuriatis comitiis conſul creatus eſſem, glorioſius mihi uniuerſi populi ſuffra-

XVIII, 6. *Denique*) Eam hic uim habet haec particula, quaſi diceret: *adeo uerum eſt, non moleſtius eſſe pecuniam, quam preces fundere, ut omnes in emendo uideamus* etc. v. Salmaſ. ad Flor. 1, 16, 3. *Omnium — pulcherrima Campaniae plaga eſt. Nihil mollius caelo: denique bis floribus uernat. Nihil uberius ſolo: ideo Liberi, Cererisque certamen dicitur.* Id.

XVIII, 6. *erectoque*) Sic Bert. et Moerl. cum edd. receptioribus. Non multum abit Cuſp. *et erecto.* Rh. St. Liv. habent *certoque.* Id.

XVIII, 6. *qui preces adlegant* etc.) Homer. Iliad. I. v. 498. ſq.

Καὶ γάρ τε Λιταί εἰσι Διὸς κοῦραι μεγάλοιο, Χωλαί τε, ῥυσαί τε, παραβλῶπές τ' ἀφθαλμὼ.

Seneca, l. c. cap. 2. *Moleſtum uerbum eſt, oneroſum et demiſſo uultu dicendum, Rogo.* v. et Paneg. VII. c. 9. Id.

XVIII, 6. *orationem ſolum*) Bert. *ſol. orat.* idemque mox poſt *animi* inſerit *mei.* Id.

XVIII, 6. *maximo uendit benef.* etc.) Seneca, l. c. cap. 1. *Non tulit gratis, qui, cum rogaſſet, accepit. Quoniam quidem, ut maioribus noſtris, grauiſſimis uiris, uiſum eſt, nulla res carius conſtat, quam quae precibus emta eſt.* Id.

ſuffragiis declaratus uiderer? Minime: ſiquidem etiam illis priſcis temporibus, multorum ambitu, fuit campus infamis. Nota diuiſorum flagitia; notae loculorum praeſtigiae; tum operarum ad uim et ſeditionem manus emtae. Nec ſane pot- 2 eſt

XIX, 1. *diuiſorum*) Fuerunt hi inter operas campeſtres in comitiis, et fortaſſis iidem, qui diribitores tabellarum. Sic certe Auſonius, Grat. act. c. 5, 2. *cum diribitore nil pepigi.* Multi tamen eo loco legunt *cum diſtributore.* Per eos uero tribus pecunia ſolebant corrumpi. More ſuo, id eſt, omnium optime de iis expoſuit Erneſtius, V. C. in Cl. Cic. v. *Diuiſor.* Cod. Liv. et Gud. inepte habet, *diuerſorum.* *Id.*

XIX, 1. *loculorum*) Cuſp. Rhen. St. Liv. Grut. Pariſ. prior, Patar. *lucellorum*, Put. Gud. et Moerl. *lucullorum.* Cod. Liv. *luculorum*, pro quo Liuineius, ingenioſa emendatione, reſcribit *loculorum*, idque confirmat loco ex Grat. actione Auſonii, c. 5, 2. *Conſul ego, Imperator Auguſte, munere tuo, non paſſus ſepta, neque campum: non ſuffragia, non puncta, non loculos.* Lectionem ſic emendatam recepit Baunius, eumque cum Cellario et nos ſequimur. *Loculi* dicuntur *ciſtae* ſ. *ſitellae*, in quas tabellae coniiciebantur; ut hac ratione dirimi ſuffragia et numerari poſſent. Qua in re, quamquam adpoſiti erant cuſtodes, fraudem intercedere potuiſſe, ſine dubio intelligitur. *Id.*

XIX, 1. *operarum — manus*) Cic. pro Mil. c. 9. *Vbi uidit* (P. Clodius) *homo ad omne facinus paratiſſimus, fortiſſimum uirum, inimiciſſimum ſuum, certiſſimum conſulem; idque intellexit non ſolum ſermonibus, ſed etiam ſuffragiis P. R. ſaepe eſſe declaratum: palam agere coepit, et aperte dicere, occidendum Milonem. Seruos agreſtes et barbaros, quibus ſiluas publicas depopulatus erat, Etruriamque uexarat, ex Apennino deduxerat: quos uidebatis. Res erat minime obſcura. Et enim palam dictitabat, conſulatum Miloni eripi non poſſe, uitam poſſe.* Velleius Paterc. 2, 47. *In gladios, caedesque ciuium furente ambitu, cuius neque finis reperiebatur, nec modus, tertius conſulatus ſoli Cn. Pompeio — delatus eſt.* Plutarch. in Cat. Min. p. 1434. H. Steph. Ἐπεὶ δὲ Σκιπίωνος καὶ Ὑψαίου καὶ Μίλωνος, ὑπατείαν μετερχομένων, οὐ μόνον ἐκείνοις τοῖς συντρόφοις ἤδη

eſt in confuſa imperitorum multitudine quidquam eſſe perpenſum. Nam cum boni rari ſint, improborum uulgus immenſum ; in campo autem numerus et turba praepolleat : ſine dubio intelligitur, eum ſuffragiis populi magiſtratum capere, quem plures, id eſt, quem peiores probarunt. Vnde factum eſt, ut maiores noſtri uiderent Gabinios deſignatos, et repulſos Catones. Sed haec
3 uetu-

ἤδη καὶ συμπολιτευομένοις ἀδικήμασι, δωροδοκίαις καὶ δεκασμοῖς, ἀλλ' ἄντικρυς δὶ ὅπλων καὶ φόνων εἰς ἐμφύλιον πόλεμον ὠθουμένων, τόλμῃ καὶ ἀπονοίᾳ, κ. τ. λ. *Id.*

XIX, 2. *quem plures enim quem priores*) Sic Liv. itemque Rh. cum Steph. niſi quod hi pro *enim* exhibent recte *id eſt*. In Cuſp. pro *enim* eſt *i*, quod facile in *n* (hoc eſt *enim*,) transire potuiſſe monet Liuineius, cuius cod. itidem praefert *id eſt*. Pro *priores* cod. Liv. Bert. Put. Moerl. Schonh. Cuſp. emendate *peiores;* et ſic deinde edd. poſteriores. Illuſtrat haec Liuineius loco ex Plin. Ep. 12. L. 2. *Sed hoc pluribus uiſum eſt. Numerantur enim ſententiae, non ponderantur. Nec aliud in publico conſilio fieri poteſt, in quo nihil eſt tam inaequale, quam aequalitas ipſa. Nam cum ſit impar prudentia, par omnium ius eſt.* Addi poteſt Seneca de Vita beata, c. 2. *Non tam bene cum rebus humanis agitur, ut meliora pluribus placeant. Argumentum peſſimi turba eſt.* cf. Interprett. ad Terent. Eunuch. Prolog. v. 1. et 2. *Id.*

XIX, 2. *Gabinios deſignatos* etc.) Non hoc damnem; non: ſed ueri ſimile mihi, cum Catone competitorem commiſſum, qui profecto *Vatinius*. Seneca, libello : *Quod in ſapientem non cadit iniuria*, Cap. 1. *Nuper, cum insidiisset mentio Catonis, indigne ferebas, quod Catonem aetas ſua parum intellexiſſet, quod ſupra Pompeios et Caeſares ſurgentem infra Vatinios poſuiſſet.* Rurſum, *de diuina Prouidentia*, Cap. 3. *Quod ad Catonem pertinet, ſummam illi felicitatem contigiſſe conſenſus hominum fatebitur, quem ſibi rerum Natura diligit, cum quo metuenda collideret. Inimicitiae potentum graues ſunt? Opponatur ſimul Pompeio, Caeſari et Craſſo. Graue eſt, a deterioribus honore anteiri? Vatinio poſtferatur.*

uetuſta dent recordari, quemadmodum paullo ante honor petitus ſit. Vix pauci exſtiterunt, quorum

ratur. Vide Valer. Max. L. 7. c. 5. *L.*

In eadem quoque eſt ſententia Bongarſius, qua Liuineius; ac ſuſpicatur, poſſe ſubſtitui Gabiniis *Vatinios.* Et opponuntur ſane paſſim, ceu compoſita paria, *Vatinii* ac *Catones*, non *Gabinii. G.*

Sic Lipſius (Epiſt. Quaeſt. 3, 24.) et doctiſſimus quisque legunt, quia *Vatinius*, non *Gabinius*, in praetura Catoni praelatus fuit. Plutarch. in Catone minore. p. 779. *C.*

Sine controuerſia hiſtoriae congruentior eſt lectio, quam in textum recepit Cellarius, *Vatinios.* Etſi enim A. Gabinius, Piſonis in conſulatu collega, uir peſſimus fuit et flagitiis contaminatiſſimus, (v. Cic. pro Sext. c. 8. et 9.) tamen non ita apte opponitur Catoni, quam Vatinius, praeturae competitor, cuius itidem ſcelera et turpitudinem uitae commemorat Cicero Orat. in eum habita, et alibi. Verum, cum ſcriptores memoriae uitio nonnumquam labantur, praeſertim illi, qui ſequioris ſunt aetatis in rebus uetuſtis, nolui mutare ſcripturam omnium librorum. Sic Mamertin. Panegyr. Genethl. Maximian. c. 19, 5. *Roſtra* fori Rom. in *Campo* ponit: ſic roſtra illa Carthaginienſium nauibus ablata fuiſſe quidam tradiderunt. v. Schwarz. ad l. c. Mamert. Sapienter Erneſtius, Excurſ. XXIV. ad Sueton. Neron. c. 17. „Mihi, inquit, ridiculum uide„tur, dici, Suetonium in his „peccaſſe memoriae lapſu. „Etenim ſi quis ſcriptor ali„us generis, Orator, Philo„ſophus aut poëta, qui obi„ter rem talem, tamquam „exempli cauſa, attingeret, „ἁμαρτήματος μνημονι„κοῦ argueretur, ferri poſſet „haec reprehenſio. Nam his „non neceſſaria eſt maxima „diligentia, iique exempla „fere e memoria depromunt. „Itaque uidemus et conce„dimus, eos interdum memo„ria lapſos in nominibus lo„corum, hominumque, in „numeris etc.„ Cf. ſupra Paneg. 9. c. 11, 5. *Ineg.*

XIX, 3. *haec uet. dent rec.)* Cuſp. pro *dent* praefert *debet*, Schonh. et Liv. *debent*; ſed bene cum Cod. Liv. ceteri omnes *dent.* Vitium ortum eſſe ex curta ſcriptura, qua *det*, cum lineola, litterae *e* impoſita, et *debet* et *dent* ualet, adnotauit Liuineius. *Dent recordari* pro *faciant recordari, in memoriam reuocent*, ita dicitur,

rum uirtutibus deferretur: cum quidem ipſis illis
4 tarda induſtriae ac probitatis merces ueniret. Ceteri uero perditiſſimum quemque ex aulicis frequentabant. Vti quiſpiam per artes turpiſſimas imperatori acceptiſſimus uidebatur, eum aſſiduis obſequiis emerebantur, doniſque captabant. Nec uiros quidem, ſed mulierculas exambibant; nec feminas tantum, ſed ſpadones quoque, quos, quaſi a conſortio humani generis extorres, ab utroque ſexu aut naturae origo, aut clades corporis

tur, ut Horat. Epiſt. 1, 16, 61.
Da mihi fallere, da iuſtum, ſanctumque uideri.
Seneca, Med. v. 32.
Da, da per auras curribus patriis uehi.
Ouid. Met. 14, 695.
— — — *Mihi multa uetuſtas*
Scire dedit. — — —

Pro uerbo nomen poſuit Cic. ep. ad diuerſ. 5, 13, 9. *Das mihi iucundas recordationes conſcientiae noſtrae, rerumque earum, quas te in primis auctore geſſimus.* Id.

XIX, 4. *perditiſſimum quemque ex aulicis*) Plin. Paneg. c. 88, 1. *Plerique principes, cum eſſent ciuium domini, libertorum erant ſerui. Horum conſiliis, horum nutu regebantur; per hos audiebant, per hos loquebantur; per hos praeturae etiam et ſacerdotia et conſulatus, immo et ab his, petebantur.* Id.

XIX, 4. *uti quiſpiam*) cod. Liv. *uti quiſque*, ſatis bene. Mox pro *eum* uitioſe Cuſp. et Schonh. *cum*. Ante *eum* deeſt uox *ita*, quae in hac uerborum conſtructione alias adhibetur. c. g. Sen. de Conſt. Sap. c. 11. *Vt quisque contemtiſſimus et ut maxime ludibrio eſt, ita ſolutiſſimae linguae eſt.* v. Cort. ad Salluſt. Iugurth. c. 31, 14. Id.

XIX, 4. *emerebantur*) Forte legendum *demerebantur*. Rittersh.

Sie dedit Patarol. Poteſt tamen et uulgata ſe tueri. Nam *emerere* pro *demerere* dici oſtendit Heinſ. ad Ouid. Ep. Heroid. 6, 138. Iaeg.

XIX, 4. *Nec uiros quidem, ſed mulierculas ex.*) Supra, c. 10, 1. *non priuatas aedes, ſed publica tecta.* ubi v. adnotata. Id.

XIX, 4. *aut naturae origo* etc.) Matth. c. 19. v. 12. Ἐσσί γὰρ εὐνοῦχοι, οἵτινες ἐκ κοιλίας μητρὸς ἐγεν-

poris ſeparauit. Ita praeclara illa ueterum nomina ſordidiſſimum quemque ex cohorte imperatoria et probroſiſſimum adulabant. Hi, cum in

ἐγεννήθησαν οὕτω· καὶ εἰσιν εὐνοῦχοι, οἵτινες εὐνουχίσθησαν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. ubi v. Interprett. Item L. 128. Digeſt. de V. S. *Spadonum generalis appellatio eſt: quo nomine tam hi, qui natura ſpadones ſunt, item thlibiae, thlaſiae, ſed et ſi quod aliud genus ſpadonum eſt, continentur.* v. et eius Tit. explicatores. *Id.*

XIX, 4. *clades corporis*) Claudiani uerſus pulcherrimos adſcribam e L. 1. in Eutrop. v. 338 ſqq.

Illas praeterea rerum Natura creauit,
Hos fecere manus. Seu prima Semiramis aſtu
Aſſyriis mentita uirum, ne uocis acutae
Mollities, laeuesue genae ſe prodere poſſent,
Hos ſibi coniunxit ſimiles: ſeu Parthica ferro
Luxuries uetuit naſci lanuginis umbram,
Seruatoque diu puerili flore coëgit
Arte retardatam Veneri ſeruire iuuentam. L.

XIX, 4. *ueterum nomina*) poſteri clarorum uirorum, antiquis nobilibus orti. v. Vechner. Hellenolex. 2, 8. p. m. 527 ſq. itemque Acidal. et Gruter. ad Vell. Paterc. 2, 69, Arntzen. ad Pacat. c. 9, 5. *Iaeg.*

XIX, 4. *ex cohorte imperatoria*) Hanc Sueton. Galb. c. 7. *cohortem amicorum* nominat. Add. Torrent. ad Horat. Epiſt. 1, 8, 2. *Id.*

XIX, 4. *probroſiſſimum*) Cuſp. Rh. St. Liv. *improbiſſimum*, cod. Liv. *probiſſimum*. Bert. cum Put. et Moerl. *probroſiſſimum*. Recte. Ex hoc natum *probiſſimum*, quod deinde mutatum a correctore in *improbiſſimum*. Lectionem noſtram inde a Gruter. praeferunt edd. omnes. *Id.*

XIX, 4. *adulabant*) Moerl. habet *adulabantur*. Schonhov. coniicit *adorabant*. Sed nihil eſt mutandum. Nam et *adulare* recte dicitur. Auſon. Paneg. c. 5. *centurias non adulaui.* cf. Voſſ. de Analog. 3, 7. Mox pro *qua ſacra, qua profana* Moerl. cum Gud. habet *omnia ſacra, omnia profana*. Minus recte. Ceterum finem huic capiti Gruterus et qui eum ſequuntur conſtituunt in uoce *ſtudium*: mihi uero τὸ *munientes* terminum ponendum, et ab *Itaque nullum* etc. nouum caput ordiendum eſſe uidetur. *Id.*

prouincias immissi erant, qua sacra, qua profana rapiebant, iter sibi ad consulatum pecunia munientes.

XX. Itaque nullum iam erat bonarum artium studium. Militiae labor a nobilissimo quoque pro sordido et illiberali reiiciebatur. Iuris ciuilis scientia, quae Manlios, Scaeuolas, Seruios in amplissimum gradum dignitatis euexerat, libertino-
2 rum artificium dicebatur. Oratoriam dicendi facultatem, multi laboris et minimi usus negotium, nostri proceres respuebant; dum homines noluisse uideri uolunt, quod adsequi nequiuerunt.

Et

XX, 1. *Itaque nullum iam erat b. a. stud.*) Nota insignem locum de caussis, ex quibus rectorum studiorum interitus oriri solet: et confer Dialogum *Quinctiliani de Caussis corruptae eloquentiae*, qui uulgo Tacito adscribitur. Confer item Petronium Arbitrum, initio Satyrici. *Rittersh.*

XX, 1. *Manlios* etc.) T. Manlium Torquatum Valer. Max. L. 5. c. 8. *praeter egregia multa* (sic lego non *propter*,) *rarae dignitatis, iuris quoque ciuilis et sacrorum Pontificalium peritissimum* fuisse refert. Itaque nihil mutem. *Mallios* tamen est in cod. meo, quod non excuso. Vidi etiam, qui *Manilios* mallet, qui et ipsi iure consulti. L.

Scaeuolam et Seruium Sulpicium laudat passim Cicero. C.

XX, 1. *euexerit*) Ita libri edd. fere omnes. Sed iam Rhen. in ora adnotauit *euexerat*, quod etiam legitur in Lang. et probatur Acidalio, receptumque est a Patarolo. Puteanus duplicem prodit lectionem, *extulit* et *euexit*; hoc etiam habet Moerl. et deinde pro *libertorum* idem *libertinorum*, multo rectius; nam hic non agitur de relatione libertorum ad patronum. To *euexerit* manifesto uitiosum est. Puto, scriptum esse pro *euexerat*, et postea mutatum in *euexit*; quare illud una cum uoce *libertinorum* recipio. Mox pro *dicebatur* Acidalius coniicit *ducebatur*; praeter necessitatem. *Inegn.*

XX, 2. *noluisse*) sc. *adsequi*. L.

Et uere tantum laboris, uigiliarumque suscipere ad adipiscendum, cuius usus agendae uitae ornamenta non adiuuaret, dementia ducebatur. Itaque omne studium pecuniae coaceruandae. Tan- 3
to enim uir quisque melior, quanto pecuniosior, habebatur. Iam seruiendi miseranda patientia, ad- 4
sentandi mira calliditas. Ministrorum aulae quotidie limina terebantur. Ad fores eorum, qui regiis cupiditatibus seruiebant, ternos patriciae gentis uiros cerneres ab huiusmodi dedecore non

M 2 imbri,

XX, 2. *Et uere*) Cod. Put. *uerum*, pro quo rescribit Put. *uero*, adstipulante Acidalio. Mox post *ad* cod. Put. cum Moerl. inserit *id*: pro *agendae* habet cod. Put. *augendae*; pro *ornamenta*, quod tuentur codd. Liv. Bert. Put. Moerl. Schonhov. Cusp. cum edd. recentioribus, Rh. St. Liv. *erudimenta*: denique inter *Itaque* et *omne* Moerl. interponit *erat*; et sic quoque cod. Put. in quo deinde sequitur *in*, quod coniectura mutat Put. in *iis*. Mihi in his omnibus uulgata lectio potior uidetur. *Iaeg.*

XX, 3. *Tanto enim uir quisque melior* etc.) Iuuenal. Sat. 3, v. 143 sq.

Quantum quisque sua nummorum seruat in arca,
Tantum habet et fidei. — — *Put.*

XX, 4. *limina terebantur*) frequentabantur. v. Schwarz. ad Plin. Paneg. 65, 3. *Iaeg.*

XX, 4. *ternos patr. gent. uiros*) Hui, ternos dumtaxat? Immo, arbitror, frequentes. *Seruos* aut *cernuos* rescriptum doctissimo Lipsio, Epist. Quaest. 3, 24. non admodum ad stomachum meum; quod pace eius dixerim. Sed profecto liberum est omne hoc litterarium arbitrium; uereque ille, nescio quis: *Qui bene diuinarit, uatem perhibebo optimum.* Equidem *pernox* reposuerim. Dixerat de diurna indignitate eorum, qui aulae monstra captabant; nunc amplius ait, nec noctu, et quidem a patriciis, ab ea cessatum. Estque *ad fores pernox*, si Graece reddas, σιανυκτερεύων ἐπὶ θύραις. Proposui modo, quod ueri simile mihi uideretur, nec praemium posco. Tu cense, mi lector. L.

Numerus certus pro indefinito, *plures* patricios, et uel *ternos* simul ministro uni, uel liber-

imbri, non gelu, non amaritudine ipsius iniuriae deterreri. Demissi, iacentesque uix capita supra eorum, quos precabantur, genua tollebant. Ad postremum, honores non iudicio, aut beneuolentia superborum, sed misericordia merebantur.

XXI. At nunc, quisquis prouincias, tribunatus, praefecturas, consulatus cupit, nihil necesse est, pecuniam per fas et nefas quaerat, ac libertatem suam salutator uilis imminuat. Quanto fuerit paratior seruituti, tanto honore indignior
2 iudicabitur. Tum aliud quoddam hominum genus est in amicitia principis nostri, rude, (ut urbanis istis uidetur,) parum come, subrusticum; blan-

liberto principis, supplicare cerneres. C.

Numerus certus pro incerto hic non magis placet, quam *pernox* Liuianii. Lipsius, si non acu rem tetigisse, probabiliora tamen protulisse uidetur. Audiamus ipsum, „Scribo *seruos patri gent.* aut „potius *cernuos*: et id uerum „arbitror. Nam sequitur, *de„missi, iacentesque uix capita „supra eorum, quos precaban„tur, genua tollebant.* Expli„cat igitur adulatorium et „submissum gestum cernuan„tium. Tertullianus hoc o„stendit in honore habendo „usurpatum, de Poenitentia: „*Sed enim illi, qui ambitu ob„eunt capessendi magistratus, „quas non ignobilitates uestium „adfectant? quae non atria „crudis et nocturnis salutationibus occupant? ad omnem „occursum maioris personae „decrescentes.* Et Ammianus, „L. 28. *salutasse Romanos hu„mum paene contingentibus „membris describit.*„ Ineg.

XX, 4. *genua tollebant*) cod. Liv. et Moerl. *gemu at tollebant.* Forte *genna att. Id.*

XXI, 1. *honore indignior uocabitur*) Cusp. mendose *indurabitur*: quod natum uidetur ex *iudicabitur*, ut habet Schonhov. Bert. Put. itemque Moerl. cum Gud. Quorum ob consensum hoc recipimus. *Id.*

XXI, 2. *parum come*) τὸ *parum* non comparet in cod. Liv. et ed. Rh. et St. Hinc Acidalius legendum coniecit *income*. Liv. in textu habet *commune*. Nostram lectionem libri

blandimentis adulantium repugnat, pecuniae uero alienae, tamquam rei noxiae, tactum reformidat, maximas opes in rei publicae salute et gloriosa Imperatoris sui laude constituit. Iam ipse 3
ingenti diuinaque prouidentia aduersus omnes adsentatorum illecebras, captionesque munitus est. Quippe ei a fucatis adulantium uenenis quod periculum est, qui aures etiam ueris laudibus grauatus impertiat? Sed multo multoque nunc facilior est ratio honorum petendorum. Quisquis, 4
inquam, capere magistratum uoles, auri atque argenti negligens esto; nullas ostiatim potentium aedes obito; nullius pedes, nullius genua complectitor. Adhibeto tantum tibi gratuitas et paratu facillimas comites, iustitiam, fortitudinem, temperantiam atque prudentiam; ultro ad te maximus Imperator accedet, et, ut capessas rem publicam, flagitabit. Otioso tibi atque alia 5
curanti prouinciae, praefecturae, fasces, sella curulis, atque insignia omnia magistratuum deferentur. Quid enim sibi uerae uir perfectae-

M 3 que

libri scripti et excusi ceteri recte tuentur. In sequentibus particula *uero* post *pecuniae* abest Bert. et pro *rectum* uitiose Rh. St. *acrum*, et pro *gloriosa*, minus bene, iidem cum Liv. *gloriosi* exhibent. *Id.*

XXI, 3. *ingenti, diuinaque prouidentia*) Recte. Quid tamen? si *ingenio, diuinaque prudentia*. Ac *prudentia* habet Moerl. *Ineg.*

XXI, 4. *multo multoque nunc*) v. Raneg. Manert. Genethl. c. 16, 5. *το νυνὶ* male abest Bert. et Moerl. Redit post digressionem, orator ad superiora *At nunc* etc. ideoque utitur particula *sed*, qua oratio continuatur. v. Heusinger. ad Cic. Philipp. 2, c. 32, 6. *Id.*

XXI, 4. *Adhibeto tantum tibi*) To *tibi* abest Bert. *Id.*

XXI, 5. *perferentur*) Sic edd. omnes praeter Culp. ubi

que uirtutis non constanter de honore promittat, cum me, propter tantillum innocentiae meritum, uno in anno ter uideat honoratum?

XXII. Ecquis deus uno in anno multiplices

ubi legitur *deferentur*, quod et Schonhov. Put. Gud. et Moerl. praeferunt; recte, puto. Nam de honoribus cum sermo est, hoc, non illud, uerbum solet adhiberi. Ita cap. seq. s. 3. *Noua prorsus fuit honorum deferendorum et insperata congestio.* Cic. pro L. Manilia, c. 17, 5. *Si uni omnia tribuenda sint, unum dignissimum esse Pompeium; sed ad unum tamen omnia deferri non oportere.* Idem, pro Domo sua, c. 8. *Cum his haec a me haberi oratio potest, qui ita disputant: se, si qua res ad unum deferenda sit, ad Cn. Pompeium delaturos potissimum.* Idem Epist. ad diuers. 13, 55. *Nam cum iam diu diligerem M. Anneium, deque eo sic existimarem, ut res declarat, quod ultro et decullerim legationem eo, et ad Attic. 6, 1. Ego tamen, quas per te Bruto promiseram, praefecturas M. Scaptio, L. Gauio, qui in regno rem Bruti procurabant, detuli.* Cornel. Nep. Phocion. c. 1, 2. *Fuit enim perpetuo pauper, cum diuitissimus esse posset, propter frequentes delatos honores.* Idem Attic. c. 6, 4. *Multorum consulum, praetorumque praefecturas delatas sic accepit, ut neminem in prouinciam sit secutus.* Horat. Epist. 1, 16, 34. *Detulerit fasces indigno.* Haec itaque lectio, quam recipimus, praestabilior est et uulgata et coniectura Acidalii, legentis *offerentur.* *Id.*

XXI, 5. *constanter*) cum certa spe et fiducia, fidenter. Sueton. Aug. c. 10. *Ludos autem uictoriae Caesaris, non audentibus facere, quibus obtigerat id munus, ipse edidit. Et quo constantius cetera quoque exsequeretur, in locum Trib. plebis, forte demortui, candidatum petitorem se ostendit.* Idem Neron. c. 7. *Tener adhuc, necdum matura pueritia, circensibus ludis, Troiam constantissime, fauorabiliterque lusit.* *Id.*

XXI, 5. *ter uideat honoratum*) Praefectura sc. aerarii, Praetorii et Consulatu. Ipse mox cap. seq. *Pat.*

XXII, 1. *Ecquis deus*) Scripturam codicis mei et Cusp. *Nec quis*; meo animo, bene in *Nunc quis* reformes, pro eo, quod usitatius in orationis transitu *Iam quis*. Occurrit et laudatione Pacati, c. 38. Tu uide, lector, quae notamus ad Paneg. Plin. c. 44. L.

Ego malim *Num quis.* *Rittersh.*

ces fructus agro uni dedit? Num quisquam in eadem nouali, aestate una, amplius quam semel messuit? Num cui, uno auctumno, unoque uineto, uindemia triplex fluxit? Vna certe unius est hiemis oliuitas. Sed in nostri principis beneficiis miraculo caret multiplicata fecunditas. Vt de aliis optimis uiris taceam, qui a priore in proximum auctumnum fructus honorum multiplices messuerunt; mihi certe terna unius anni uber-

M 4

XXII, 1. *nouali*) *Noualis* uel *nouale* terra est, quae alternis annis quiescit ac seritur; quo sensu Virgil. Georg. 1, 71. *Alternis idem tonsas cessare nouales.* Hoc loco pro terra simpliciter sumitur. B.

XXII, 1. *hiemis oliuitas*) h. e. olei prouentus: qua figura et *auctumnitatem* Arnobius dixit aduersus Gentes, L. 1. *Ex oliuis nostris atque uinetis plenam faciant auctumnitatem fundi; at ex nostris exprimi unum prohibeant palmitis rorem.* Eiusdem operis L. 2. *Interrogemus et nos contra: Quae causa, quae ratio est, ut non suis aliquando reddantur mensibus tempora, sed serius hiems, serius aestas atque auctumnitas fiant?* Minucius Felix, Octauio: *Nam id temporis post aestiuam diem in temperiem semet auctumnitas dirigebat.* Vtrumque apud Catonem, Varronem, Columellam legas. L.

Minucius Felix, c. 17. *hiberna oliuitas.* Oliuitas, tempus legendi oliuas maturas, quod circa Decembrem est. Columella, 12, 50. *Media est oliuitas plerumque initium mensis Decembris.* C.

XXII, 2. *multipliciter*) Sic edd. omnes. At Bert. Put. Gud. Moerl. *multiplices*, quod praefero. Pro *honorum* corrupte Rhen. Steph. Liv. cum Moerl. *annorum*: sed ueram lectionem Cusp. cum Grut. ceterisque exhibent. Pro *tertia* mox Moerl. *terna*, quod uerum puto. Ex *terna*, errore librarii, ortum *tertia*, eique deinde ab explicatore in margine addita, et hinc in contextum illata esse uidetur uox *consulatus*, quae sane quam importuna est, et quia statim in recensu honorum occurrit, et quia *consulatus est mihi ubertas* recte et eleganter dici nequit. Quare, recepta cod. Moerl. lectione, illam uncis coërcui. In sequentibus, post *tenet in* Rh. St. Liv. *bonorum* pro *honorum*, facili permutatione et errore. v. Paneg. Nazar. c. 36, 1. Iaeg.

ubertas eſt. (conſulatus.) Primum theſaurorum omnium mandata cuſtodia, et diſpenſatio largiendi. Secundum locum tenet in honorum meorum fructibus praefectura. Additus his, quo uel ſolo cuiuslibet auiditas uinceretur, pro-
3 uentuum meorum tertius, conſulatus. Dein cum ager aſſiduitate fructuum in maciem decoquatur: Imperatoris noſtri poſterior liberalitas uincit priorem, nec ſit effeta gignendo, ſed per uices fructuum fecundatur. Noua prorſus fuit honorum deferendorum et inſperata congeſtio.
4 Nondum ſtatum ſuum ſiderum curricula mutauerant; iam princeps curſum dignitatis alterius commoue-

XXII, 2. *prouentuum tuorum*) Imo *meorum*, quod cuiuis patet. Et ſic praecedit: *Secundum locum tenet in honorum meorum fructibus praefectura.* *A.*

Neceſſaria utique emendatio. Pro *meorum* feſtinans librarius *morum*, et pro hoc alius deinde *tuorum*, quod totidem conſtat ductibus, ſcripſiſſe uidetur. Itaque et ſine librorum auctoritate Acidalium hic ſequor. *Iaeg.*

XXII, 3. *fructuum*) *fructus* pro *frugibus agrorum* dici, oſtendit Brouckhuſ. ad Tibull. 1, 1, 35. ſq.

Non ego diuitias patrum,
fructusque requiro,
Quos tulit antiquo condita meſſis auo.

Porro *macies agri* eſt ſiccitas, aſperitas, adeoque ſterilitas. Iuſtin. 43, 3, 5. *Phocaeenſes, exiguitate ac macie terrae coacti, ſtudioſius mare, quam terras, exercuere.* Exiguitas terrae in hoc Iuſtini loco non uidetur eſſe *anguſtia* eius, ut Freinshem. in ind. interpretatur; ſed contrarium ſoli pinguis, λεπτόγεων illud, quod in terra Attica ineſſe teſtatur Thucydides, L. 1. p. 1. H. Steph. adeoque uox *macies* κατ' ἐξήγησιν additur. *Macrum agellum* dixit quoque Horat. Sat. 1, 6, 71. cf. etiam Scriptor. Rei ruſt. qui ſaepius hac locutione utuntur. In ſequentibus pro *deferendorum* Rh. St. Liv. perperam *inferendorum*, Pat. *referendorum*; et, poſt illam uocem, copulatiuam *et* omittit Moerl. *Id.*

commouebat: etiam tum ſol ab eorumdem aſtrorum regione radiabat; iam Auguſtus tertia magiſtratus mei ſigna transſcenderat. Quaeſo, non uobis inanis gloriae cupidiſſimus, non flagrans ambitione notabili uideretur, ſi quis in ſe tanta pariter optaſſet, quanta in me uno tempore Auguſtus ingeſſit? 5

XXIII. Habitari ab iuſtis uiris terras in Oceano ferunt, quas Fortunatorum inſulas uocant, quod per eas, non arato ſolo, frumenta naſcuntur, fortuitis uitibus iuga collium ueſtiuntur, ſponte pomis arbor grauatur, ad herbarum uicem

XXII, 4. *et iam tum*) Compuli in unum *etiam*, monente Liuineio et Acidalio. Poſt *radiabat* Bert. inſerit *et*, quod fortaſſis etiam ſupra poſt *mutauerant* inſeri deberet. *Id.*

XXII, 5. *Quaeſo, non uobis*) Pro *non* Cod. Liv. Bert. Moerl. Gud. Cuſp. uitioſe *num*; quae uoces et alibi miſcentur. v. Schwarz. ad Plin. Paneg. 49, 4. et 56, 2. Paullo ante Gud. *inſignia* pro *ſigna*. *Id.*

XXII, 5. *in ſe — optaſſet*) Subaudi *ingeri*. *Id.*

XXII, 5. *tanta pariter*) Lege *partite optaſſet*. *A.*

XXIII, 1. *Fortunatorum inſulas* etc.) Pomp. Mela, 3, 10, 12. A. Gron. *Fortunatae inſulae abundant ſua ſponte genitis, et ſubinde aliis ſuper aliis innaſcentibus nihil ſollicitos alunt, beatius, quam aliae urbes excultae.* cf. Horat. Epod. 16, 41. ſqq. et ſupra Paneg. 6, 7, 2. Locum Mamertini noſtri excerpſit Iſidorus, Orig. L. 14. c. 6. *Fortunatae inſulae uocabulo ſuo ſignificant omnia fere bona, quaſi felices et beatae fructuum ubertate. Sua enim apte natura* (i. ſuapte enim natura) *pretioſarum poma ſiluarum parturiunt. Fortuitis uitibus iuga collium ueſtiuntur. Ad herborum uicem meſſis et olus uulgo eſt.* etc. *Iaeg.*

XXIII, 1. *per eas*) cod. Put. *per eos*, ut ad uiros iuſtos referatur. *Id.*

XXIII, 1. *fortuitis uitibus*) ſine cultura prouenientibus et uigentibus. Sic Plin. H. N. L. 15. c. 18. ſ. 20. *fortuitam* dixit *uitem atque oleam*. *Id.*

XXIII, 1. *ad herbarum uicem*) inſtar herbarum. Supra,

olus uulgo eſt. Quantula iſta ſunt, ſi deum auctorem conſideres, munera? Nempe nobis quoque, cum agrum non noſtris manibus excolamus, haec illaborata naſcuntur. Quanto felicior noſtra conditio? quanto beatitudo praeſtantior? Non ſpica triticea, non uiles uuarum racemi, ſed opes atque diuitiae nihil laborantibus ingeruntur; prouinciae, praefecturae, faſces ſponte proueniunt. Tu, tu, inquam, maxime Imperator, exſulantes relegataſque uirtutes ad rem publicam quodam poſtliminio reduxiſti: tu exſtincta iam literarum ſtudia flammaſti: tu philoſophiam, paullo ante ſuſpectam, ac nedum ſpoliatam honori-

pra, c. 3, 2. *Teſtor ad uitem numinis mihi ſanctam conſcientiam meam.* Paullo aliter Plin. Hiſt. N. L. 36. c. 21. ſ. 44. *In Belgica prouincia candidum lapidem ſerra, qua lignum, faciliusque etiam, ſecant, ad regularum et imbricum uicem.* h. e. ut regularum et imbricum uicem praeſtet. In ſequentibus pro *non noſtris num. excol.* Gud. *non propriis m. colamus. Id.*

XXIII, 3. *ſpica triticea*) Caue accipias ſingulari numero, propter inſequentes plurales *non uiles uuarum racemos. Spicum* autem neutro genere dixit imitatione Varronis, cuius haec eſt nobilis ſententia, allegoriae tecta inuolucro: *Neque in bona ſegete nullum eſt ſpicum nequam, neque in mala non aliquod bonum.* Scilicet, Mamertinum non numquam amare archaïsmos, ut c. 19. *ſordidiſſimum quemque et improbiſſimum adulabant.* Et ibid. paullo ante: *mulierculas exambibant;* quo uerbo praeceteris libenter utitur Cyprianus. *Rittersh.*

XXIII, 4. *poſtliminio*) Cic. Topic. 8. *Quae a nobis alienata ſunt, cum ad hoſtem peruenerint, et ex ſuo tamquam limine exierint, deinde, cum redierint poſt ad idem limen, poſtliminio uidentur rediiſſe. Iaeg.*

XXIII, 4. *ac nedum ſpoliatam*) Arbitror germanum, quod in cod. noſtro eſt, *nedum.* In Bert. et Cuſp. lego *ac non ſolum ſpol.* quod gloſſema et interpretamentum meis auribus. Gemina uero haec Ciceronis ad Att. L. 10. ep. 16. extr. *Tu, quoniam*

noribus, ſed accuſatam ac ream, non modo iudicio liberaſti, ſed amictam purpura, auro gemmiſque redimitam in regali ſolio collocaſti. Suſpicere iam in caelum licet, et ſecuris contemplari aſtra luminibus, qui paullo ante, pronorum atque quadrupedum animantium ritu, in humum

niam, quartana cares, et nedum morbum remouiſti, ſed etiam grauedinem, te uegetum nobis in Graecia ſiſte. Quamquam ne inibi quidem explorata ſcriptura. Nam ecce, editum Manutio *et non modo morbum, rem.* Sed illo modo, in optimis libris homo diligens, Simon Roſius, perſpicue offendit, et ſecundum eos equidem litem dem, addicam. Atque haec notatio eſt uocis, qua de loquitur, cum praeponitur; alia, cum poſtponitur. Quo poſito tantumdem eſt, ac ſi dicas, *multo minus.* Seneca de Benef. L. 6. c. 37. *Ne in patrocinium quidem, nedum in gloriam, incendium exſtinxiſſe, quod feceris, repetatur.* Alii paſſim. L. Balbus et Oppius, in Cic. Epiſt. ad Att. L. 9, 8. pr. *Nedum hominum humilium, ut nos ſumus, ſed etiam amplissimorum uirorum conſilia ex euentu, non ex uoluntate, a plerisque probari ſolent.* Rh. St. Liv. mendoſe *necdum*, et mox pro *ac ream* Moerl. *ut ream.* Iaeg.

XXIII, 4. *in regali ſolio collocaſti.*) Confer locum Plinii Paneg. c. 85. ubi de amicitia, reducta a Traiano in aulam, loquitur; et locum Pacati, c. 16, 2. ubi de eadem agit. De facundia idem omnino locus apud Symmach. L. 4. epiſt. 56. quae incipit *Plures. Iuret.*

XXIII, 5. *Suſpicere iam in caelum licet*) Paganorum more rurſus ſidera colere, futura ex illis diuinare. C. Ita ſub Theodoſio, teſte Zoſimo, L. 4. p. m. 758. Κίνδυνος πᾶσιν ἐπικεῖτο τοῖς νομίζουσιν εἶναι θεοὺς, ἢ ὅλως εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβλέπουσι, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ φαινόμενα προσκυνοῦσιν. Iaeg.

XXIII, 5. *pecorum*) Inſolens lectio, quae in codmeo, *pomorum ac quadrupedum.* Sed indubie uerum eſt, quod Bert. et Cuſp. referunt, *pronorum ac quad.* Ouidius:

Pronaque cum ſpectent animalia cetera terras,
Os homini ſublime dedit. ——

Salluſt. Catilin. *Veluti pecora, quae Natura prona atque*

humum uiſus trepidos figebamus. Quis enim ſpectare auderet ortum ſideris, quis occaſum? Ne agricolae quidem, quorum opera ad motum ſignorum caeleſtium temperanda ſunt, tempe-
6 ſtatum praeſagia rimabantur. Ipſi nautae, qui nocturnos curſus ad aſtra moderantur, ſtellarum nominibus abſtinebant. Prorſus terra marique non

que uentri obedientia finxit. Quod proximum eſt, digitum mihi intendere uidetur in Conſtantii Imperatoris ſaeculum, ut iniquius aduerſum philoſophos (quod iam dixit) ac mathematicos, qui et alias Vrbe, Italiaque ſubmoti a Principibus, futurorum ſcientiae metu, ut ex hiſtoriis clarum. *L.*

Pronorum habet etiam Schonhov. Gud. Put. Moerl. idque recipere non dubito. Mox pro *humum* cod. Put. *imum*; falſo. *Iaeg.*

XXIII, 5. *uiſus trepidos.*) oculos, eorumque coniectum. Sic Tacit. Annal. 11, 34, 3. *Et iam erat in adſpectu Meſſalina, clamitabantque, audiret Octauiae et Britannici matrem; cum obſtreperet accuſator, Silium et nuptias referens: ſimul codicillos, libidinum indices, tradidit, quibus uiſus Caeſaris auerteret.* Claudian. in Eutrop. 2, 133. ſq.

— — — *Ad moenia uiſus*
Dirige. — — — — *Id.*

XXIII, 5. *Ne agricolae quidem*) Sic Bert. Put. Moerl. Schonhov. cum edd. plerisque. In ed. Rh. St. Liv. legitur: *Ne agricolae, quorum quidem opera*; quod ita, ut in reliquis legitur, coniectura transpoſuit et correxit Acidalius. Mox poſt *ſignorum* uox *caeleſtium* abeſt Moerl, et poteſt ſane abeſſe. Sic Tullius de Inuent. 1, 34. *Nam et ſignorum ortus et obitus definitum quendam ordinem ſeruant.* Idem pro Milone, c. 30. *Caeli, ſignorumque motus.* Virgil. Georg. 1, 257. *Nec fruſtra ſignorum obitus ſpeculantur et ortus.*

Suſpicor itaque, τὰ *caeleſtium*, explicationis cauſſa adſcriptum ab aliquo, in textum irrepſiſſe. Ceterum ſigna intelligenda eſſe non modo ea, quae figurifer orbis habet, ſed in uniuerſum ſidera, res ipſa ſatis declarat. *Opera*, ſicuti Graecorum ἔργα, proprie de laboribus agricolarum dicuntur. *Id.*

XXIII, 6. *ſtellarum nominibus abſtinebant*) Quia ſtellae ſua nomina a Diis, uel hominibus ac rebus cum fabulis et ſuperſtitione gentium coniunctis, traxerunt. *Id.*

non ratione caeleſti, ſed caſu ac temere uiuebatur.

XXIV. Nihil igitur mirum eſt, Imperator, quod tantus amor et tam uerus in te ciuium feruet. Neque enim ullum puto poſt homines natos tanto generis humani ardore dilectum. Ceterorum regum atque imperatorum caritates admodum rarae, nec umquam diuturnae fuerunt. In ſummis enim hominum habitauere pectoribus, ſubita et forte nata beneuolentia prouocatae, 2

XXIII. 6. *ratione caeleſti)* arte et ſcientia aſtronomica. Sic Cicero de Inuent. 1, 5. *ciuilem rationem* uocat, quam paullo poſt *ciuilem ſcientiam*, politicam, dicit. *Id.*

XXIV, 1. *ſi tant. amor)* Sic Liv. Grut. Pariſ. Cellar. Pat. In ed. Rh. et St. *mirum eſt, imp. et tant. am.* legitur, addita in margine adnotatione: „Malim ſic legere: *Nihil igitur mirum „eſt, imp. ſi et tantus* etc.„ Cuſp. Schonhov. cum codd. Liv. Bert. Lang. Put. Moerl. pro *ſi* exhibent *quod*; unde Liuineius legendum ſuſpicatur *quod et tant. am.* Mihi ea recipienda eſſe uidetur lectio, quam auctoritas plurium confirmat. *Tò quod*, hoc loquendi modo, Latio non prorſus eſſe excludendum, contendit Perizonius, ad Sanct. Minerv. 3, 14. p. m. 505. et Voſſ. de Conſtruct. c. 62. Immo, labente Latinitate, haec ratio magis, magisque coepit frequentari. *Id.*

XXIV, 1. *Neque enim ullum puto)* Verbum *puto* deeſt in ed. Rh. St. quare Acidalius pro *neque* legit *nego*; eamque emendationem tuetur iis, quae paullo inferius, ſ. 6. leguntur: *Nego, quempiam ab uno amico plus dilectum*, etc. Sed, cum ceteri omnes *puto* exhibeant, nihil eſt mutandum. Bert. uerbum hoc poſt *homines natos* collocat. *Id.*

XXIV, 2. *In ſummis pectoribus)* Id eſt, in extima parte pectoris, ut oppoſitio ſit cum iis, quae mox ſequuntur: *At uero noſter adfectus imis mentis ſenſibus alligatus.* B.

XXIV, 2. *fortunata beneuolentia)* Non aptum eſſe *fortunata* bene monet Acidalius, ſubſtituitque *forte nata*. Rittershuſius coniecit

for-

3 tae, non uirtutum admiratione deuinctae. At uero noſter adfectus ueri certique iudicii eſt, imis mentis ſedibus illigatus, (animus) et uitae immixtus et unitus, reſolutis etiam morte cor-
4 poribus, cum immortali mente uicturus. Arma igitur, et iuuenes cum gladiis atque pilis non cuſtodiae corporis ſunt, ſed quidam imperatoriae maieſtatis ſollemnis ornatus. Quid enim iſtis opus eſt, cum firmiſſimo ſis muro ciuici
5 amoris obſeptus? An metuenda tibi curia eſt, cum ſenatui non ſolum ueterem reddideris dignitatem, ſed plurimum etiam noui honoris adieceris? An populus eſt timendus procuratori alimentorum ſuorum, uitae uindici, libertatis auctori? Nam quid de militibus loquar? Duo, aut tria ferme, ex uetere memoria, amicorum paria

fortuita; idque recepit Cellarius. Mihi uero Acidalii emendatio, utpote ſcripturae uulgatae ueſtigiis proxime inſiſtens, potior uidetur, eamque ſequor. *Iaeg.*

XXIV, 3. *alligatus*) Sic edd. omnes. At cod. Bert. cum Moerl. *illigatus*, quod multo conuenientius, meritoque recipiendum eſt. Eadem uerba ſupra quoque, Paneg. Nazar. c. 15, 5. permutari uidimus. Vocem ſequentem *animus*, incolumi ſenſu, deleri poſſe, monuit Acidalius; equidem et deleri eam debere cenſeo, uncisque includo. Librarius litteras uocis antecedentis poſteriores *atus* iteraſſe, ex iisque τὸ *aius*, h. e. *animus*, natum eſſe uidetur. Patarol edidit *animo et uit.* quod melius quidem uulgata, ſed tamen ταυτολογεῖ. *Id.*

XXIV, 5. *procuratori alimentorum ſuorum*) v. ſupra, c. 14, 1. *Id.*

XXIV, 5. *Duo aut tria*) Cod. meus et Bert. *an tria*? Frequens Tacito. *L.*

Cic. de Amicit. c. 4. *Ex omnibus ſaeculis uix tria aut quatuor nominantur paria amicorum.* Orator noſter Theſeum et Pirithoum, Pyladem et Oreſten, Damona et Phintiam indicare uidetur. cf. Panegyr. Pacati, c. 17, 1. *Iaeg.*

paria proferuntur. Nego, quempiam ab uno amico plus dilectum, quam tu, Imperator, non modo a comitibus et tribunis tuis, ſed a legionibus cunctis, equitibus ac peditibus, gregariis etiam militibus, diligaris. Itaque, quod ad te attinet, cuncta iam a cuſtodia tui arma remoueres; ſed quando hoc potes perſuadere militibus? Anxia eſt fidelium diligentia. Maximo amori maximus timor iunctus eſt. Non nobis ſufficit, quod obtinuiſti, ut nemo te uelit laedere, niſi nos curemus, ut nemo poſſit. 6 7

XXV. Habuerunt nonnulli alii principes deuotam et amantem ſui cohortem, ſed alio quodam modo; primum, quod imperiti ac rudes in-

XXIV, 6. *ab uno amico*) Liuineius coniicit *ab ullo*; et ſane uoces *unus* et *ullus* miſcentur non numquam. v. Brouckhuſ. ad Propert. 3, 7, 8. Sed τὸ *unus* ſaepe etiam πλεονασικῶς, uel pro *aliquis*, poni, conſtat, et hic *multis*, ſc. comitibus etc. opponitur. Quare nihil muto. *Id.*

XXIV, 6. *a comitibus, tribunis tuis*) Lege: *tribunisue*. Nam tribuni non ſunt Imperatorum, ſed militum tribuni. *P. Faber.*

Inſerenda copula *comitibus et tribunis*: Sic ante alibi: (Paneg. VIII. c. 10. 3.) *Comites et tribuni corripuere lacrimantes.* *A.*

Copulam eſſe inferendam cenſuit quoque Puteanus. Inſeruit illam Cellarius et Patarol, quos ſequor. Mox ante *equitibus* uocem *cunctis* iterum ponendam eſſe, ſuſpicatur Liuineius. Mihi uerba *eq. — militib.* ſuſpecta. De comitibus rei militaris et tribunis v. Guther. de Offic. Dom. Aug. L. 1. c. 15. p. 51. ſqq. et Salmaſ. ad Trebell. Tyr. c. 12. p. m. 292. *Ineg.*

XXIV, 7. *a cuſtodia tua*) Ita Cuſp. Rh. St. Liv. itemque Moerl. At cod. Liv. et Bert. cum Grut. Pariſ. Cell. Pat. *cuſt. tui*: recte. v. quae de pronominibus primitiuis ſupra, Paneg. 2. c. 2, 1. adſeruntur. *Id.*

XXIV, 7. *curamus*) Sic legitur in edd. pleriſque. Verum in Cuſp. Schonhov. mſ. Gud. Put. Moerl. *curemus*: quod non poſſum non probare. *Id.*

XXV. 1. *cohortem*) v. ſupra, c. 19, 4. *Id.*

indoctiſſimum quemque in conſilium deligebant, ſcilicet ut ipſorum prudentia uulgo ſuo aliquatenus 2 emineret. Ita, cum uiliſſimus quiſque honorum et diuitiarum potitus foret, ſua commoda et uitia principum diligebant. Ab his optimus quiſque abigebatur procul, cum ſuſpecta eſſet probitas et inuiſa, et, quanto quiſque honeſtior,

XXV, 1. *imperitia rudes — delegabant*) Facilis emendatio, *quod imperiti ac rudes* etc. ut in Cuſp. eſt; ſubaudi ὑπαρχοντες. Sed argutit adoleſcens, qui Macrobium nuper uulgauit, reponique uult, (Saturn. 5, 15.) *primum quod illi peritia rudi* etc. (l. *peritia rudes.*) In quo calide ſibi placet. At ego eum habere ſibi res ſuas ex animi ſententia iubeo, et mecum tu, lector; ſat ſcio. L.

Primae uoces non ſanae. Nihil enim addit, quod ſecundae aut tertiae rationis loco ſit. Forte: *plerique imperiti ac rudes.* A.

Lectionem meliorem *imperiti ac rudes* profert etiam Schonhov. eamque in contextum recepit Baun. Cellar. et Pat. Ceteri omnes, una cum Moerl. *imperitia rudes.* Pro *delegabant* iam Rhenanus reponi uolebat *deligebant*, probante Acidalio: et ſic legitur in cod. Liv. Bert. Put. Moerl. itemque Cuſp. et edd. inde a Francofurtenſi omnibus. Quod Acidalius monet, nihil addi, quod ſecundae aut tertiae rationis loco ſit, uerum id quidem eſt: ſed non minus uerum eſt, *primum* non numquam abſolute poni, nulla alia particula ſequente. v. Schwarz. Obſeruat. XXVII. ad Paneg. Plin. p. 520. itemque Corrad. Manut. et Cort. ad Ciceron. Ep. ad diuerſ. 2, 9. Quodſi tamen aliquid mutandum uideatur, poſſit quoque legi *plurimi*, (nam in l. c. Ciceronis pro *primam* nonnulli exhibent *plurimam*) *quod imperiti ac rudes*, ſc. erant. Sed longe certior ac uerior eſt uulgata. Sententia enim non ſemper abſoluitur, ſed interdum imperfecta relinquitur, quod locus Plinianus, Paneg. c. 22, 1. manifeſte oſtendit. In ſequentibus pro *uulgo ſuo* Bert. habet *uulgo ſuorum*; admodum probabiliter. *Iaeg.*

XXV, 2. *potitus fuerit*) Ita Liv. cum Rh. *fieret* Steph. At Cuſp. cum Schonhov. itemque codd. Liv. Bert. Put. Moerl. et edd. reliquis *foret*; ut Acidal. emendauit. Mox pro *diligebant* Cuſp. et Schonhov. *diligebat.* *Id.*

neſtior, tanto importunior turpium arbiter uita-
retur. At tu, Auguſte, omnibus nugis remo- 3
tis, optimum et doctiſſimum quemque perquiris.
Si quis praeſtat uirtutibus bellicis et laude mili-
tiae, in amicis habetur; qui in oratoria facultа-
te, qui in ſcientia iuris ciuilis excellit, ultro ad
familiaritatem uocatur. Quicumque in admini- 4
ſtratione rei publicae innocentem ſe umquam et
ſtrenuum praebuit, in conſortium numerum re-
ceptatur. Regendis prouinciis non familiariſſi- 5
mum quemque, ſed innocentiſſimum legis. Omnes
a te augentur pecunia, locupletantur diuitiis,
honoribus honeſtantur.

Paneg. Tom. Poſt. † N XXVI.

XXV, 2. *turpium arb.*) Rh. cum Steph. *tanto importunior, turpius arb. uitaretur.* Haec corrigens Acidalius reſcribit *importunior turpibus arb.* At Cuſp. cum Schonh. Liv. ac reliquis omnibus *turpium.* *Id.*

XXV, 3. *nugis*) hominibus nauci et nihili. Cicero, ad Attic. Epiſt. 6, 3. *Videaturne, aut pietatis eſſe meae, fratrem relinquere: aut diligentiae, nugarum aliquid relinquere?* Vbi Manutius: „*Nugarum aliquid*, leuem ho„minem, Meſcinium. Non „pius, ſi fratrem relinquo; „non diligens, ſi quaeſtorem, „rei militaris expertem.„ In eadem epiſtola: *Amicos habet meras nugas, Matinium, Scaptium.* *Id.*

XXV, 3. *in amicis habetur, ultro ad fam. uoc.*) Au-
ctiores libri, noſter, Bert. Cuſp. *in am. habetur; qui in oratoria facultate, qui in ſcientia iuris ciuilis excellit, ultro etc.* L.

Ita eſt. Reuocanda ſunt, quae reperiuntur in editionum prima, et Liuineii ſcriptis: *habetur, qui in oratoria facultate, qui in ſcientia iuris ciuilis excellit, ultro ad famil.* Nam togatae illae artes ſummo in pretio apud Romanos, ut uel liquet ex unis Taciti annalibus, exque Auctore de cauſſis corruptae eloquentiae. G.

Libris a Liuineio laudatis accedit Schonhov. Put. Moerl. cum edd. Grut. Pariſ. Pat. Cellar. *Iaeg.*

XXV, 5. *Regendis prouinciis — legis*) Datiuus, finem notans, v. Perizon. ad Sanct. Min. 4, 4, 9. p. m. 555.

In

XXVI. Prorſus amicitias tueris priuati fide, imperatoris opulentia; quae perpetuae et conſtantis beneuolentiae prima fiducia eſt, certiſſima uirtutum, et princeps ueritas. Numquam in animo

In Gud. *non familiariſſimus quisque, ſed innocentiſſimus legitur.* *Id.*

XXVI, 1. *priuatae fidei*) Lege, *priuati fide, Imperatoris op.* Poſt quae ipſa interendum aliquid uidetur, quando ſequentia his male haerent. Forte, *In te, quae perpetuae et conſtant.* etc. *A.*

Emendationem hanc firmat Cuſp. praeferens, *priuati fidei*, et Liv. cum edd. ſi Rh. et Steph. demas, omnibus. Voces *In te*, textui addidit Cellarius et Patarol. *Iaeg.*

XXVI, 1. *fiducia*) pignus. Cic. pro Flacco, c. 21. *Pecuniam adoleſcentulo grandi fenore, fiducia tamen accepta, occupauiſti. Hanc fiduciam commiſſam tibi dicis: tenes hodie ac poſſides.* *Id.*

XXVI, 1. *princeps ueritas*) Non hoc adſequor, ac ne ueterem quidem ſcripturam, quae repraeſentata mihi cum fide. Placet reſcribi, *et maximi Principis ſecuritas*, ac *uirtutum* exponam, *bonorum* et *praeditorum uirtute*, κατὰ μετωνυμίαν. *L.*

Vetus ſcriptura, cuius mentionem facit Liuineius, eſt primum codicis illius, qui penes ipſum erat, in quo legebat: *principis ueritas*, uti habet etiam Moerl. et Gud. In Bert. Cuſp. Schonhov. additur *maximi* pr. v. *Veritas* eſt amor ueri, iuſti et aequi, ut apud Ciceronem, Orat. pro L. Quintio, c. 2. *Cum tot, tantisque difficultatibus adfectus atque adflictus, in tuam, C. Aquilli, fidem, ueritatem, miſericordiam P. Quintius confugerit.* Aut fortaſſe συνώνυμον eſt uirtutis ipſius. Sic Seneca, Epiſt. 71. *Idem eſſe dicebat Socrates ueritatem et uirtutem.* ubi v. Lipſ. Vtrumcumque eligas, ſenſus non erit obſcurus, etiam ſine ulla mutatione. Scil. *Tuendo amicitias priuati fide, imperatoris opulentia, exhibes perpetuae et conſtantis beneuolentiae pignus primarium, et certiſſimam uirtutem, eumque candorem et aequitatem, quae principem decet.* Vel: *Tueri amicitias priuati fide, imperatoris opulentia, (quod tu facis,) eſt primarium pignus perpetuae beneuolentiae tuae erga tuos, et certiſſima, quin imo princeps et regina uirtutum.* Sed malo inſerere *in te*, ut ſenſus ſit: *uirtus tua princeps eſt ueritas, quae* etc. *Iaeg.*

XXVI, 1. *Num quem in animo eſſe ſuſpicatum audiui?*) Quid agam, nullus uideo, nec uel

animo esse suspicatum audiui. Nemo simulatis 2
blanditiis, nemo falsa pollicitatione deceptus est. Quis nescit aliorum imperatorum hilarem diritatem, cachinnantemque saeuitiam? a quibus ingenita crudelitas figmento laetitiae tegebatur. Mira 3
est in principe nostro mentis linguaeque concordia. Non modo humilis et parui animi, sed seruile uitium scit esse mendacium. Et uere, cum mendaces homines aut inopia, aut timor faciat, magnitudinem fortunae suae imperator, qui men-

titur,

uel leuiter mentem elicio. In cod. meo et Cusp. est: *Numq.* (lineola litterae q imposita,) *in an.* in Bert. *Nunquam*, nihili ad sententiam momento. Legebam timide et citra praeiudicium, *Num quis maligne de se suspicatum audiuit*? Sed tu adiuua, sis, mi lector, et, si quid ad manum melius, imperti, L.

Potius: *Numquam enim omnino esse suspicatum aud.* Vel: *Num quem enim omnino esse susp.* A.

Quid? si *suspicatum* pro *suspicione* dici ponamus. Exemplum quidem desidero: sed analogia aperte fauet. Vt enim ab *arbitror arbitratus*, a *comitor comitatus*, a *dominor dominatus*, ab *hortor hortatus*, a *modulor modulatus*, ab *opinor opinatus*, a *peculor peculatus*, a *populor populatus*, a *uenor uenatus*, a *despicor despicatus*, sic etiam a *suspicor* formari posse *suspicatus* luce de apparet. Hoc admisso, non opus est ulla mutatione. Fateor tamen, multo mihi magis consentaneam uideri emendationem priorem Acidalii. Voces *animo* et *omnino*, ex compendiosa nota, facillime miscentur. v. Schwarz. ad Plin. Paneg. 94, 2. De cetero, legere malo sine interrogatione, ut est in Bert. Cusp. Schonh. Gud. *Numquam* etc. *Iaeg.*

XXVI, 2. *simulatis*) Rh. et St. *simulantis*, improbante Acidalio et dissentientibus reliquis omnibus. *Id.*

XXVI, 2. *aliorum imperatorum*) Domitianum notat, de quo adi Sueton. c. 11. L.

XXVI, 3. *seruile uitium scit esse mendacium*) Plutarch. περὶ παιδ. ἀγωγῆς. Δουλοπρεπὲς τὸ ψεύδεσθαι. *Put.*

XXVI, 3. *Et uere, cum mend. hom.* etc.) Acidalius distinguit, *faciat. Magnitud.* quod minus placet. Pro *uere* Liuineius legendum esse coniicit *uero*. *Iaeg.*

4 titur, ignorat. Quis, oro uos, plura praebuit fidei, conſtantiaeque documenta? Omnes, quos priuatus in familiaritatem recepit, eodem habet imperator affectu. Nemo gradu pulſus, nemo aditu prohibitus, nulli palatii fores clauſae ſunt. 5 Omnes bonos habet. In recipiendis amicis optimus iudex eſt. Si aliqui ſunt improbi, tolerandis familiarium uitiis immutabilis eſt amicus.

XXVII. At mutant ſecundae res animos. Noſtrum principem ſi nondum mutauerint, quando

XXVI, 4. *gradu pulſus*) ſc. amicitiae et familiaritatis. v. omnino Boſii Index in Cornel. Nep. h. v. De gradibus palatii hic agi, non ſatis probabile uidetur. *Id.*

XXVI, 4. *habitu prohibitus*) Sic Rh. St. Liv. Contra uero cod. Bert. Lang. Put. Moerl. cum Cuſp. et edd. reliquis recte *aditu*; uti P. Faber et Acidalius emendauerunt. *Id.*

XXVI, 4. *Omnes bonos habet.*) Leg. *amat.* Niſi quod et *habet* poteſt ſignificare, quod apud Graecos ἔχει, pro *tenet* ſiue *retinet*; uetuſtos ſcilicet, nam de nouis ſtatim ſubiicit. *P. Faber.*

XXVI, 5. *improbi)* Immodeſti, nimium ſibi adrogantes. Ita, e. g. Seneca, Med. v. 84. *fulmen improbum* uocat, quod plus auſum eſt, quam debuit et decuit. Quidquid nimium eſt, et modum normamque excedit, *improbum* Latinis dici, oſtendit Salmaſ. ad Spartian. Peſcenn. c. 6. p. m. 655. Sic Mamertin. Paneg. Genethl. c. 1, 2. *improbe*, i. e. ſine more, modoque, *concupiſcere. Iaeg.*

XXVI, 5. *improbi tolerandi, famil. uit. immut.* etc.) Sic diſtinguunt et legunt omnes. Acidalius uero correxit hunc in modum: *ſi aliqui ſunt improbi, tolerandis fam. u.* etc. et hanc lectionem praeferunt codd. Put. et Gud. cum Moerl. quos iure ac merito ſequor. Senſus eſt: *ſi qui ex amicis immodeſti ſunt, tolerat eorum uitia, nec animum propter ea mutat. Id.*

XXVII, 1. *mutant ſecundae res animos*) Curt. 10, 1, 40. *Res ſecundae ualent commutare naturam*, Tacit. Hiſt. 1, 15, 5. *Secundae res acrioribus ſtimulis animos explorant: quia miſeriae tolerantur, felicitate corrumpimur.* v. ibi Lipſ. Pro *mutauerint* reſcribam *mutauerunt. Id.*

do mutabunt? Cuius umquam diuinior felicitas
fuit? Paullo ante in laceratis Galliae prouinciis 2
lapsus inimicorum capitalium apertis armis, et
occultis insidiis petebatur; in pauculis mensibus,
diuino munere, Libyae, Europae, Asiaeque
regnator est. Quae maiora exspectabimus Dei
praemia? quaeue uberiora dona Fortunae? Vi- 3
dete, num, secundis rebus elatus, aliquid de prio-
ris uitae mansuetudine et moderatione mutauerit.
Mutauit plane, mutauit. Nam ciuilior factus
prosperorum infregit inuidiam. Cui non uel il- 4
lud tempus sedatae praebuit mentis indicium, quo,
horrendi belli metu re publica liberata, elati
sumus cuncti gestiente laetitia? Sed imperator, 5

XXVII, 1. *umquam diuinior*) Pro *umquam* Rh.St. Liv. corrupte *inquam*; pariterque pro *diuinior* Put. *diuturnior*. *Id.*

XXVII, 2. *in laceratis Galliae prouinciis lapsus*) Quid hoc audio? Lapsus in Galliis Iulianus, h.e. ἐπταικὼς? At enimuero, quae inibi ab eo contra barbaros gesta fortiter ac feliciter, Constantii et factionum inuidiam conciuerunt, ut supra dixit. Legam ego, haud sane fidenter: *In laceratas Gall. prouincias.* Ait, incidisse et incurrisse Iulianum in laceras ac deploratas Galliae prouincias, non consilio et sponte ab eo susceptas. L.

Sententia: Quum incidisset in adflictas Gallias, tam feliciter rem gessit, et omnia restituit, ut inuidiam Constantii et Constantianorum incurreret, qui et clam et apertis armis eum peterent. C.

Liuineii emendationem in contextum recepit Cellarius. De laceratis Galliae prouinciis incursu Germanorum, rebusque a Iuliano gestis, v. Eutrop. 10, 7. Aurel. Vict. de Caes. 42, 17. et Epit. 42, 12. Ammian. Marcellin. L. 15. 16. 20. *Iaeg.*

XXVII, 4. *horrendi belli metu*) belli ciuilis, quod Constantius aduersus Iulianum suscipiebat: ad quod ex oriente proficiscens in itinere mortuus est. C.

quamquam caeleſti ope ſalutem rei publicae propagatam uideret, et conditionem doluit humanam, et, offenſarum gratiam faciens, induit fratrem, et, cuius armis uitam impugnatam ſciebat, mortem eius ornauit, ac poſtea ipſe iuſta perſoluit. Et memoria, et obliuione mirabilis, oblitus inimici, meminit heredis.

XXVIII.

XXVII, 5. *caeleſti ope ſalutem rei publ. propagatam)* Rhen. alios, (in quibus et Gud. eſt,) habere teſtatur *propugnatam*, quod uerum iudicat Acidalius: ſed nec illud ſpernendum. Quemadmodum enim *uita, gloria*, ſic etiam *ſalus propagata* dici poteſt. Pro *uideret* Moerl. *uideretur*. *Iaeg.*

XXVII, 5. *offenſarum gratiam)* Ita recte codd. Liv. Bert. Put. Moerl. cum edd. recentioribus, pro *gratias*, ut antiquiores Gruteriana praeferunt. *Gratiam facere* eſt *remittere, condonare*. Sic, u.c. Sueton. Calig. 15. *Pari popularitate damnatos, relegatosque reſtituit: criminumque, ſi qua reſidua ex priore tempore manebant, omnium gratiam fecit.* *Id.*

XXVII, 5. *induit fatum)* Nihili et inepta lectio; ſed ad uerum mihi praeiuit, quod in cod. meo reperi *fratrum*. Emendabam liquido *fratrem*, i. e. caritatem fraternam. Erant enim inter ſe fratres patrueles Conſtantius ac Iulianus, ut ante uidimus. Nunc, ne dubites, quisquis es, lector, ita diſertim eſt in Bert. L.

Quid haec? An, *imputauit fato?* an, *ignouit facto?* Nugae. Lege: *induit fratrem*, i. e. fraternum animum. Verum hoc eſſe, (f. excidit *uidebit* aut ſimile uerbum) qui, quae ſuperius ſcripta de hac diſcordia fratrum, meminit. *A.*

Veram lectionem confirmat quoque Put. cum Moerl. et cum Grutero receperunt edd. recentiores. In ſequentibus poſt *uitam* pronomen *ſuam* inſerendum Rittershuſius cenſet: certe ſubaudiri debet. Pro *mirabilis* Bert. habet *mirabili*. *Iaeg.*

XXVII, 5. *meminit heredis)* Hoc eſt, fortunae ſuae, qui heres ei ſucceſſorque eſſet, ut Pompeii haeredem Cato Caeſarem apud Lucanum L. 9. appellat: O *famuli turpes, domini poſt fata prioris Itis ad heredem?* Et alioqui *fama, rumorque loquebatur*, (uerba ſunt Ammiani e L. 21.) *interim Conſtantium uoluntatem ordinaſſe poſtremam, in qua Iulianum ſcripſit heredem.* *L.*

XXVIII. Sed quid ego longius indicia mitis et manſuetae mentis arceſſo? Hic ipſe, hic, inquam, ipſe dies praebuit ciuilis animi ſatis clara documenta. Ego et collega meus, ne quid ma- 2
ximus imperator propenſius, humanitatis ſtudio, faceret, uerebamur. Itaque matutino crepuſculo palatium petimus. Aduentare nos, principi, 3
forte tum danti operam ſalutatoribus, nuntiatur. Statim e ſolio, tamquam praeceptus, exſiluit,

XXVIII, 1. *ciuilis animi*) ſubmittentis ſe ad menſuram ciuis. Sueton. Aug. 51. *Clementiae, ciuilitatisque eius multa et magna documenta ſunt.* ubi v. Caſaubon. In ſequentibus loco τοῦ *propenſius* Moerl. minus recte *propenſum*. Iaeg.

XXVIII, 3. *ſalutatoribus*) Notus mos ſalutationis matutinae, de quo ad Cic. in Catil. 1, 4. aliquid diximus. C.

Cf. Schwarz, Diſſert. de Affectatione uet. Romanorum, §. 5. ſqq. *Operam dare* h. l. eſt audire, praebere aures. Sic e. g. Plaut. Capt. Prol. v. 6. *Id ego hic apud uos proloquar, ſi operam datis.* Iaeg.

XXVIII, 3. *tamquam praeceptus exſiluit*) Id eſt, praeuentus. Virgil. *Omnia praecepi, atque animo mecum ante peregi.* Spectantque huc illa Auſonii, in Gratianum: *In officiis amicorum non dico paria reddis, anteuenis; et quoties te in obſequendo praecedimus, erubeſcis pudore tam obnoxio, quam in nobis eſſe deberet ab Imperatore praeuentis.* L.

Cuſp. Gud. cum Lang. et Moerl. habet *praereptus*, quod minus placet. Rhen. notat, alios legere *praeceps*, quod optime locum tueri poſſet, ſi abeſſet uox *tamquam*. Sic Virg. Aen. 3, 598. Achaemenides *ſeſe ad littora praeceps tulit*. Hippolytus Senecae, v. 728, *praeceps abiit*, et in eiusdem Oedipo, v. 755. *praeceps ſiluas montesque fugit citus Actaeon*. Iulianum etiam alias, nimirum *quum die quodam cauſſa eius ſpectandi ueniſſe nuntiatus eſſet ex Aſia philoſophus Maximus, exſiliuiſſe indecore, et effuſo curſu e ueſtibulo longe progreſſum*, narrat Ammianus, L. 22. p. m. 399. Significationem, quam uoci *praeceptus* tribuit Liuineius, optime huc quadrare, ſatis apparet: ſed exemplum aptius illo Virgi-

liano

uultu trepido atque ſatagente, qualis meus eſſe
4 potuiſſet, ſi principi ſerius occurrerem. Aegre
remotis populi, qui nos praegrediebatur, agmi-
nibus, ut quam longiſſime nobis obuiam proce-
deret, laborauit. Illic, pro ſancta diuinitas! gau-
dentibus cunctis, quo ore, qua uoce, *Aue*, inquit?
conſul ampliſſime. Dignatus oſculo oris illius,
diuinis adfatibus conſecrati, dexteram dedit,
illam dexteram, immortale pignus uirtutis et
5 fidei. Poëtae ferunt, altiſſimum illum et cuncta pote-

liano deſidero. Mihi quidem nullum nunc ſuccurrit, quod plane ſatisfaciat. Ceterum, pro *exſiluit*, Moerl. et Gud. habent *exiliit*; et pro *mens mea*, ut in Rh. St. Grut. Pat. edd. legitur, *meus*; recte. *Iaeg.*

XXVIII, 3. *ſerius occurrerem*) Sic in margine Rhen. probante Acidalio. In contextu legitur corrupte *ſeruus*, in ceteris *ſerus*. *Id.*

XXVIII, 4. *inquit: Aue, conſul ampliſſime.*) Verbum *aue* deeſt in Rh. St. Liv. At Schonh. Bert. Put. Moerl. cum edd. reliquis recte id tuentur. v. infra, c. 29, 3. In Cuſp. Schonh. et Moerl. legitur: *aue, inquit, conſ. ampl.* Quae collocatio uerborum et elegantior eſt, et uerior uidetur, propterea quod, dictionibus *uoce aue*, nulla intermedia, iuxtim poſitis, apparet, hanc poſteriorem, ob ſimilitudinem prioris, excidere facile potuiſſe. De formula: *pro ſancta diuinitas!* v. ſupra, c. 7, 2. In ſequentibus pro *Dignatus* Liuineius coniicit *Dignatis*, paſſiue; non male: ſed et uulgata recte ſe habet, ſi ſubaudis *nos* et deinde *nobis*. Verba proxima ſunt in Moerl. et Gud. hunc in modum mutata: *Dignatus oſculo illis diuinis affatibus conſecrari.* Poſſis legere: *Dignatus oſculo et illis diuin. affat. conſecrare.* Sic infra, Pacat. c. 20, 2. *Ille cohoneſtatus adfatu, ille menſa beatus, ille oſculo conſecratus eſt.* De honore oſculorum Principis, v. ad l. c. Pacat. Arntzen. itemque interprett. ad Plin. Paneg. c. 23, 1. *Id.*

XXVIII, 4. *conſul ampliſſime*) Hoc honoris titulo cohoneſtabantur conſules, ut ad ep. 9. L. 1. Apollinaris Sidonii obſeruat Ioannes Sauaro. B.

XXVIII, 5. *Poëtae ferunt*) Statius, Thebaid. L. XI. Com-

poteſtate cohibentem deum, qui ditione perpetua diuina atque humana moderatur, cum deſpiciat in terras, habitu oris tempeſtatum incerta mutare, eius nutu mundum tremiſcere, illius hilaritate turbines abigi, nubes fugari, nitentia per orbem ſerena refundi.

XXIX. Hoc ita eſſe, paullo ante oculis licuit experiri. In quantam laxatus eſt populus, te conſulibus tuis adridente, laetitiam? Vidimus attonitos admirantium uultus, multiformes laetantium ſtatus, uarios corporum motus. Clamores 2

Componit dextra uictor concuſſa plagarum
Iuppiter, ut uultu caelumque diemque reducit.
Alii paſſim. L.

XXVIII, 5. *habitu oris*) Quidam libri: *halitu oris*, quod poteſt ferri. *Halitus oris* proprie dicitur: Plin. L. 14. c. 22. et L. 29. c. 2. quamquam et *habitus oris* dicitur. Lucanus, ad Piſon.

Talis ineſt habitus, qualem nec dicere moeſtum.
Et l. 9. Hiſtor.
——— *Iam languida morte*
Effigies habitum noti mutauerat oris. Put.

Cic. de Fin. 3, 17. *Quidam habitus oris et uultus.* Omnino uerum eſt h. l. *habitus oris*, i. e. uultus; hoc enim, non halitu, Iupiter tempeſtates mitare dicitur, quamquam *halitus* φυσικῶς de aëre, eiusque motu intelligi poſſit. *Laeg.*

XXVIII, 5. *eius nutu mundum tremiſcere*) Virgil. Aen. 9, 106.

Annuit et totum nutu tremefecit Olympum.
Sumtum ex Homer. Il. α. v. 528. ſqq. add. Horat. Carm. 3, 1, 5. Ouid. Metamorph. 1, 179. et 2, 848. Statius Theb. 8, 82. it. Paneg. I. Mamert. c. 7, 5. et Eumen. pro reſtaur. ſchol. c. 15, 3. *Id.*

XXVIII, 5. *illius hilaritate turbines abigi* etc.) Virgil. Aen. 1, 258. ſq.

Olli ſubrideus hominum ſator atque deorum,
Vultu, quo caelum, tempeſtatesque ſerenat.
Hinc, teſte philoſopho Madaurenſi, de Mundo, p. m. 75. *Iupiter* etiam *Serenator* dicitur. In fine pro *refundi* Cuſp. habet *diffundi*. *Id.*

XXIX, 2. *multiformes laetantium ſtatus*) gall. *poſtures*. Nep. Chabr. 1. 3. *Ex quo factum*

inconditos profundebat laudandi effusa libertas. Tripudiabat crebris saltibus multitudo. Nimiae laetitiae decoris sunt et grauitatis immemores. Illa iactatio togarum, illa exsultatio corporum ne-
3 scientibus paene hominibus excitabatur. Omnem modestiam populi, omnem uerecundiam tui gaudia effrena superauerant. *Aue, consul amplissime.* Aueo plane, Imperator, et auebo. Neque enim euentus esse potest optati huius ambiguus; cum is auere iubeat, qui iam fecit, ut auerem. *Consul amplissime.* Sum plane et consul, et amplissimus consul. Quis enim me fuit amplior consul, quem sublimat et illustrat consulatus, quem tribuisti,
4 amplitudo, quam tribuis. Post primae salutationis fausta colloquia, quid pro iure consulari agere nobis

factum est, ut postea athletae, ceteriique artifices, his statibus in statuis ponendis uterentur, in quibus uictoriam essent adepti. Id.

XXIX, 2. *decoris*) Forte *decori*, τοῦ πρέποντος. L.

XXIX, 2. *iactatio togarum*) Iactationis togarum notata non una mihi ratio et occasio. Hic prae laetitia; contra Actor. Apostol. c. 22. v. 23. in motu et indignatione. Ouid. Amor. 3. Eleg. 2. ad studia Circi transtulit:

Fauimus ignauo: sed eum reuocate, Quirites,
Et date iactatis undique signa togis. Id.

Plin. Paneg. 73, 1. *Testis ipse es, quae in omnium ore laetitia: non amictus cuiquam, non habitus, quem modo extulerat. Quis tunc non e uestigio suo exsiluit? Quis exsiluisse sensit?* ad quem locum v. Schwarz. de iactatione togarum in ostendendis affectibus. Iaeg.

XXIX, 3. *uerecundiam tui*) reuerentiam, tibi debitam. Liuius, 4, 45. *Quando nec ordinis huius ulla, nec rei publicae est uerecundia.* Id.

XXIX, 4. *fausta collo. quia*) Sic scripti et edd. aduratiores. Liv. *frusta*, Rh. et St. *frustra*, et in margine al. *fruita*, quod non improbat Acidalius; sed ita tamen

nobis placeat, ſciſcitatur, ſenatorium impleturus officium, ſi libeat tribunal petere, ſi concionem aduocare, ſi roſtra conſcendere. Sed nos ad curiam ſollemnia huius diei ſenatuſconſulta ducebant. Itaque ſe comitem ſtatim praebet, et, utrumque latus conſulatus praetextatis tectus, incedit, non multum differens a magiſtratibus ſuis et genere et colore ueſtitus.

XXX.

men, ut ueram lectionem *fauſta* coniectura felice adſequatur. *Id.*

XXIX, 4. *tribunal petere*) ad expediendas manumiſſiones, auſpicii cauſſa, ut benefico actu munus inirent Conſules. Claudian. de IV. Conſ. Honor. v. 611. ſqq.

Auſpice mox laetum ſonuit clamore tribunal;
Te faſtos ineunte quater, ſollemnia ludit
Omina libertas. Deductum Vindice morem
Lex celebrat, famulusque iugo laxatus herili
Ducitur, et grato remeat ſecurior actu:
Triſtis conditio pulſata fronte recedit:
In ciuem rubuere genae, tergoque remouit
Verbera permiſſi felix iniuria uoti.

v. ibi Geſner. *Id.*

XXIX, 4. *ad curiam*) Ouid. Epiſt. ex Ponto, 4, 4, 35. ſqq. de Sexto Pompeio, conſule deſignato:

Curia te excipiet, Patresque e more uocati
Intendent aures ad tua uerba ſuas.
Hos ubi facundo tua uox hilarauerit ore,
Vtque ſolet, tulerit proſpera uerba dies,
Egeris et meritas Superis cum Caeſare grates,
Qui cauſſam, facias cur ita ſaepe, dabit:
Inde domum repetes toto comitante Senatu,
Officium populi uix capiente domo.

Mox uoculam *ad* ante *ſollemnia* rurſus exhibet cod. Gud. *Id.*

XXIX, 5. *conſulatus praetextatis*) Non eſt mihi dubium, quin uerum ſit *praetextis*. Sed et *conſularibus* probem. Medius enim inter conſules Iulianus. *L.*

Libri nihil uariant; excepto quod *praetextatus* habet Gud. P. Faber et Acidalius pro *conſulatus* reponunt *conſulibus*; optime. In ſequentibus uox *genere* abeſt cod. Gud. et ed. Rh. St. Liv. Sed Bert. Moerl. cum ed. Cuſp. ceterisque eam recte praeferunt. *Iaeg.*

XXX. Superfluum forte uideatur, quae uos-
met ipſi uidiſtis, iterare: (neque enim auribus ex-
petuntur, quae fuerunt uſurpata luminibus;) ſed
mandanda ſunt literis, inſerenda monumentis, mit-
tenda in poſteros uenturis ſaeculis uix credenda
2 miracula. Paene intra ipſas palatinae domus
ualuas lecticas conſulares iuſſit inferri; et cum,
honori eius uenerationique cedentes, ſedile il-
lud dignitatis ampliſſimae recuſaremus, ſuis nos
prope manibus impoſitos, mixtus agmini togato-
rum, praeire coepit pedes, gradum moderans
paene ad lictoris nutum et uiatoris imperium.
3 Credet hoc aliquis, qui illa purpuratorum uidit
paullo

XXX, 1. *iterare*) *iterari* Bertin. *L.*

XXX, 1. *mittenda in poſteros*) Lucan. 10, 532. ſqq.
— — — *Potuit, diſcrimine ſummo*
Caeſaris, una dies in famam et ſaecula mitti. Iaeg.

XXX, 2. *lecticas conſulares*) Cum lecticae uſus ad iacendum fuerit, non ad ſedendum; (v. Lipſ. Elector. L. 1. c. 19.) et mox tamen orator has lecticas uocet *ſedile dignitatis ampliſſimae*: aut lecticas hic pro ſellis curulibus poni, aut eo tempore lecticas, quales noſtrae hodie ad ſedendum, non quomodo ueteres utebantur, repertas iam fuiſſe, colligit Chimentellius, de Honore Biſellii, p. 46. Rectius uero Geſnerus, ad Claudian. de IV. Conſ. Honor. v. 12. *ſedile dignitatis ampliſſimae* interpretatur ſellam curulem, *lecticae*, h. e. feretro lecticae ſimili, impoſitam.

XXX, 2. *praeire coepit pedes*) Ammianus, L. 22. c. 7. *Allapſo itaque Calendarum Ianuar. die, cum Mamertini et Neuitae nomina ſuſcepiſſent. paginae conſulares, humilior Princeps uiſus eſt in officio, pedibus gradiendo cum honoratis. Quod laudabant alii, quidam, ut affectatum et uile, carpebant. L.*

XXX, 2. *lictoris — et uiatoris*) De his v. Schwarz. ad Plin. Paneg. 76, 8. *Iaeg.*

XXX, 3. *purpuratorum*) Purpurati alias dicuntur amici principum et regum: hic uero ipſi Imperatores, quorum inſigne fuit purpura. Vopiſc. Aurelian. c. 42. *Nam ab Auguſto in Diocletianum*

paullo ante faſtidia? qui ideo tantum honorem in ſuos, ne inhonoros contemnerent, conferebant. Credet aliquis, tanto poſt, ueterem illam priſcorum temporum libertatem rei publicae redditam? neque enim ego Lucii Bruti et Publii Valerii, qui primi, exactis regibus, poteſtate annua ciuibus praefuerunt, conſulatum noſtro anteponendum puto. Vterque bono publico, uterque Romanae rei publicae ſalutaris, uterque inſignis principiis commodorum; ſed habet aliquid unuſquisque praecipuum. Illi poteſtatem conſularem per populum acceperunt; nos per Iulianum recepimus. Illorum anno libertas orta eſt, noſtro reſtituta. 4

XXXI.

nnum, Maximinumque principes, quae ſeries purpuratorum ſit, index publicus tenet. Trebell. Poll. Trig. Tyr. c. 27. *Paruulos Romani Imperatoris habitu proferens purpuratos.* v. ad eiusd. c. 18. p. m. 303. ſq. Salmaſ. itemque Caſaub. ad Capitolin. Albin. c. 5. p. 692. Mox pro *uidit* Rh. et St. bene in margine *nl. uiderit*; et deinde pro *faſtidia*, quod meliores habent, iidem illi una cum Liv. *faſtigia*, nullo ſenſu. *Id.*

XXX, 3. *ne in honores contemnerent*) F. et P. cod. *ut in honores* legunt. Forte legendum: *ut inhonores.* Quamquam lectio Pulm. cod. praeferenda eſt, *ne inhonoros* ſc. ſuos. Vtitur hac uoce Eutrop. L. 10. c. 7. *familiarium etiam locupletator, neque inhonoros ſinens, quorum laborioſa expertus fuiſſet officia.* *Put.*

Non arbitror Latinum *inhonores.* Legebam *inhonoros.* Hoc uult, Principes, de quibus loquitur, ne inglorios aliquos et ignobiles contemſiſſe uiderentur, in eos ipſos, quos faſtidirent, honores contuliſſe: proba et liquida ſententia. At adoleſcenti, qui notas in Macrobium nuper conſcripſit, uſum emendare (Sat. 5, 15.) *ne in honores contenderent.* Quod equidem nullus capio: ipſe uiderit. *L.*

XXX, 4. *Romanae rei publicae*) cod. Put. *Rom. populo.* Mox *recepimus* recte exhibent omnes, excepto textu Liv. in quo legitur *recipimus.* *Iaeg.*

XXXI. Sed ſint, ſanctiſſime Imperator, ea, quae tu iuſte, moderate, ciuiliter facis, aliis forte miraculo; mihi eſſe non poſſunt, qui te, omnibus humanis uitiis abſolutum et liberum, ſciam ſolo immortalitatis amore flagrare, dirigere omnes opes et cogitationes tuas ad memoriam poſteritatis aeternam, atque his maxime ſeruire iudicibus, qui de rebus geſtis tuis ſine odio et gratia
2 uenturis ſaeculis iudicabunt. Non poteſt quidquam abiectum et humile cogitare, qui ſcit, de ſe
3 ſemper loquendum. Nunc, ſi tibi, Imperator, parum ampla, nec reſpondente meritis tuis oratione uſus uidebor, quaeſo obteſtorque te, ne meae id naturae potius, quam magnitudini beneficiorum tuorum, putes eſſe tribuendum. Nemo
4 umquam, poſt homines natos, ampliora praemia a regibus atque imperatoribus conſecutus eſt; nulli
5 plus oneris impoſitum. Non abnuam, praefecturas

XXXI. 1. *his maxime ſeruire iudicibus*) eorum iudicium uereri. Tullius, pro M. Marcello, c. 9. *Serui igitur iis etiam iudicibus, qui multis poſt ſaeculis de te iudicabunt, et quidem haud ſcio, an incorruptius, quam nos. Nam et ſine amore et ſine cupiditate, et rurſus ſine odio et ſine inuidia iudicabunt. Id.*

XXXI, 3. *quaeſo obteſtorque te, meae id naturae potius, quam magnit. benef. — tribuendum.*) An non inſerendum *no meae*? Sententia quidem haec eſſe debet. *A.*

Non incommode monet Petrus Daniel, deſumta haec ex Ciceronis oratione poſt reditum in Senatu; (c. 1.) quare non eſt, ut recurratur ad emendatiunculas. *G.*

Voculam *ne*, iubente Cicerone et ſententia, contextui inſeruit Cellarius, quem ſequi non dubitamus. *laeg.*

XXXI, 4. *Nemo umquam*) *uſquam* meus et Bert. Arbitror uerum, quod in Culp. *Nemo, nemo uſquam poſt hom.* *L.*

uſquam habet quoque cod. Putean. et Gud. Schonhouius

ras et conſulatus multis eſſe delatos; ſed his, poſt immenſos labores, honos quaſi debitus reſtitutus eſt: mihi, cum iam honorem adeptus ſim, nunc demum, ut meruerim, laborandum eſt. Verſa ratione temporum, permutata munerum uice, modo enitendum eſt, ut praemio dignus exiſtimer, cum iam praemium ceperim. O mihi feſtinae tuae beneuolentiae grauiſſimum pondus! Vereor, ut aperte exprimere difficultatum mearum ordinem ualeam. Facilius eſt, Imperator, bonis artibus mereri conſulem fieri, quam induſtria et labore perficere, ut uidearis meruiſſe, cum factus ſis. 6

XXXII. Abſit, Auguſte, et iſtud ſancta diuinitas omen auertat, ut tu a quoquam mortalium exſpectes uicem beneficii! Verum tamen, (quod ſolum uel accipere poteſt iſta fortuna, uel a nobis opibus tuis tribui,) immortalitatem mune-

uius retinet *umquam*, iterata tamen uoce *nemo*. *Ineg.*

XXXI, 5. *ut merear*) Sic edd. omnes. Cod. Liv. *meruendum*, ex quo ipſe coniectura effinxit *meruerim*; et ſic plane in codd. Put. Gud. et Moerl. legitur, idque, utpote argutius, praefero. Significat, laborandum eſſe ſibi, ut quaſi in praeteritum ipſe ſibi ſubueniat, et honorem meruiſſe prius uideatur, quam adeptus ſit. *Id.*

XXXI, 6. *aperte*) Forte *apte*. L.

XXXI, 6. *Facilius eſt*, etc.) Plin. Paneg. 95, 3. *Etenim memini, tunc ueriſſime iudicari, meruerit quis honorem, nec ne, cum adeptus eſt.* *Iaeg.*

XXXII, 1. *uicem beneficii*) remunerationem, beneficium pro beneficio redditum. Tacit. Hiſt. 4, 3, 3. *Tanto procliuius eſt, iniuriae, quam beneficio, uicem exſoluere: quia gratia oneri, ultio in queſtu habetur.* Seneca, Herc. fur. v. 1337. ſq.

——— *Gratiam meritis refer*
Vicemque noſtris. —— *Id.*

munerum tuorum colam officiis ſempiternis. Omne negotium, omne otium meum in ornandis rebus tuis celebrandisque ponetur; neque ſolum a uiuente me ac uigente grati animi beneuolentia declarabitur, ſed etiam, cum anima defecerit, monumenta tui in me beneficii permanebunt. In referenda autem gratia, ſanctiſſime Imperator, hoc

XXXII, 2. *Omne negotium, omne otium — reponetur.*) Plin. Epiſt. 1, 3, 3. *Hoc ſit negotium tuum, hoc otium; hic labor, haec quies; in his uigilia, in his etiam ſomnus reponatur.* *Id.*

XXXII, 2. *a iuuentute mea uigente*) Itane Mamertine? Iuuenis es, qui ſupra dicebas: *a teneris annis ad hanc uſque canitiem conſulatus amore flagraui.* An *a iuuentute mea*, h. e. a iuuenibus meis liberis? Nihil poterat aptius, aut magis ueri ſimile, absque Bert. fuiſſet; e quo notatum *a uiuente mea cui gente.* Perſpicue germanum eſt *a uiuente me ac uigente.* *L.*

Poſſit fortaſſe etiam legi *a uiuente me ac uidente*, v. ſupra Paneg. V. c. 12, 3. Sed et uulgata ſatis proba. Sic *uigere* et *uiuere* iungit Cic. de Diuinat. 1, 30. Gud. corrupte *a iuuentute mea tui grati.* *Iaeg.*

XXXII, 2. *ſed etiam a me cum an. def.*) Illa *a me* reſipiunt officinas librariorum. *G.*

Recte has uoculas, ortas forte ex litteris poſtremis antecedentis *etiam*, expunxit Baunius, mirorque, Cellarium eas retinuiſſe. Delunt in Moerl. itemque Bert. qui bene exhibet: *cum me an. def. Iaeg.*

XXXII, 3. *In referenda autem gratia* etc.) Haec iam non imitata et efficta, ſed paene transſcripta e Ciceroniana ad Quirites, poſt reditum, extrema. (c. 10.) *L.*

Non conuenit, ut Imperatori gratia referri dicatur. Sed, ut hoc conueniat, res non fert ipſa tamen. Lege: *In gerendo autem magiſtratu.* Audax correctio: ſed et audax corruptio. Vox *magiſtratu*, compendio ſcribendi, degenerauit primum in *gratia.* Mox alius, qui *gerere gratiam* dici non poſſe uideret, fecit, ut eſſet, quod nunc legimus. Sequentia hanc lectionem noſtram clare flagitant. *A.*

Nulla ratione aliquid hoc loco mutandum cum aliis. Nam innuit auctor, loco gratiarum actionum (*ſ. gratiae referendae*) exhibiturum ſe

hoc tibi polliceor, ſemperque praeſtabo, mihi neque in ſubgerendis conſiliis ueritatem, neque in adeundis, ſi res popoſcerit, periculis animum, neque in ſententia ſimpliciter ferenda fidem, neque in hominum uoluntatibus pro re publica, teque laedendis libertatem, neque in laboribus perferendis induſtriam, neque in augendis imperii tui commodis grati animi beneuolentiam defuturam; idque omni uitae meae tempore ſummis opibus enixurum, elaboraturum, effecturum, ut honores in me tui non, quia neceſſe fuerit, ad quem-

ſe Imperatori conſulem bonum: adeo quidem, ut *neque in ſuggerendis conſiliis ipſi ſit defutura ueritas, In adeundis periculis* etc. uideatur *locus.* G.

XXXII, 3. *ueritatem*) παρρησίαν. Ita Terent. Andr. 1, 1, 41. *Obſequium amicos, ueritas odium parit.* Iaeg.

XXXII, 3. *ſimpliciter*) candide et ingenue. Auct. Dial. de Cauſſ. corruptae eloquent. c. 25, 10. *Solum inter hos arbitror Brutum, non malignitate nec inuidia, ſed ſimpliciter et ingenue iudicium animi ſui detexiſſe.* Curt. 7, 2, 36. *Simpliciter ad neceſſarios ſuos quisque ſcripſerat, quae ſentiebat.* Pro *ferenda,* quod ſtatim ſequitur, in l. c. Ciceronis *referenda* legitur; de qua ſcriptura merito dubitant uiri docti. Firmat haec noſtra lectio emendationem Hotomanni et Graeuii, *ferenda* illic reponentium. Mox *teque* abeſt Moerl. Id.

XXXII, 3. *ſummis opibus*) omni conatu, ui ſumma. Plaut. Moſtell. 2, 1, 1.

Iuppiter ſupremus ſummis opibus atque induſtriis
Me periſſe et Philolachetem cupit, herilem filium.

Cic. pro P. Quintio, c. 2. *Communi ſtudio, ſummis opibus Sex. Naeuium defendunt.* Id.

XXXII, 3. *ad quemcumque delati*) *quemcumque* pro *quemlibet*; quod Graece dicitur τὸν τυχόντα. Rhen.

Pacat. c. 16, 3, *Nec nunc de his honoribus loquor, quos in quemcumque conferre Imperatori neceſſe eſt.* Iaeg.

cumque delati, ſed, quia ita oportuerit, recte poſiti et ratione collocati eſſe uideantur.

XXXII, 3. *ſed quia oportuerit*) Sic edd. tantum non omnes. At Bert. *quod ita*, cod. Liv. Moerl. Gud. et Cuſp. *quia ita*, quod uerum eſſe et ratio uincit et locus Ciceronis, quem deinde laudabimus, declarat. *Oportuerit* ſignificat *aequum et iuſtum fuerit*, et opponitur h. l. τῷ *neceſſario*. Ita Cicero in Verrem, L. 4. c. 39. *tamquam ita fieri non ſolum oporteret, ſed etiam neceſſe eſſet*. Idem in Verrem, L. 5. c. 14. *Ex his ego rebus omnibus, iudices, ita mihi deos omnes propitios eſſe uelim, ut, tametſi mihi iucundiſſimus eſt bonos populi, tamen nequaquam tantum capio uoluptatis, quantum ſollicitudinis et laboris, ut haec ipſa aedilitas, non, quia neceſſe fuerit, alicui candidato data, ſed, quia ſic oportuerit, recte collocata, et, iudicio populi, in loco poſita eſſe uideatur.* Iaeg.

XI.

LATINI PACATI DREPANII PANEGYRICVS THEODOSIO AVGVSTO.

VITA
FL. THEODOSII MAGNI.

Anno V. C. 1098. *Christi* 345. *Constantini imp.* 9.

FLAVIVS THEODOSIVS SENIOR, siue MAGNVS, patre non Theodoro, (*Honorio*,) ut ait Aur. Victor, sed Theodosio, et matre Thermantia, nascitur in Hispania, ubi educatus est in urbe Cauca Gallaeciae prouinciae, ut refert Zosimus, uel ut Marcellinus ait, Italicae, in Traiani, a quo genus ducebat, patria.

An. V. C. 1119. *Christi* 366. *Valentiniani et Valentis Augg. imp.* 3. *Theodos. aetat.* 21.

Cum esset adhuc adolescens, praeclara habuit in patre bellicae uirtutis exempla: namque is Francos, et Saxonas ad Rhenum et Vahalim in Batauia, et ad Bononiam attriuit. *Pacati paneg.*

An. V. C. 1120. *Christi* 267. *Valentiniani et Valentis Augg. imp.* 4. *Gratiani imp.* 1. *Theodos. aetat.* 22.

Theodosius pater in Britanniam cum exercitu missus quadriennio totam pacat, Valentinum tyrannum opprimit. Vtroque in bello Theodosium sub patre meruisse indicat Ammianus, cum ait, Maximum, antequam in Britannia tyrannidem reprimeret, (f. *arriperet*,) *Theodosii principis in Britannia commilitonem fuisse.*

An. V. C. 1123. *Christi* 370. *Valentiniani et Valentis Augg. imp.* 7. *Gratiani imp.* 4. *Theodos. aetat.* 25.

Theodosius pater post pacatam Britanniam Constantinopolim redit.

An. V. C. 1125. *Christi* 372. *Valentin. et Valent. Augg. imp.* 9. *Gratian. imp.* 6. *Theodos. aetat.* 27.

Dum pater tum equitum magister Alamannos metu dispersos aggressus per Rhaetias partim caedit, partim in Italiam abducit, ipse Moesiae dux cum esset, bellum contra Quados infelici exitu susceptum instaurat et Sarmatas reprimit. *Ammianus l.* 28.

An. V. C. 1126. *Christi* 373. *Valentin. et Valent.* 10. *Gratiani* 7. *Theodos. aetat.* 28.

Theodosius pater Firmum Africae tyrannum ad deditionem cogit, atque iterum rebellantem ad laqueum adigit. *Ammianus.* Idem Carthagine in Africa post susceptum baptismum iniquissima nece affectus est a Valente, quod huic de successore per magicas artes inquirenti, prima illius nominis elementa prodita fuissent Theod. Theodorus uero, quod sibi ob affinitatem nominis imperium praesumeret, sceleste cupidinis iustas poenas persoluit. Quaesitus ad parem subeundam sortem Theodosii filius, iam bellica uirtute clarissimus, fuga suae saluti prouidit. (Aurel. Vict. Epit. c. 48.)

An. V. C. 1132. *Christi* 379. *Gratiani* 13. *Valentin. iun.* 5. *Theodos. aetat.* 34.

Cum Gratianus imperium a Germanis Gotthisque grauissime uexatum uideret, Theodosium ex Italica patria, quo se post patris mortem ad declinandam Valentis ferociam receperat, euocatum imperii consortem facit Sirmii (quae ciuitas est Illyrici) 14. aut iuxta Socratem 17. Kal. Febr. Statim Gratianus in Occidentem profectus Alamannos uincit. Theodosio committitur Orientis cura. Is Gothos, Scythas, Taifalos, Hunnos, foederatis uiribus aduer-

aduerſus ſe congreſſos cum magna ſtrage e Thracia pellit, a quibus acceptis obſidibus firmata pace ad Gratianum redit. *Sozom. Idat. Proſper. Theodoret.*

An. V. C. 1133. *Chriſti* 380. *Gratiani* 14. *Valentin. iun.* 6. *Theodoſii* 2. *imp.* 2. *aetat.* 35.

Theodoſius, primum conſul, Theſſalonicae graui morbo correptus ab Aſcholio, eius urbis antiſtite, uiro ſanctiſſimo, baptizatur, ſtatimque conualeſcit. Sancit 3. Kal. Mart. ut ne quis aliam fidem profiteretur, niſi quam Damaſus, Pontifex Romanus, et Petrus Alexandrinus a diuo Petro acceptam fidelibus praeſcripſerant. Procurante Gratiano, propterea quod, *ut ait Socrates*, Theodoſius aegrotaret, pax firmatur cum Gotthis 8. Kal. Decemb. Maximum, Philoſophum Cynicum, de quo multa in Iuliani uita dicta ſunt, e Conſtantinopolitana, cui is praeerat, eccleſia pellit Theodoſius. *Greg. Nazianz.* Conſtantinopolim ingreſſus 18. Kal. Dec. Arianis eccleſias adimit. Gregorium Nazianzenum in eccleſiam introducit 6. Kal. Decemb. *Socrates. Idatius. Marcellinus Comes.*

An. V. C. 1134. *Chriſti* 381. *Gratiani* 15. *Valentin. iun.* 7. *Theodoſ. imp.* 3. *aetat.* 36.

Theodoſius Athanaricum, Gotthorum regem, a ſuis pulſum, ſuam opem Conſtantinopoli implorantem, perhonorifice excipit 3. Id. Ianuar. eundemque 8. Kal. Febr. mortuum regiis plane exſequiis cohoneſtat. Qua Theodoſii magnificentia deliniti Gotthi ab incurſationibus abſtinent. *Idat. Zoſimus. Proſper. Marcell. Comes.* Eodem anno ſecunda Synodus oecumenica Conſtantinopoli habita eſt, in qua ab 150. epiſcopis contra Macedonium de Spiritus ſancti diuinitate decretum editum eſt cum fidei Symbolo.

An. V. C. 1135. *Christi* 382. *Gratiani* 16. *Theodos. imp.* 4. *aetat.* 37.

Theodosius, Valentiniani Magni, anno Christi 375. in Gallis apud Bergentionem, cum Quadorum legatis responsum daret, apoplexia mortui, cadauer deportatum IX. Kal. Mart. regia munificentia excipit. Interim Clemens Maximus, (sic enim a Seuero appellatur) origine Britannus, in Britanniis tyrannidem occupat, et, sede imperii Treueris collocata, Victorem filium imperii consortem adhibet. *Zosimus. Socrates. Aurel. Victor.* (Maximum natione Hispanum, et Theodosii Imp. in Britannia commilitonem fuisse, tradit Zosimus, L. 4. p. m. 760. cf. Gruner. ad Aurel. Vict. Epit. c. 47, 7. *Ineg.*)

An. V. C. 1136. *Christi* 383. *Gratiani* 17. *Valentin.* 9. *Theodos. imp.* 5. *aetat.* 38.

Theodosius filium Arcadium Augustum facit 17. uel, ut ait Socrates, 14. Kal. Febr. ad quem moderandum Arsenius, uir non minus integritate morum, quam eruditione insignis, a Damaso Papa Constantinopolim mittitur. Cum Maximus tyrannus Gratianum, Germanicis bellis debilitatum, aggressus Lugduni 8. Kal. Sept. dolo per Andragathium peremisset, is a Valentiniano ad imperii societatem, at ex necessitate, admittitur. Theodosius eius legatis id ipsum a se postulantibus nihil certi respondit, ne insidiae quoque Valentiniano iuniori ab eodem Maximo struerentur, antequam collectis copiis pupilli imperatoris pueritiam armis posset tutari. Hoc subodoratus tyrannus, quamuis foedus cum Valentiniano iniisset, Mediolanum, ubi Valentinianus uersabatur, uenturus, numerosum exercitum apparat. Ille cum matre Iustina et Probo Hyparchio Thessa-

Theſſalonicam fugit, Theodoſii opem imploraturus. Martinus Maximo praedixerat, futurum, ut, ſi in Italiam aduerſus Valentinianum ueniret, primo quidem impetu uictor eſſet, at paruo poſt tempore periret, ut reipſa contigit.

An. V. C. 1137. *Chriſti* 384. *Valentin.* 10. *Theodoſii imp.* 6. *aetat.* 39.

Theodoſius Perſarum legatis, ad ſe Conſtantinopolim pacis petendae cauſa miſſis, uotum eo lubentius annuit, quod de bello aduerſus Maximum gerendo cogitaret. Relicto itaque Conſtantinopoli Arcadio filio cum Auguſti nomine, Valentinianum Theſſalonicae conuenit. Interim ei ex Placilla uxore, ut aiunt *Idac.* et *Marcell.* naſcitur Honorius 5. id. Septemb. Themiſtius ſextam orationem Theodoſio panegyricam dicit. Iterum Ambroſius ad Maximum legatus mittitur ad Gratiani corpus repetendum.

An. V. C. 1138. *Chriſti* 385. *Valentin.* 11. *Theodoſii imp.* 7. *aetat.* 40.

Theodoſius Arcadio Auguſto conſulatum dat.

An. V. C. 1139. *Chriſti* 386. *Valentin.* 12. *Theodoſii imp.* 8. *aetat.* 41.

Honorium Caeſarem ſimul et conſulem facit. Ipſe una cum Arcadio triumphans, ut referunt *Idacius*, *Marcellinus*, *Zoſimus*, Conſtantinopolim ingreditur 4. Id. Octobris, ubi, Placilla, priore coniuge, exſtincta, Gallam Placidiam, Valentiniani Senioris et Iuſtinae filiam, ea conditione ducit, inquit Zoſimus, ut iam meditatam animo et promiſſam ſaepius aduerſus Maximum expeditionem ocyus conficeret: promiſſis ſtetit, ſtatimque Iuſtinam cum filio Valentiniano et filia Galla nauibus impoſitam Romam ablegat.

An. V. C. 1140. *Christi* 387. *Valentin.* 13. *Theodosii imp.* 9. *aetat.* 42.

Theodosius cum filio Arcadio, ut ait *Idacius*, quinquennalia celebrat indictionibus et ludis. Sub id tempus, teste Marcellino, Maximus repente in Italiam, quo Valentinianum cum matre et sorore adueniſſe audierat, irrumpit. Ille metu perculsus iterum Theſſalonicam ad Theodosium fugit, cui quidem tendere in tranſitu inſidias Maximus fruſtra nititur.

An. V. C. 1141. *Christi* 388. *Valentin.* 14. *Theodos.* *imp.* 10. *aetat.* 43.

Cum Theodosius, ſecundum conſul, ad bellum contra Maximum ſeſe compararet, nouum quoddam tributi genus Antiochenis indixerat. Illi exacerbati Placillae ſtatuam euerſam per ludibrium raptant, qua iniuria uehementer commotus Theodosius, miſſis iam, qui poenas expeterent, militibus, Flauiani, Antiochenſium epiſcopi, ſancti et prudentis uiri, legatione placatur. Interim Maximus tota, praeter Mediolanenſem urbem, quam epiſcopi ſui Ambroſii ſanctitas et induſtria ſeruauit, uaſtata Italia in Vrbem cogitabat. Quare Theodosius, Sanctorum in primiſque Ioannis Anachoretae ac Senuphii precibus commotus, Aquileiam contendit. Hic, ut ait Socrates, Maximi exercitum plane delet VI. Kal. Sept. eumque captum et a Theodoſii oculis abductum irati milites regiis ornamentis exſuunt et interficiunt, tertio ab Aquileia milliario, Kal. Aug. Victor, Maximi filius, haud multo poſt per Arbogaſtem Comitem in Galliis occiditur. *Zoſimus.* Andragathius, eius Comes, qui fretum Ionium tenebat cum ingenti claſſe, audita Maximi nece, ſeſe praecipitem in mare miſit.

An.

An. V. C. 1142. *Christi* 389. *Valentin.* 15. *Theodosii imp.* 11. *aetat.* 44.

Theodosius Mediolano digressus cum Valentiniano et Honorio, filio suo admodum adolescente, quem Constantinopoli eam ob rem ad se euocarat, uictor ingreditur (*Romam,*) idibus Iunii; Valentiniano non Italiam modo, quam tenuerat, sed et Gallias, Hispanias, Britanniasque omnes, quas ipse nunquam, sed soli pater auusque habuerant, ultro restituit. Hic Latinus Pacatus orationem panegyricam uictori Theodosio dixit. *Iustina autem,* Valentiniani mater, *ne regnum cum filio reciperet, morte praeuenta est.* Prosper Pithoei, Sozomen.

An. V. C. 1143. *Christi* 390. *Valentin.* 16. *Theodos. imp.* 12. *aetat.* 45.

Thessalonicenses Boterichum in Illyrico militiae praefectum perimunt: qua re ita exarsit imperator, ut populum ad circenses ludos inuitatum sine discrimine per milites, eam ob rem in theatrum immissos, ad septem hominum millia interfici iusserit. Id post caesum Eugenium contigisse ait solus Sozomenus. Vt ut est, Theodosius publicam poenam, impositam insigni pietatis exemplo persoluit. *Rufin. Theodor. Paulin. in uita S. Amb. Prosper.* Galla, Theodosii coniunx, per Arcadium priuignum suum eiicitur. *Marcellin.* (v. Diss. *Ruhnkenii,* V. C. (praes. *Rittero,*) de Galla Placidia, p. 7 — 14. *Ineg.*)

An. V. C. 1144. *Christi* 391. *Valentin.* 17. *Theodosii imp.* 13. *aetat.* 46.

Theodosius cum cetera omnia praeclare disposuisset, urbis gubernationem Valentiniano reliquit. Inde cum filio (Honorio) *Constantinopolim iter capit, eoque aduentat, Tatiano, Symmachoque coss. 4. Idus Nouemb.* Socrates.

An.

An. V. C. 1145. Christi 392. Valentin. 18. Theodosii imp. 14. aetat. 47.

Valentiniano ab Arbogaste Comite apud Viennam in Gallia occiso, *Arbogastes, oriundus e gente Francorum, quem secundum a Baudone duce,* uiro eius temporis omnium potentissimo, *locum Gratianus imperator obtinere iusserat, illo rebus humanis exemto, fretus industria sua, citra principis auctoritatem, imperium sibi militare uindicauerat.* Is habebat in aula sibi a Ricomere commendatum et traditum ludi literarii magistrum Eugenium, cui summa doctrina, pari coniuncta uitae integritate et morum elegantia, magnam in Galliis auctoritatem fecerat. Igitur amoliturus a se affectatae tyrannidis inuidiam, simul ut ipse sub eius nomine administraret imperium, hunc Augustum in occidente acclamat.

An. V. C. 1146. Christi 393. Theodos. imp. 15. aetat. 48.

Theodosius, tertium consul, contra tyrannum Eugenium, ante sibi conciliato precibus ac ieiuniis diuino numine, relictoque Constantinopoli Arcadio, atque etiam, si Socrati credimus, Honorio, quem Augustum in Hebdomo renuntiarat, 4. Id. Ianuar. ut ait idem Socrates, uel, ut alii omnes uolunt, 11. Kal. Decemb. cum numerosissimo Transistrianorum exercitu, quibus Gainem et Saulum praefecerat, Alpes ingreditur.

An. V. C. 1147. Christi 394. Theodos. imp. 16. aetat. 49.

Theodosius primo quidem praelio, quod Septembris initio datum, decem millia suorum perdidit: *ita permittente Deo,* inquit Ruffinus, *non ut Theodosius uinceretur, sed ne per barbaros uincere uideretur.* Nocte uero prostratus in pedes Theodosius ab Apostolis duobus de uictoria,

uictoria, quam ante Ioan. Anachoreta, Theodoſiuſque ſibi praedixerant, certior fit. Igitur pugna poſtridie mane commiſſa ad ripam amnis, cui nomen Frigida, prope Aquileiam, ſublatus repente uentus uehementior excutere clypeos de manibus hoſtium, abripere ſcuta, tela in ipſorum ora retorquere. Hic uero incredibilis Eugenianorum pauor et ſtrages ſeſe ſuis ſagittis confodientium. Eugenius captus, ac detractis inſignibus imperatoriis, cum demiſſiſſime uitam precaretur, interfectus eſt. Arbogaſtes, rebus deſperatis, *biduo poſt praelium fugiens ſua ſe manu perculit.* Oroſius. (*Auguſtin. de C. D.* 5, 26. *Claudian. de III. Conſ. Honor.*)

An. V. C. 1148. *Chriſti* 395. *Theodoſ. imp.* 17. *aetat.* 50.

Theodoſius Aquileia, ubi poſt caeſum Eugenium aliquandiu reſtiterat, Mediolanum reuerſus Arcadium et Honorium, Conſtantinopoli ad ſe euocatos, in eccleſia ſuſcipit, et Ambroſio traditos commendat. Honorium unum euocatum eſſe aliqui aſſerunt, eumque a Serena, Stiliconis coniuge et Theodoſii ex fratre nepte, ad eum eſſe deductum. ac Stiliconis tutelae commiſſum. His rebus ita compoſitis, Theodoſius aqua intercute 17. Kal. Febr. de nocte, cum ipſe mane ludis circenſibus interfuiſſet, obiit, aetatis anno non 60. ut uult Socrates, ſed 50. imperii uero 17. *Victor. Proſper. Marcellinus.* Corpus eius magna pompa Conſtantinopolim translatum, ibique ſepultum eſt.

Non alius imperator aut plura aut difficiliora bella fortius ſuſcepit, confecit celerius et glorioſius, ut dubitari poſſit, fortior fuerit, an felicior? Non ſibi, ſed aliis uincebat: oppreſſorum regum defenſor ſimul et ſtrenuiſſimus et integerrimus. Vir animo rerum omnium capaci, quique, ut nomen ipſum indicabat, ad totius orbis bonum et pacem diuino quodam munere conceſſus uideretur. Ad haec Chriſtianae religionis pietate inſignis, perpetua belli conſuetudine nihilum efferatus, in omnes officioſus, imperatorum nulli ſecundus, ſi ad ceteras uirtutes in iracundia moderatio acceſſiſſet.

DE

DE AVCTORE PANEGYRICI ET QVO TEMPORE AC LOCO HABITVS SIT.

Huius orationis auctor est Latinus Pacatus Drepanius, non Italus, aut Siculus, ut inepte quidam suspicantur, sed natione Gallus, ut apparet ex paneg. c. 24. *unde igitur ordiar*, inquit Pacatus, *nisi a tuis, mea Gallia, malis?* Patria Burdegalensis fuit, ut Elias Vinetus in Ausonium notat ex paneg. c. 2. ubi idem Pacatus Transalpinum se dicit, et ex ultimo Galliarum recessu, *Qua litus*, inquit, *oceani cadentem excipit solem, ac deficientibus terris sociale miscetur elementum.* Praeterea fuit ei cum Ausonio Burdegalensi magna familiaritas, qui eum proconsulem non uno in loco appellat, ipsique nonnulla opuscula, ut epigrammata, ludum sapientum, technopaegnion, et grammaticomastigem inscripsit. Eundem eximium poetam appellat Idyll. 7. Tamen utrum idem fuerit cum eo, cuius exstant psalmi, hymnique aliquot, ac alia carmina, et in iis epistola elegiaca ad Augustodunensem episcopum, dubitat idem Elias Vinetus in Ausonium. Noster uero Petrus Franciscus Chiffletius, in Paulino illustrato, negat, hunc Pacatum nostrum eundem fuisse atque is, qui, ad Vranium scribens, S. Paulini uitam uincta numeris oratione scripturum se receperat: sed hunc Pacatum nostro tribus et quadraginta annis iuniorem ait, ad quem Symmachus mittit epistolam 12. l. 8. et ep. 58. et 69. libri 9.

Pronuntiatus est hic panegyricus an. Christi 391. secundum Haloandri rationes; Kal. Septembr. ut tradit Marcellinus Comes; Romae, quo relatam de Maximo tyranno uictoriam gratulaturus e Gallia missus erat; coram imperatore, quem compellare praesentem uidetur; spectante senatu, ut ipse ait panegyrici huius initio.

SYN-

SYNOPSIS PANEGYRICI.

IN EXORDIO. *Cum multa ſibi dicenti metum afferant, tum in primis commoueri ſe ait, quod coram imperatore, coram ſenatu, Romae, homo Gallus dicat: accedere ſe tamen ad laudandum Theodoſium, et quia longo locorum interuallo eam ob rem Romam uenerit, et quia laudandi principis nulla incumbit neceſſitas.*

DISTRIBVTIO. *Videtur haec eſſe I. uita Theodoſii priuata; II. uita eiuſdem publica laudatur.*

I. PARS. *Theodoſius difficillimis temporibus ideo a Gratiano in imperii ſocietatem adſciſcitur, ut inclinantem in praeceps rem publicam ſuſtineat,* c. 2. *Non alium eligendum fuiſſe declarant, eius patria,* c. 4. *parentis uictoriae, domus ſplendor,* c. 5. *formae praeſtantia,* c. 6. *aetas integra, et matura imperio,* c. 7. *A fortunae donis tranſit ad animi dotes. Vſus belli, quo puer iam fingebatur ad imperium,* c. 8. *res praeclare in bello geſtae,* c. 10. *modeſtia in recuſando imperio,* c. 11. *in eodem adminiſtrando, minuendiſque palatinis ſumtibus frugalitas, in ſanciendis legibus prouidentia,* c. 13. *in iis, quibus committeret arcana, quos promoueret ad magiſtratus, ſeligendis prudentia,* c. 15. *egregia in amicos fides,* c. 16. *in exſequendis promiſſis religio,* c. 17. *erga eos, quorum ambitioni pro magiſtratuum paucitate facere ſatis non poterat, ſingularis humanitas commendatur,* c. 20.

II. PARS. *De publicis eius uirtutibus. Quam bonus et ciuilis in admittendis ad ſe omnibus, in eorum querelis audiendis,* c. 21. *De uultu non minus hoſtibus, quam ciuibus notus. Memorantur eius uictoriae de Gothis, Hunnis, Saracenis, Scythis, Albanis, et Perſis,* c. 22. *In extremam*

Gallia-

Galliarum partem cum exercitu progreditur aduerſus Maximum, Galliae tyrannum, multarum legionum defectione, c. 23. *quinquennii impunitate inflatum, peremto Gratiano, in Gallia caedibus, rapinis, et omni genere crudelitatis graſſantem,* c. 24. *Non ſine diuino auxilio factum, ut tyrannus ille foedus cum Theodoſio utcunque initum uiolaret,* c. 30. *ut Theodoſii aduentum ſuſtinere non potuerit,* c. 31. *ut ad Aſciam fluuium fuſus ac plane deletus ſit,* c. 32. *ut Marcellini pariter exercitus profligatus ſit,* c. 35. *Theodoſius abiicienti arma uitam condonat,* c. 36. *Haemonam ingreditur uictor: quanto populorum concurſu,* c. 37. *Maximus quo fugiat incertus, Aquileia ſe includit,* c. 38. *Huc cum exercitu mira celeritate conuolat Theodoſius,* c. 39. *ſingulas imperatoris uirtutes in huius triumphi partem uenisſe, in primis felicitatem, qua factum eſt, ut Maximus uoluntaria nece turpiorem, qualis ſceleri debebatur, mortem non effugerit,* c. 40. *ut ſpoliatus regiis ornamentis ad Theodoſii pedes captiuus adductus,* c. 43. *ut ſtatim ab Imperatoris conſpectu abductus, eo inſcio, peremtus ſit,* c. 44. *futurus poſteris uindicatae tyrannidis exemplum. Laudatur ſumma uictoris clementia,* c. 45. *Cinnae, Syllae, Marii, Caeſaris diſſimilis,* c. 46. *Theodoſii in Vrbem ingreſſus. Leges ab eo ſapienter inſtauratae,* c. 47.

In fine. *Poſtremum ſibi gratulatur, quod tantarum rerum teſtis futurus e Gallia Romam uenerit. Quanta alacritate excipiendus ſit a ſuis ciuibus, ea, quae ibi uiderit, narraturus, qua auditorum frequentia ſtipandus, et quam multa poëtis et oratoribus ſuppeditaturus argumenta ſcribendi.*

XI.

XI.

LATINI PACATI DREPANII PANEGYRICVS THEODOSIO AVGVSTO DICTVS.

Si quis umquam fuit, Imperator Auguſte, qui,

I, 1. *Latini Pacati Drepani*) Sic uulgati et plerique ſcripti. Meus Cod. recentior quidem, ſed ab antiquiſſimo deſcriptus, adeoque nulli ferme ſecundus, *Dreptani*. Scribendum ſine ambiguitate *DrepanI*, litera finali maiuſcula, pro *Drepanii*, uti Vett. conſueuerunt. *Drepanius* enim uocabatur, non *Drepanus*, ut eum bis uel ter appellat Modius in Nov - antiquis Lectionibus. Auſonius in quodam titulo: *Auſonius Conſul Latino Pacato Drepanio filio*. Item alibi, ſed inuerſo ordine: *Auſonius Conſul Latino Drepanio Pacato Proconſuli*. Credo, quia uerum eius nomen fuit *Drepanius*, praenomen *Latinus*, cognomen *Pacatus*. *Pacatum* ſemper uocat Symmachus. Noſtrum enim eſſe puto, ad quem exſtat lib. IX. Ep. LVIII. et eod. libr. Epiſt. LX. libr. VIII. Epiſt. XII. *Paccatum* ſcribit. Sidonio lib. VIII. Epiſt. XII. eſt *Dripanius*. Vnde et a Sauarone modo *Diripanius*, modo *Dripanius* nominatur. Geſnerus nomen eius ita ſcribit: *Latinus Pacatus et Drepanus*: cauſam coniectare hactenus non licuit, niſi forte Geſnerus, et *Pacatum* et *Drepanum* appellatum putauerit, cognomento duplici, quod ego falſum eſſe cenſeo. *Scheffer.*

Inter Latinos Veterum Panegyricos reſtat et ille, quem *Latinus Pacatus Drepanius* Theodoſio Auguſto dixit, anno quidem poſt N. C. CCCLXXXXI. ſecundum Haloandri rationes. Hic *Pacatus*, innuente Sidonio lib. VIII. Epiſt. 11. fuit patria Nitiobrix, qui e Gallia Romam miſſus erat, ut Theodoſio Imperatori relatam de Maximo tyranno victoriam publice gratularetur. Eius Panegyrico, quem tunc habuit, mirificas laudes tribuunt Viri quidam Eruditi. Scaligero enim in Manilianis p. 394. dicitur *diuinus Panegyricus*. Lipſius in not. ad Plin. Paneg. cap. XXII. *eum* putat *uel cum Plinianis argutiis et uenere certare*. Bar-

thio

te praesente dicturus, iure trepidauerit, eum pro-

thio in Commentar. ad Claudian. p. 559. eadem *oratio omnium istius aeui Scriptorum numerosissima, cultissima, eloquentissima, ingeniosissima* uidetur; cum *Pacati sermonem Pliniano nusquam inferiorem* habeat. Liuineius, Acidalius, Dempsterus et alii, *Pacatum floridum, eloquentem, minimeque spernendum* praedicant, *eiusque orationem nobilissimam, et una etiam atque altera paene Ciceronis haud mutandam* censent. Nos uero, quamuis existimemus Pacatum haud quaquam ad Ciceronis dicendi maiestatem peruenisse, neque Plinii nitorem ubique adsecutum esse: facile tamen adsentimur Clerico Biblioth. t. III. iudicanti, *eiusdem Panegyricum* inter XII. Vett. post Plinianum, ceteris omnino praestare. Cum uero quaedam eius locis adhuc in mendo cubare deprehendantur, et ne in recentioribus quidem XII. Panegyricorum Veterum editionibus satis emendata sint atque restituta, iis nunc lucem adferre conabimur, adiuti inprimis ab eximio Cod. nostro, qui XIII. Panegyricos Veteres eosque in membrana manu exaratos complectitur. S.

I, 1. *ante trepidauerit*) Variant libri Vett. quidam *ore trepidauerit*, quidam *iure*, ut Pith. Cod. quod fortasse nonimale. Alii *ire*, sed, ut puto, nihil mutandum, nam facilis fuit mutatio ex prima syllaba τὸ *trepidauerit* in *ire* uel *iure*. *Put.*

Fatigauit me scripta lectio, donec incidi in haec Senecae de Benef. VII. cap. XIII. *Etiam damnato reo Oratori constat eloquentiae officium, si omni arte iusus est.* Vbi peruetustae membranae, quas Doctiss. Carol. Langius tractauit, *omni iure* exhibent. Quo exemplo hic quoque reposueram *iure*, idque nunc testificor liquide mihi in B inuentum. Adeo hoc in genere quaedam sub manu feliciter cadunt. *Liuin.*

Standum fuit unius libri fidei: nam ceteri Codd. *dicturi ante trepidauerit*, nulla energia. G.

Sensus non incommodus. Sed in meo *ire* legitur, ex quo adsentior Liuineio et Gruteroo, qui hic *iure* scribendum existimant. Et uidentur postulare sequentia, quibus illud *iure* declaratur, hoc est, quibus ostenditur, cur iure trepidet: quae quidem alias non aeque bene praecedentibus cohaerebunt, si antiquam lectionem retinuerimus. *Scheff.*

Sane *iure* praetulerim, quod latius persequitur, et ex persona tanti Principis, et ex horrore Transalpini sermonis. Guelf. *ire*, et ex fatis mem-

profecto me esse et ipse sentio, et iis, qui consilium tuum participant, uideri posse uideo. Nam quum te semper ultra omnes retro Principes laudari oportuerit; nunc porro ultra, quam alias praedicatus es, in ea urbe conueniat dicen- 2

P 2 do

membranis in margine notauit Liuineius, quod corruptum est ex *iure*. Posset et utrumque admitti *ante iure*.

Arntzen.

I, 1. *et his*) Meus habet *biis* cum adspiratione. Lego *iis*: ita enim scribere talia ubique fere consueuit. *Scheff.*

Iis Guelf. sed ita uariari nouimus ubique.

I, 1. *qui consilium*) Totidem uerbis et Mamertinus in Iulianum: *qui* consilium *tuum* participant. Intelligit qui Theodosio a consiliis. L.

Commation illud, *qui consilium tuum participant*, est in initio Panegyrici a Mamertino Iuliano Imperatori dicti: *Etsi scio Te, Imperator, et cunctos, qui consilium tuum participant, posse mirari. Acid.*

Intelligit, inquit Liuineius, *qui Theodosio a consiliis*; nempe quoniam et Mamertinus sic locutus est. At qui illi a consiliis? an Senatus? is enim iis temporibus uelut a consiliis Principi, non secus atque ante, Regum temporibus, a Velleio *publicum consilium* uocatur. Et habita est haec oratio in Senatu. Num potius certi quidam, quos *Consiliarios* uocabant, ut Sauaro censet, saepiusque Suetonius commemorat? Neutrum puto. Sed quoscumque intelligo, qui Principem intimius nouerant, consilia eius, mentem, magnitudinemque perspectam habebant. Ii enim orationis difficultatem adaequandam scil. meritis uirtutibusque Principis aestimare poterant. *Scheff.*

Ego nihil uideo, cur a uulgari loquendi usu recedamus, quo usi sunt sub Principibus. Spartian. Hadr. cap. XVIII. *in* consilio *habuit non amicos*. ubi Salmas. et Sauaro ad Sidon. 1. Epist. 111. p. 24. ubi simul docet, tales *Consiliarios* dictos esse *consiliorum participes*, adeo ut iure addiderit noster *participant*. l. 8. §. 2. ff. de Legation. *Cum Praetore* consilium participat. Vereor, ut ingeniosius sit Schefferi acumen. *Arntzen.*

I, 2. *Omnes retro Principes.*) Nulla haec est adulatio. V. Aurelium Victorem Epit. cap. XLVIII. P. Orosium lib. VII. cap. XXXIV. ubi etiam Traiano anteferri animaduertes, quem tamen uulgo Optimum Principem existimant.

Scheff.

do celebrari, cuius et libertatem armatus adſeruiſti, et auxiſti dignitatem togatus: quo tandem modo conſequi maieſtatem utriusque ueſtrum oratione mea potero? hoc praecipue in tempore, quo ambo ita mutuo creuiſtis, ut nec tu
3 fueris adhuc maior, nec illa felicior. Huc accedit auditor Senatus; cui quum difficile ſit pro amore, quo in te praeditus eſt, de te ſatis fieri, tum difficilius, pro ingenita atque hereditaria

I, 2. *libertatem armatus*) Profligato nempe Maximo, qui pulſo Valentiniano Italiam occupauerat. Conſule Oroſium Lib. VII. cap. XXXIV. ſeq. item Proſperum in Chronico. *Scheff.*

Togatus male praeteriit Guelf. quod nec fert orationis nexus, nec frequens oppoſitio *togati* et *armati*. V. ad Plin. Pan. cap. IV. et paſſim alios. Nec melius pro *utriusque ueſtrum* ſupponit *utriusque noſtrum*. Apertum enim eſt, Theodoſium innui et Romam. *Arntzen.*

I, 2. *auxiſti dignitatem togatus*) Habito, ut opinor, triumpho, reſtitutoque imperio. Forſitan et ordinatis illic rebus, ſublatisque, quae paſſim uigebant, ſceleribus. V. Nicephorum lib. XII. cap. XXI. *Scheff.*

I, 3. *Pro ingenita*) *genita* Leg. *ingenita*. Initio Panegyr. Conſtantino Auguſto Conſtantii filio dicti cap. 1. *Neque enim ignoro, quanto inferiora ſint ingenia noſtra Romanis: ſiquidem Latine et diſerte loqui illis ingeneratum eſt, nobis elaboratum. Acid.*

Sic meus, ſic plerique alii. Non tamen contemnendum, quod in quodam Liuineius reperit: *atque adeo hereditaria. Ingenitam* porro ideo appellat, quoniam Romae domicilium fixiſſe ſibi Eloquentia uidebatur. Hinc Symmacho lib. VIII. Ep. LXVIII. *Romae domicilium latiaris facundiae.* Caſſiodoro lib. X. Ep. VII. *Eloquentiae foecunda mater, uirtutum omnium latiſſimum Templum. Scheff.*

Ingenita bene eſt in Var. Scripturis Schonh. et Puteani, et firmat Guelf. Opponit nempe genuinam Romanorum eloquentiam et urbanitatem braccatis et Tranſalpinis nationibus: quarum infuſam peregrinitatem adeo infeciſſe Romanam elegantiam, ut nullum ueteris leporis ueſtigium adpareret, querebatur iam olim Cicero lib. IX. Fam.

taria orandi facultate, non esse fastidio rudem hunc et incultum Transalpini sermonis horrorem; praesertim quum absurdae siniſtraeque iactantiae possit uideri, his ostentare facundiam, quam de eorum fonte manantem in nostros usque usus deriuatio sera traduxit. Quibus equidem 4

Fam, Ep. XV. adde de horrore Celtici Sermonis Sauaro ad Sidon. Apoll. lib. III. Epist. III. p. 189. *Arntzen.*

I, 3. *atque hereditaria*) Arbitror germanum quod in C, est: *atque adeo haeredit.* Infra: *cui excolendae atque adeo ditandae impensius, quam ceteris gentibus supremus ille rerum fabricator indulsit.* Rursum: *nominibus antistites, re uera autem satellites, atque adeo carnifices.* Iterum: *magno quidem (fateor) pectoribus humanis, atque adeo maximo lux amori est.* etc. L.

Vellem uel alius quispiam confirmaret; neque tamen causa est, si bis terue loquatur ita Auctor, cur id ipsi ubique adfingamus.

I, 3. *Transalpini sermonis horrorem*) Ita per modestiam de Gallica facundia loquitur, quam alias etiam iis temporibus ubique fuisse laudatam, praeter multos alios Sauaro docet ad Sidonium carm. XXIII. p. 188. *Scheff.*

I, 3. *quam de eorum*) *De Deorum* Leg. *eorum.* In eod. Panegyrico, quem locum iam iam citaui, statim sequitur, quod huc item pertinet: *et si quid forte commode dicimus, ex illo fonte et capite facundiae imitatio nostra deriuat. Acid.*

Rhen. etiam et uetusti cum Guelf. *Deorum* minus ad sensum Oratoris; non enim tam agitur an caelitus demissa sit Eloquentia, quam ut oppositionem faciat Gallos inter et Romanos, cum horror ille dicendi Transalpinus mitigatus fuerit, et excussus praeceptis, quae ex Romana Eloquentia hauserant. Adeoque ineptum uidetur apud alterum iactare id, quod ab eo acceperis. Hoc etiam ceterae gentes agnouerunt, ad se ex Romanis fontibus Eloquentiam esse deriuatam. Ita Athalaricus Rex apud Cassiod. lib. IX. Var. Epist. XXI. *Sola reperitur Eloquentia, quae Romanorum Dominis obsecundat, et, ut reliqua taceam, hoc, quod loquimur, inde est. Arntzen.*

I, 3. *usus*) Non opus erit hanc scripturam sollicitare, cum scribere uideatur potuisse *haustus.* Simili ratione apud Val. Max. lib. I, cap.

cogitatis adeo sollicitor, ut non eos tantum hodie arbitrer interesse, quos cerno, sed adsistere obuersarique dicturo Catones ipsos, et Tullios, et Hortensios, omnesque illos Oratores putem, qui me in posteris suis audiunt. Ita multiplici circum-

cap. VIII. ex. 18. *hausta aquae recreentur*, Tacit. lib. I. Hist. cap. LI. V. not. ad Plin. Pan. XXIX. §. 3. *Arntzen.*

I, 4. *obseruarique*) Belle *obuersarique*, idemque mendum tollo in Seneca patre prooem. lib. I. Controv. *Quaedam uero, quae obseruantia mihi, et iam ex aliqua parte se ostendentia non possum occupare* etc. nam mihi liquet explorate uerum esse *obuersantia.* L.

Lectio est a libris, quam tamen etiam exsculpserat ex uulgata *obseruarique* optimus Delbenius, prodente Petro Daniele. G.

Ita meus manifeste, quod ex coniectura Liuineii Acidaliique expressit Parisiensis: ueteres alii *obseruarique*, sensu minus commodo. *Scheff.*

Iam olim Liuineius et Acidalius coniecerunt pro uerbo *obseruari* hic legi debere *obuersari*, quae coniectura deinceps in textum uariarum Editionum recepta est, ac nunc nostri Codicis auctoritate euidenter confirmatur. Prior quidem illa lectio prorsus incongruens uidetur. Etenim Stephano Doleto in Commentariis Linguae Latinae docente, uerbum *obseruo*, duo significat: unum est, *quod custodio aliquid oculis animoque in modum speculatoris*: alterum est, *quod admiror et colo*; adeoque Veteres Oratores Pacato *obseruari* i. e. obseruanter animaduerti dici queant: multo tamen commodiorem locum hic habet uerbum *obuersari*; cum *obuersari* dicatur id, quod frequenter adest et obuersum stat: item quod ita animo adparet, ut adesse coram uideatur. Sic Plinius lib. V. Epist. XXI. *Sedebant*, inquit, *centumuiri, uenerant*, obuersabantur *aduocati*; *silentium longum*, et Cicero lib. IV. Quaest. Academ. *Veritas ipsa, et grauis et recta ratio nonne mihi* obuersatur? Sic ergo et Pacatus dixit, ueteres Romanorum Oratores sibi dicturo *obuersari* h. e. animo suo tanquam praesentes repraesentari. Sed haec emendatio leuior est, et, ut dixi, iam fere uulgo recepta. S.

Sustulit et Iuretus ad Plin. Pan. cap. XLVIII. §. 4. ubi alia addidimus, et confirmat Guelf. *Arntz.*

I, 4. *audiunt*) Daniel arbitra-

circumuentus metu, quasi parum habeam timere, uideo, quod timeam.

P 4 II. Quid

bitrabatur genuinum magis audiant. G.

I, 5. *timere, uideo*) Probe *quod uideo* et *quod timeam*; sed nondum constituta lectio. Rescribam fidenter: *timere quod uideo, uideo quod timeam. Quod uideo* h. e. auditorium huc praesens, *quod timeam* scilicet ueteres illos Oratores, qui dicturo obuersantur. Doctissimus Lipsius *cogito* immiserat, mihi *uideo* geminari placet, errore in libris obuio. L.

Locus, me iudice, debilis. Ei sententiam et suam huic argutiam reddideris, si uerbum *uideo*, repetas: *timere quod uideo, uideo quod timeam.* Quasi enim non satis sit timere illos, quos coram uidet assistere, ultro uidet, animo nimirum atque cogitatione, ueteres omnes Oratores, quos merito timeat. Quamquam clarior sensus euadet, si idem uerbi bis repetas, sed alio flexu: *timere quod uideo, uidere uideor quod timeam.* Quo modo forte etiam potius Auctorem scripsisse credam. Rittershusio uidetur deesse uerbum *accerso*, uel *requiro*, uel quid simile. *Acid.*

Sic MSS. Videtur aliquid deesse; suppletum ibat Bongarsius, addita uocula, *fingo quod timeam:* admodum dextre, etsi nec tiniſtre Liuineius: *timere quod uideo, uideo quod timeam:* G.

Hunc uero locum uarie tentarunt. Bongarsius scribit: *fingo quod timeam.* Probat emendationem hanc Gruterus. Lipsius, *cogito quod timeam.* Acidalius et Liuineius geminant *to uidere* et alterum ad Auditores, alterum ad Oratores ueteres referunt. Fortasse simplicior emendatio esset, si prius *quod* extingueremus, locumque scriberemus ita: *quasi parum habeam timere, uideo quod timeam.* Eleganter certe illud *habere* et *uidere* sibi opponerentur, sensusque esset: non tantum timoris causas se habere in magnitudine Principis, amore Senatus, infirmitate sua, sed et accedere alias ex conspectu non eorum modo, qui praesentes sunt, sed illorum quoque, quos uelut praesentes oculis suis obuersari fingebat. *Scheff.*

Fingo quod timeam: quos praesentes uideo, fingo etiam Catones, Tullios, quos timeam. Bongarsius et Gruterus *fingo* addunt; Lipsius *cogito*. *Cellar.*

Liuineii emendationem secuti sunt et Iacobus de la Baune, et Laurentius Patarol. Grutero etiam usum est, istis Pacati uerbis aliquid deesse, quod

II. Quid ergo? nouusne me pauor, et inopina trepi-

quod admodum dextre ſuppletum iuerit Bongarſius, addita uocula: *fingo, quod timeam.* Quam uoculam *fingo* etiam Cellarius in textum recepit, cum Pacati locum ſic exprimendum curarit: *quaſi parum habeam timere, quod uideo; (fingo) quod timeam.* Sicut uero Lipſius uerbum *cogito*, et Bongarſius Cellariusque uerbum *fingo* citatis Pacati uerbis inſerendum putauere: ſic Cunradus noſter Rittershuſius in reliquiis coniecturarum ad Panegyricos ueteres, itidem uerbum aliquod in uulgaribus Editionibus deeſſe opinatus, hunc in modum legendum cenſuit: *Quaſi parum habeam timere; quod uideo; accerſo, (uel requiro uel circumſpicio) quod timeam.* Hi commentatores ſatis aſſecuti ſunt expreſſeruntque ſententiam Pacati; ſed in caſtigandis reſtituendisque uerbis non ſatis felices fuiſſe uidentur, contra Codicum ueterum auctoritatem ex ingenio quaedam uerba immittere auſi. Noſter autem Codex, genuinam, ni fallimur, Pacati ſcripturam refert, oſtenditque, in uulgaribus Editionibus huc usque non tam aliquid defuiſſe quam abundaſſe. Sic uero ibi legimus: *Ita multiplici circumuentus metu, quaſi parum habeam timere, uideo quos timeam.* Recte ſibi hic opponuntur uerba *habere* et *uidere*: *quaſi parum habeam timere* i. e. quaſi non re ipſa et ex uera cauſa mihi neceſſe ſit timere; *uideo* i. e. imaginor fingoque animo eos, quos timeam. Sic uero v. g. loquitur Auguſtus apud Tranquillum cap. LVIII. *Quid* habeo *aliud Deos immortales precari*: i. e. *quid aliud precandum habeo*: ſiue, *quid aliud opus eſt precari.* Neque notio imaginandi, animoque cogitandi aliena eſt a uerbo *uidere.* Ipſe Poetarum Princeps Virgilius (cuius loquendi formulas ſaepius in animo habuiſſe et expreſſiſſe uidetur Panegyriſtes noſter) lib. IV. Aen. v. 83. ſic cecinit:

— *abſens abſentem auditque uidetque.*

Id quod Ouidius in Epiſtola Didonis ad Aeneam ſic expreſſit:

Aeneasque oculis ſemper uigilantibus haeret;
Aeneamque animo noxque diesque refert.

Sic et uerbum *uidere* de imaginatione et uiſu per inſomnium dixit Tacitus lib. II. Annal. cap. XIV. *Nox eadem*, inquit, *laetam Germanico quietem tulit*, uiditque *ſe operatum.* Cicero autem eiusque aequales, de eadem re loquentes, plerumque paullo plenius, luculen-

trepidatio in ipſo dicendi tempore deprehendit? Mihi uero ii omnes, quibus altrinſecus

culentiusque dicunt: *uideo animo*: ſiue *uidere uideor*: et quae aliae ſunt eius generis loquendi formulae. *S. d* in *s* mutato fluidiſſimam ac perargutam hanc exhibeo orationem: *Ita multiplici circumuentus metu quaſi parum habeam timere, quos uideo, fingo, quos timeam*: id eſt, quaſi non ſatis mihi ſit eos timere, quos oculis hiſce meis nunc uideo, etiam fingo et animo mihi repraeſento alios, quos timeam. *Satis habeo* ſequente infinitiuo Latinis eſt *zufrieden ſeyn, daſſ.* etc. Apud Curtium IV. 9. 20. monebat Alexander milites, *ut ſatis haberent arma retinere*: *Sie möchten zufrieden ſeyn, daſſ ſie ihre Waffen behielten.* Eodem ſenſu dicitur *contentus ſum* infinitiuo ſubiuncto. Curtius IV. 10. 14. *Mazaeus iam fugere contentus, pleraque inuiolata hoſti reliquit.* et cap. 12. 15. *Ille ſegnis in eo, quem occupauerat, tumulo ſedet, contentus non laceſſi.* Rurſus VIII. 1. 38. *Dolorem tamen rex preſſit, contentus iuſſiſſe, ut conuiuio excederet.* et cap. XI. 18. *Hoſtem depuliſſe contenti, non inſtitere cedentibus.* Pluribus haec ſum perſecutus, ut appareat, quid ſit apud Pacatum, *quaſi parum habeam timere. Parum* uero a Latinis ſubinde dici pro *non ſatis*, uel in uulgus conſtat. Vid. uel Ouidius Metam. V. 666. et VI. 3. HEVMAN. tom. III. Poec. lib. IV. p. 529. Lipſii medicina lib. IV. Quaeſt. Epiſt. XXVII. non diſplicet Pricaeo ad Apul. lib. V. Metam. p. 252. ſi coniecturis agendum, molliſſima ſane eſſet illa Liuineii. Sed tutioribus remediis rem adgrediuntur Scheff. et Schwarz. et firmat aperte Guelf. *timere. uideo quod timeam.* Et ſane illud *quod* minime mutandum eſt in *quos*, cum alterum multo ſit neruoſius. Neutrum enim illud *quod* notat *quos* uel *quas*. Ouid. XVIII. Her. v. 153.

At mihi, quod Perſeus et cum
Ioue Liber amauit.

ubi multa ſimilia Cl. Burmannus dedit. Epiſt. XIX. v. 91.

Sis tamen hoc potius, quàm
quod prius eſſe ſolebas.

quod nec ibi quidam tolerarunt. Lib. III. Triſt. El. XI. v. 26.

Non ſum ego quod fueram.

Lucanus lib. V. v. 729.

quod nolles ſtare
ſub ictu
Coniux ſola fuit.

ubi deterius alii *quam*, eosque recte in uiam reducit Burmannus, monens et

ita

iactor, aestus diu ante meditati longeque prospecti sunt. Sed, cum, admiratione uirtutum tuarum, ab ultimo Galliarum recessu, qua litus Oceani cadentem excipit solem, et deficientibus terris sociale miscetur elementum, ad contuendum te adorandumque properassem, ut bona, quae auribus ceperam, etiam uisu usurparem: timui, fateor, pii laboris officium impia taciturnitate
2 corrumpere. Ita dum obsequio interpretor impuden-

ita dici Lucae cap. 1. v. 35. τὸ γεννώμενον, idque latius illustrat diligentissimus Raphelius ex Xenophonte ad Matth. cap. 1. §. 20. ut apud Palaeph. Incred. fab. XI. τὸ κοπτέν. Adde Herodianum lib. IV. cap. v. §. 4. Si tamen cui minus arridcat simpliciſſima Codd. scriptura, posset is praeferre, ut emendauit Cl. Heumannus in Poecil. tom. III. lib. IV. p. 529. *Timere, quos uideo, fingo, quos timeam,* *Arntzen.*

II, 1. *qua litus*) Cod. Guelf. habet *quo*, errore librariorum non dubio, cum fit idem quod *qua parte.* Plauti Aulul. act. II. sc. IV. v. 22. Ouid. lib. II. Art. v. 344. Dauiesius ad Caesar. I. Bell. Civ. cap. XXXIX. 2. supra cum dicat *ipso dicendi tempore* paria habet Ouidio Epist. XX. Her. v. 210. Eumen. pro restit. Scholar. cap. 1. §. 2. Quod *solem cadentem in Oceanum* dicat, pertinet ad stultam ueterum opinionem, qua crederent, solem, cum occideret, cadere in mare. V. D. ad Flor. lib. II. cap. XVII. 12. et id adparere ex eo, quem edebat, stridore, qui poterat a procul stantibus audiri. Barth. ad Stat. lib. II. Silv. VII. v. 27. *Arntzen.*

II, 1. *pii laboris officium*) Sic indubie legendum cum omnibus Editionibus, adeo ut mirer substituisse Liuineium: *timui fateor laboris officium ipsa taciturnitate corrumpere.* G.

II, 2. *obsequio interpretor impudentiam.*) Non hoc mutem, non, et eumdem Virum doctissimum non audio, qui *obsequio interfero impud.* legit: nam *interpretor* est *excuso* et *pro obsequio duco.* L.

Vide ne potius scribendum: *dum obsequium interpretor impudentia.* Nam non implere sibi officium uidetur posse, nisi impudens fiat et temerarius. Alterum illud excuset

pudentiam, dum in eumdem hominem non puto conuenire gaudium et ſilentium, duas res diuerſiſſimas iunxi, metum et temeritatem. Quin et illud me impulit ad dicendum, quod, ut dicerem, nullus adigebat. Non enim iam coacta laudatio, et expreſſae metu uoces periculum ſilentii redimunt. Fue-

excuſet potius *impudentiam*, quod a mente hac alienum. *Acid.*

Lipſius pro *interpretor* ſcribit *interſero*: Acidalius facit: *dum obſequium interpretor impudentia.* Liuineius retinet, cum omnibus uetuſtis, primam lectionem, illudque *interpretor*, ait, idem eſſe ac *excuſo*. Quem omnino hic ſequendum exiſtimo. Niſi quod τὸ *interpretari* non tam *excuſare* exponerem, quam *rationem facti reddere*: ut ſenſus ſit: dum impudentiae meae cauſſam eſſe dico debitum Principi obſequium. etc. Nam et ſic Cornelius uſurpauit uita Attici: *Nonnulli interpretantur amitti ciuitatem Romanam alia adſcita.* *Scheff.*

II, 2. *gaudium et ſilentium*) Nam difficulter is affectus premi taciturnitate poteſt. *Difficilis eſt patientia gaudiorum*, inquit Symmachus lib. 1. Ep. XXXII. et Ennodius: *Manca eſt ſine ſermone hilaritas, et ſimulacrum moeroris eſt, occulture quod gaudeas, et afflictionis imitatio, uocem in gaudio non habere.* Hinc apud Comicum Chremulus in Pluto: Λεγεις μοι χαράν, λέγεις μοι βοάν. *Id.*

II, 2. *diuerſiſſimas*) Elegans oppoſitio inter *metum et temeritatem*, quas duas res in unum hominem uix cadere, latius docuit Iuretus ad Symmach. libr. 1. Epiſt. XXXI. Petiit id a ſuo Plinio in Panegyr. cap. XXIV. 1. *miſcuiſti res diuerſiſſimas, ſecuritatem olim imperantis, et incipientis pudorem*, ubi V. D. *Arntzen.*

II, 2. *expreſſae*) Dicuntur talia uerba, quae non ſponte aliquando proferuntur, ſed cogente neceſſitate et dolore. Phaedr. lib. V. Fab. V. v. 32.

Cum dolore uocem naturae exprimit.

Pricaeus ad Apulei. Metam. lib. III. p. 252. Cl. Drakenborch. ad Liv. lib. VIII. cap. 11. Curt. lib. IX. cap. III. 1. Senec. Oedip. v. 529. Burm. ad Vellei. lib. II. cap. XIX. 3. Plin. Panegyr. cap. II. 1. *recedant uoces illae, quas metus exprimebat.* Cui igitur recte iungit mox *fuerit abieritque*, qua

3 Fuerit, abieritque triſtis illa facundiae ancillantis neceſſitas, quum trucem dominum, auras omnes plauſuum publicorum uentoſa popularitate captantem, mendax adſentatio titillabat, quum gratias agebant dolentes, et tyrannum non praedicaſ-

qua formula deuouebant res, quibuscum nullum ſibi negotium uellent eſſe. Martial. XI. Epigr. VI. et praecipue talis res *fuiſſe* dicitur, quae ita periit, ut nullum ueſtigium amplius adpareat, cum penitus ab omni uſu receſſerit. Taubm. ad Plaut. Captiv. act. III. ſc. III. v. 1. Barth. ad Stat. II. Theb. v. 140. Heinſ. ad Ouid. lib. III. Art. v. 113. Gatak. de Styl. N. Inſtrum. cap. XIX. Inde profecta illa, ominis uitandi cauſa, formula, cum dicerent: *fuit* pro *mortuus eſt*. Conf. Heinſ. ad Ouid. XVII. Her. v. 191. Clarius Tibull. lib. III. El. V. v. 32.

Siue erimus, ſeu nos fata fuiſſe uelint.

V. D. ad Plin. lib. VIII. Epiſt. V. §. 1. quod a Graecis profectum, qui dicunt ἔιναι pro *uiuere*, *in uita ſupereſſe*. Pric. Boſ. et alii ad Matth. cap. II. v. 18. Sophoel. Aiac. v. 789. Euripid. Hippol. v. 1162. Heliodor. Aethiopic. lib. II. p. 63. Barneſ. ad Euripid. Hippol. v. 357. *Arntz.*

II, 3. *ancillantis*) Libera Republ. erepta dominio Regum tranſierat ad Coſſ. cum Impp. tenerent ſummum imperium et dominium. *Dominus* enim apud Romanos uox erat inuidiae ſubiecta, praecipue ob Tarquinium Superbum, et poſtea de Principibus adhibita. Stewech. ad Veget. de R. Milit. lib. II. p. m. 53. Cort. ad Sall. Catil. cap. VI. *Arntz.*

II, 3. *uentoſa*) Pertinet ad id, quod dixerat *auras*, cum *aura* uſurpetur de mobili plebis fauore et gratia. Gud. et alii ad Phaedr. lib. V. Fab. VII. v. 1. Clar. Drakenb. ad Liuium lib. VI. cap. XI. *Id.*

II, 3. *gratias agebant dolentes*) Ita omnes editi. Meus habet *gratis* et haud dubie ſic ſcripſerat Pacatus pro *grates* antique, quod cum ignoraret ſciolus, fecit *gratias*. De re ipſa Gnomologus: *Gratiae aguntur Regibus pro iniuria.* Sic cum Vitellius non paucos occidiſſet ciues, Coſſ. Senatoresque ſummouiſſet officio, *actae inſuper*, ait Tacit. Hiſtor. lib. II. cap. LXXI. *Vitellio gratiae conſuetudini ſeruitii.* Scilicet, ut inquit Seneca lib. II. de Ira cap. XXXIII. *Potentiorum iniuriae hilari uultu, non patienter tam-*

dicaſſe tyrannidis accuſatio uocabatur. Nunc par dicendi tacendique libertas, et, quam promtum laudare Principem, tam tutum ſiluiſſe de Principe. Libet igitur, redditam poſtliminio ſecuritatem loquendo experiri; libet, inquam, quia neminem magis laudari Imperatorem decet, quam quem minus neceſſe eſt. 4

III. De te igitur mihi ſermonis huius auſpicium

tantum ferendae fame. Quare? *facient iterum, ſi ſe feciſſe crediderint.* Intellexit ille apud eundem eques Romanus ſub Caio. Item iſti ſub Nerone de quibus Tacitus XV. Annal. cap. LXXI. *Alius filio, alius fratre aut propinquo, aut amico interfectis, agere grates Deis, ornare lauru domum, genua ipſius aduolui, et dextram oſculis fatigare.* Atque hoc eſt illud, *mentiri beatos,* uti noſter infra loquitur. Quod quam gratum ſit tyranno, quamque ad decipiendum eum idoneum, ex praedicto Tacito intelliges, qui de Nerone ſubiicit: *atque ille gaudium id credebat.* Artem fateor difficilem, ſed qua tamen utatur ſub tyranno neceſſe eſt, quisquis non omnes ſuos ſublatos uolet. *Scheff.*

Pro *gratias* Guelf. habet *grates.* Alterum hauſit noſter a ſuo Plinio in Paneg. cap. III. §. 4. *Arntz.*

II, 4. *par dicendi tacendique libertas*) Inſere omiſſam uocem, *par dicendi tacendique* uel *par tacendi dicendique libertas.* *Acid.*

Sic editi ueteres: nam medii aeui omiſerant uocem *dicendi.* MSS. inuerſa uoce, *dicendi tacendique.* G.

III, 1. *De te igitur*) Verbum ſequens *erit* meus non agnoſcit. Legendum igitur eſt *det* pro *de te*, quod et Schonhouio uiſum fuit. Similia menda obſeruauit alibi Freinshemius. Vide notas eius Curtianas lib. X. cap. IX. §. 5. Quod rem ipſam attinet, notandum fuerit, quod a tempore orationem ſuam inchoet, oſtendatque, quam opportune, oppreſſa ſcil. Republ. ad imperium admotus ſit Theodoſius. Eſt nimirum hac in re et uirtutum Theodoſii, et iudicii de iis ſummae Maieſtatis non ſpernendum teſtimonium. Nec enim alius, niſi magnus Princeps ſubire onus illud potuit, et inter omnes electus eſt

1 cium erit ille felicitatis publicae auſpex dies, qui
2 te primus inaugurauit imperio. Nam ut diuinis rebus operantes in eam caeli plagam ora conuertimus,

eſt, Theodoſius, cui id quantumcumque fuit, imponeretur. *Scheff.*

Cellarius ex Schefferi conlectura ita legit: *Det igitur mihi ſermonis huius auſpicium ille felicitatis publicae auſpex dies, qui te primus inaugurauit imperio.* Noſter uero Cod. confirmat uulgatam lectionem: *De te igitur mihi ſermonis huius auſpicium erit ille felicitatis publicae auſpex dies, qui te prius inaugurauit imperio.* Sola uocula *prius* pro *primus* non ſatis placet. Fuit autem auſpex ille dies, ſecundum Theodoretum Libr. V. cap. VI. XIII Februarii, uel ſecundum Socratem XVII eiusdem menſis; anno quidem CCCLXXIX poſt Chriſtum natum, ex calculo Onuphrii Panuinii. S.

De te rectiſſime legitur, cum olim legeretur *det*, male. Norunt id, qui umquam ueteres Codd. tractarunt. Vide Caſaub. ad Sueton. Caeſ. cap. VI. Lambin. ad Cicer. 1. Fam. Epiſt. IX. not. ad Plin. Pan. cap. XLIII. §. 1. Reſpicit igitur ad Veterum adorandi rationem, cum Impp. uiuentes etiam pro Diis colerentur. Pith. Adv. ſubſec. lib. 1. cap. VIII. Spectat igitur ad eum morem, cum primo loco adorarent Deos, et a precibus omnia inciperent, ut diximus ad Plin. Paneg. cap. 1. §. 1. Haec cauſa cur a Iano, qui antiquiſſimus Italiae erat Deus, principium caperent. Dempſt. ad Roſin. lib. II. Antiq. cap. III. *Arntzen.*

III, 1. *auſpex dies*) XIV. Kal. Februarii, A. ante Conſulatum Auſonii, et Olybrii. V. Chronicon Marcellini Comitis, et Caſſiodori. Eſt id autem calculo Onuphrii 379. poſt Chriſtum natum, et V. C. 1130. *Scheff.*

III, 2. *in eam caeli plagam*) Conſule Plutarchum in Numa et M. Marcello. Fuit eadem et Chriſtianorum conſuetudo, unde ſolem uelut Deum colere credebantur. Tertullianus in Apolog. cap. XVI. *Solem crediderunt Deum noſtrum. Sed inde ſuſpicio, quod innotuerit nos ad orientis regionem precari. Sed et plerique ueſtrum, affectatione aliquando et caeleſtia adorandi, ad ſolis ortum labia uibratis.* Meminit et Gratianus in decretis, unde ita inquit lib. V. cap. 223. *Quae orientem uerſus nos orare literarum forma praeſtituit?*

timus, a qua lucis exordium eſt; ſic ego uota uerborum, quae olim nuncupaueram, ſoluturus, id oratione mea tempus arripiam, quo Romana lux cõepit. Iacebat innumerabilibus malis aegra, 3 uel potius dixerim, exanimata res publica, barbaris nationibus Romano nomini uelut quodam dilu-

tuit? benedicimus fontem baptismatis, oleum unctionis etc. *Id.*

add. Lipſ. ad Tac. H. 3, 24. *Ineg.*

III, 2. *tempus arripiam*) Antea *afficiam*. Ita emendaui ex Cod. Pulm. Sic Mamertinus loquitur cap. 11. *ac primum* illud arripiam, *quod credo neminem adhuc auſum fuiſſe.* *Put.*

Vetus Cod. addit: *oratione in ea.* lego *oratione mea.* mox pro *afficiam*, Balduinus repoſuit: *aſpiciam*, ſed perperam: nam *afficere* etiam in bonam partem accipi ſcimus. *Iur.*

Sequor indubitato *arripiam* quod exemplis firmamus ad Paneg. V. (incerti auctoris) cap. 11. *Liv.*

Leg. *adſpiciam* quae eadem uox pariter infra ſic corrupta. *Acid.*

Stephanus *afficiam*, quod eſt nihili. Alterum probat Linneitus coniectura ſua, itemque Puteanus. Meus habet *aſpiciam*, unde probo *aſpiciam* cum Acidalio: ſic enim oportet, propter praecedentem ſimilitudinem, maxime illa uerba: *in eam caeli plagam ora conuertimus.* *Scheff.*

III, 2. *Romana lux coepit*) Hoc eſt, quo imperium nactus eſt Princeps Optimus. Eodem modo Curtius lib. X. cap. IX *Iure meritoque Populus Romanus ſalutem ſe Principi ſuo debere profitetur, cui noctis, quam paene ſupremam habuimus, nouum ſidus illuxit, et uelũti Sol exortus lucem caliganti reddidit mundo.* Senec. in Conſol. ad Polyb. cap. XXXII. de Claudio: *Sidus hoc quod praecipitato in profundum ac demerſo in tenebras orbi refulſit, ſemper luceat.* Et lib. I. de Clement. cap. 11. *tanquam ad clarum et beneficum ſidus certatim aduolant.* Idem praedicto libro cap. VII. *Non alia facies eſt quieti moratique imperii, quam ſereni caeli et nitentis. Crudele regnum, turbidum tenebrisque obſcurum, inter trementes, et ad repentinum ſonitum expauentes, qui omnia turbat, inconcuſſo.* *Id.*

III, 3. *barbaris nationibus*) Gothos intelligit, qui ſub

4 diluuio ſuperfuſis. Sed parcam replicare cauſas, et

ſub Suerido et Colia ducibus, in Romanorum fines ingreſſi, et a Valente non prudenter ſatis accepti fuerunt: Item Thaifalos, Hunnos, Alanos, a quibus omnibus ingenti praelio uictus Valens, exuſtusque in quodam tuguriolo, adeoque occupatum quodammodo imperium Romanum fuit. Vide Ammianum fin. libri XXXI. Aur. Victor. in Valente, et Gratiano: Hieronymum et Caſſiodorum in Chronicis. *Scheff.*

III, 4. *parcam replicare cauſas*) *Par cauſa.* V. C. *Sed parcam replicare* etc. rectiſſime. At quod Balduinus ſubſtituit *pacatum ulcus*, etſi ingenioſum ſit, mihi tamen non probatur, et lectio uetus ſana eſt. *Iuret.*

Egregie *parcam replicare.* Infra, *parcam arcanum caeleſte rimari.* In editione Pariſienſi Franc. Balduini eſt *ſed par cauſa replic.* indiciis, ueri manifeſtis. Nam Veteribus libris *ca et cam* ualet et *cauſa.* Quod proxime eſt, *uulgus offendere* non auſim cum eodem Balduino in *ulcus* commutare. Non enim, meo iudicio, ſatis Latinum eſt, *placatum ulcus*, et exemplum equidem deſiderem. *Liu.*

Veteres habebant, *par cauſſa, replicare cauſſas*, ex quo Acidalius fecit *par cauſus et uulnus*, nimium licentioſe. Liuineii coniecturam, quam Pariſienſis ſequitur, meus Cod. confirmat, in quo expreſſe *parcam* legitur. *Scheff.*

Replicare cauſas prudenter. Nam mala Reipub. quantum fieri poteſt, obtegenda ſunt. Nec enim ex eorum commemoratione niſi dolor priuatim, in publicum uero dedecus exſpectandum. Itaque et Cicero Orat. pro L. Manilia. *Sinite, Quirites, (ſicuti Poetae ſolent, qui res Romanas ſcribunt) praeterire me noſtram calamitatem* etc. Porro quod de cauſis addit, ſeorſim ſpectat ad hiſtoriam. Gothi nempe cum aliquamdiu conſediſſent diſpoſiti in hybernis, et ab Imperatore Romano iuſſi eſſent transire Helleſpontum, prius ab Hadrianopolitanis benigne petierunt cibos et uiaticum. Sed praefectus urbis armatis ciuibus id negare ipſis, denique ui abigere conatus eſt. Qua iniuria coacti et ciues illos interfecerunt, et ad Fritigerum, reliquosque nominis Romani hoſtes ſeſe contulerunt, unde poſtea atrociſſimum illud contra Valentem Gratianumque bellum exortum eſt. Fuerunt igitur Romani ipſi cladium ſuarum auctores, unde et prudenter

et placatum uulnus offendere. Nam cum per ſe uiuax ſit recordatio calamitatum, tum mihi metus, hanc gaudiorum praeſentium lucem triſtium commemoratione fuſcare. Faciam ergo quod facere praeſtantes ſcientia medicos ſaepe uidi; altorum uulnerum cicatrices, poſtquam cutem ſa-

ter hic Orator cauſas belli reticendas cenſuit. Oroſius lib. VII. cap. XXXIII. *Propter intolerabilem auaritiam Maximi ducis fame et iniuriis adacti, in arma ſurgentes, omnia caedibus, incendiis, rapinis foedarunt.* Adde Freculphum lib. IV. cap. XX. qui Oroſium hic exſcribit, et Adonem in Chronico p. m. 146. *Id.*

III, 4. *placatum uulnus offendere*) *ulcus.* Sic Bong. Cod. et Bald. Ed. antea male legebatur *placatum uulgus.* Sic apud Terent. in Phorm. *ulcus tangere.* *Put.*

Legendum *cenſus* et *uulnus.* Id et ſententia, et ſequens medicorum comparatio euincit. *Acid.*

Defendit lectionem hanc Iuretus, cauſam nullam uideo. Malo igitur cum Balduino Puteanoque legere *ulsus* ex Bongarſii Cod. praeſertim cum et poſtea in hac ſimilitudine permaneat. *Scheff.*

In omnibus fere editis olim legebatur *uulgus*, quod quidem offendere nihil poteſt, ſed multis partibus rectior uidetur ſcriptura *uulnus*, quae confirmatur ex eo, quod addat, *offendere*; hoc enim uerbum proprie de uulneribus adhibetur. Rhodius Lexic. Scribon. p. 416. Val. Max. lib. I. cap. IV. exemp. 2. Confirmat et, quod alii praeferant *ulcus.* *Arntz.*

III, 5. *altorum uulnerum*) Perſpicue rectum eſt *altorum.* Eumenius in Conſtantinum: *Quid faciam igitur, ut tam profunda uulnera ſuſpenſa manu tractem?* Correximus et ſupra *alta* pro *alia*, ſcriptura aeque obſequente. Minus expoſitum, quod notatum mihi in Arnobio lib. II. *Quid ergo? uos ſoli ſapientiae conditi, atque intelligentiae ui mera neſcio quid aliud uidetis et profundum?* Equidem hic quoque *altum* reſcribam, et ſuſpicio mihi, ſciolum quempiam, literarum *i* et *r* ſimilitudine deceptum, cum *alium* legiſſet, *aliud* ſuffeciſſe. L.

In quibusdam Edit. inepte legebatur olim *aliorum*, cum absque dubio uerum ſit *altorum.* Ouid. lib. X. Met. v. 527.

nitate duxerunt, manu pendente tractabo: per ſententias iſſe, et ſingulos uniuerſosque rogitaſſe con-

v. 527. Luçan. lib. 1. v. 32. Martial. 1. Epigr. 61. Senec. Troad. v. 48.

Alto nefandum uulneri ferrum abdidit.

Sic dixit *profunda uulnera* Eumen. in Conſtant. cap. XIV. §. 3. Vide et Drakenb. ad Sil. lib. VI. v. 580. *Arntz.*

III, 5. *manu pendente tractabo*) Sic Eumen. in Conſtant. cap. XIV. *Quid faciam igitur, ut tam profunda uulnera ſuſpenſa manu tractem.* Plinius quoque lib. VI. Epiſt. ad Fabatum: *Tu uero non debes ſuſpenſa manu commendare mihi, quos tuendos putas. Put. et Grut.*

Tractare hic recte adhibet, cum ad medicos pertineat. Ouid. 1. ex Pont. Epiſt. VI. v. 24. Barth. ad Stat. lib. III. Theb. v. 154. et apud Iuſtin. lib. XII. cap. VI. §. 8. *Primum in fletus progreſſus amplecti mortuum, uulnera tractare. Arntz.*

III, 5. *per ſententias iſſe*) In C. *perſentiſſe* eſt, in L. *perſcrutaſſe*, uoces nihili, et a loquendi legibus alienae. Praeiuit ad uerum, quod V. B. exhibent corrupte, *perſentiaſſe;* unde eruebam aegre, nec ſine ſeria cura, *per ſententias iſſe*: nam *ſentias* in exaratitiis libris *ſententias* ualet. Lampridius Alex. Seuer. *Neque ullam conſtitutionem ſacrauit ſine* XX. *iurisperitis, et doctiſſimis ac ſapientibus Viris, iisdemque diſertiſſimis, non minus L. et id quidem ita, ut ixetur per ſententias ſingulorum, ac ſcriberetur, quid quisque dixiſſet.* Franc. Modius *percenſuiſſe* legebat, quod mihi quidem non admodum probat. Tu uide, ſis, mi Lector. L.

Leg. *praeſentes et ſingulos. Acid.*

Ita omnes. Acidalius putabat: *praeſentes et ſingulos.* Meus habet: *perſenciaſſe.* Verbum nihili, e quo tamen ueram eruo ſcripturam. Fuit enim, *per ſententias iſſe, τὸ ſententias* in Cod. quem ſecutus eſt meus, contracte ſcriptum fuit, hoc modo *ſentias*: quod non intellexit, ideoque cum ſequenti uerbo compoſuit. Eandem de hoc loco coniecturam etiam Liuineii fuiſſe nunc obſeruo, qui in ſuo quodam Cod. reperit *perſentiaſſe. Scheff.*

Ita priuatam in MSS. uocem e ueſtigiis Liuineius et Schefferus reſtituerunt: et tollendum omnino editorum, *perſentiſſe* aut *praeſentiſſe. Cellar.*

Locus ualde corruptus olim exſtabat, quem adhuc etiam Iacobus de la Baune in

contentus, an, quum inter omnes liqueret, feſſis

in ſplendida editione ſua retinuit, ſicque expreſſit: *Altorum uulnerum cicatrices, poſtquam cutem ſanitate duxerunt, manu pendente tractabo, praeſentiſſe, et ſingulos uniuerſosque rogitaſſe contentus, an etc.* Nihil corruptius eſt uoce *praeſentiſſe;* quam, teſte Liuineio, Codd. quidam fere adhuc deprauatiorem exhibuerunt, dum in aliis *perſentiſſe*, in aliis *perſcrutaſſe*, in aliis *perſentiaſſe* ſcriptum fuit. Et Critici in hoc mendo tollendo corrigendoque diu parum feliciter uerſati ſunt. Franc. Modius, *percenſuiſſe*, Acidalius *praeſentes* ſubſtituere uoluerunt. Primus ueram lectionem coniectura adſecutus eſt Liuineius, pro *praeſentiſſe* legendum exiſtimans *per ſententias iſſe.* Quam Liuineii coniecturam deinceps Cellarius et Patarol recte receperunt, utpote quae ſententiae Pacati egregie congruit et nunc auctoritate Cod. noſtri euidenter comprobatur. Ita enim ibi legimus: *Altorum uulnerum cicatrices, poſtquam cutem ſanitate duxerunt, manu pendente tractabo, per ſententias iſſe, et ſingulos uniuerſosque rogitaſſe, contentus etc.* Quid uero ſit, *per ſententias iſſe*, id explicat ipſe Pacatus in uerbis iſtis ſubſequentibus: *et ſingulos uniuerſosque rogitaſſe.* Scilicet Panegyriſtes his uerbis ſignificare uoluit, ſe in praeſenti oratione res aduerſas calamitoſasque, quae tunc acciderant Imperio Romano, uel plane praetermiſſurum, uel duntaxat parce leuiterque commemoraturum, ſatisque habiturum eſſe, ut comprobet, (ii etiam omnium omnino hominum ſententias et ſuffragia exquirat colligatque) meliorem digniorem-que Imperatorem Theodoſio ne quidem optari, nedum eligi potuiſſe. Ceterum, in eadem periodo pro *ſanitate* legere malim *ſanatae*; dummodo huic emendationi Codd. veteres ſuffragentur. S.

Hic locus diu in mendo cubauit, cum Veteres Editi ex eo fecerint *praeſentiſſe*, in quo errore praeiuit antiquiſſima, quam uidi, editio, eamque ſecuri ſecuti ſunt ceteri. Libens igitur acceſſerim ei ſcripturae, quam Cl. Schwarzius in Cod. ſcripto inuenit, quamque uidetur firmare Cod. Guelf. *ſinas.* Liuin. Epiſt. ad Lipſ. in Syll. Burm. Tom. I. p. 638. putat, ex uariis titubantium Codd. aberrationibus reponendum eſſe *percenturiaſſe*, quem uide. Nouimus autem uerbum *ire*, a ſolemni more Senatus Romani petitum adhiberi de ſen-

ten-

rebus medendum, tali aliquo uiro publicis gubernaculis admouendo, qui Imperatoris unius tueretur aetatem, alterius iuuaret laborem, potuerimus

tentiis, unde *ire* adplicari posset ad hanc rem, cum Senatorum esset, ut indicarent, quid ipsorum esset sententia, in hanc alteramue partem abeuntium pedibus discedere, cui opponitur, *ire in alia omnia*. Manut. ad Cicer. lib. I. Fam. Epist. II. Mox pro *rogitasse* Guelf. legit *excogitasse*, quamuis altera manus id iure correxerit. *Rogare* namque pertinet ad sententias exquirendas in Senatu. Cicer. lib. I. Fam. Epist. II. Sueton. Caesar. cap. XXI. et alibi. Senec. lud. Claud. p. 852. l. 6. §. ult. ff. de Decurion. Plin. Pan. cap. VII. Cort. ad Sall. Catil. cap. LII.

Arntzen.

III, 5. *fessis rebus*) Ita Tacitus XV. Annal. cap. L. *Ergo dum scelera Principis et finem adesse imperii, deligendumque qui fessis rebus succurreret* etc. et XI. Annal. cap. XXIV. *Fesso imperio subuentum est*; Eodem modo Plin. II. Histor. cap. VII. *Vespasianus Augustus fessis rebus subueniens* etc. Nimirum bella, saeuitia tyrannorum, et id genus non secus ac ingentes arduique labores, reipubl. Imperiique uires omnes misere exhauriunt.

Scheff.

Hoc dicit Senec. Oedip. v. 210. *fessis opem reportare*, et *fessum sustinere* Val. Flacc. lib. VIII. v. 231. ubi Burm. Nos ad Plin. Pan. cap. VIII. §. 3. *Arntz.*

III, 5. *imperatoris unius tueretur aet.*) Valentinianum intelligit, Gratiani fratrem, aetate adhuc immaturum, Nicephoro lib. XII. cap. XIX. Ambrosioque Ep. XXVII. testantibus, et, ut refert Zonaras, puerum tunc quadrimum, adeoque facile expositum iniuriis. Vide Onuphr. ad lib. III. Fast. p. m. 300. Sleidanus illum male filium Gratiani appellat. *Scheff.*

III, 5. *Principem uel optare.* Ex conuenientia praecedentis uoculae posset conici, legendum esse *uoto*, vt illud *o* absorptum fuerit a sequenti *optare* et *uot* originem ducat ex *uel*. Plin. Paneg. cap. IV. §. 4. *uoto saltem concipere.* Iuuen. Sat. III. v. 276. *et uotis poscere.* Lucan. lib. II. v. 533. Supra male Guelf. *tuetur* pro *tueretur*, quod frequens in Codd. scriptis, cum *er* et *re* ob compendium scripturae fuerint neglectae. Scheff. ad Iustin. lib. XI. cap. VIII. §. 5. Conf. not. ad Plin. Paneg. cap. XII. §. 3. Drakenb. ad Liu. lib. I. cap. XXXVII. et alibi iis in libris. *Arntz.*

mus huiusmodi Principem uel optare. In integro itaque rem totam esse faciamus, et in quodam orbis terrarum comitio quaeri putemus, quisnam sit ille, qui debeat tantam molem subire, et nutantia Romanae rei fata suscipere. Nonne, 6
is omnium suffragiis hominum tributim centuriatimque legeretur, cui felix patria, cui domus clara, cui forma diuina, cui aetas integra, cui militarium ciuiliumque rerum usus contigisset?

IV. Cuncta igitur a capite, proposito ordine, prosequamur; iam profecto constabit, eum Principem declaratum, qui et ab omnibus legi debuerit, et ex omnibus. Nam primum tibi ma- 2

III, 6. *nutantia Rom. rei fata*) Nam, ut Victor testatur in Gratiano, *extremum tunc periculum nomini Romano imminebat.* *Scheff.*

Multa retulerunt Romani de Fatis Vrbis suae, quam fingebant aeternam futuram, unde de ea Vrbe canit Rutil. lib. 1. v. 92.

Excedis factis grandia Fata tuis.

Firmiter enim olim persuadebant Romani, suam Vrbem nunquam perituram, nec subiectam immitioribus Fortunae telis, et calamitatibus iis, quae interitum possent minitari. Barth. ad Rutil. lib. 11. v. 55, 129, et 133. unde *Romana dies* pro omni aeuo. Barth. ad eund. lib. 1. v. 200. Inde quoque uota faciebant et ea persoluebant pro aeternitate Vrbis, Lipsi. ad Plin. Paneg. cap. LXVII. et Dempst. ad Rosin. lib. 1. Antiquit. cap. 11. *Arntz.*

III, 6. *Nonne is omnium*) Ita omnes. Meus τὸ *is* non agnoscit, et uidetur elegantius abesse posse. *Scheff.*

III, 6. *aetas integra*) *Integer* de florentibus annis adhibetur, qui in medio sunt robore. Virgil. lib. 11. Aen. v. 638. Ouid. lib. IX. Met. v. 440. Terent. Andr. act. 1. sc. 1. v. 45. Victor. Var. Lection. lib. XXV. cap. XXI. Sic et *aetas integra* apud Tacit. Agric. cap. XLIV. Vide et Plaut. Merc. act. III. sc. 11. v. 7. Symmach. lib. VII. Epist. CIII. *Arntz.*

IV, 1. *ab omnibus*) Plinii

ter Hiſpania eſt, terris omnibus terra felicior, cui excolendae, atque adeo ditandae impenſius, quàm ceteris gentibus, ſupremus ille rerum fa-
3 bricator indulſit: Quae nec auſtrinis obnoxia aeſtibus, nec arctois ſubiecta frigoribus, media fouetur axis utriuſque temperie: quae hinc Pyrenaeis montibus, illinc Oceani aeſtibus, inde Tyrrheni maris litoribus coronata, naturae ſoll-
4 ertis ingenio, uelut alter orbis, includitur. Adde tot egregias ciuitates, adde culta incultaque omnia uel fructibus plena, uel gregibus; adde auriferorum opes fluminum; adde radiantium metalla gemmarum. Scio, fabulas poëtarum,

Plinii imitatione, quem diligenter legiſſe noſter uidetur. Is enim ita Paneg. cap. VII. *Imperaturus omnibus, eligi debet ex omnibus.* Ceterum priorem coniunctionem Cod. meus non agnoſcit. *Scheff.*

Quae mox de felicitate Hiſpaniae ſcribit, confirmant omnes Veteres, ut ſua abundantia omnibus terris ſufficeret. V. D. ad Iuſtin. lib. XLIV. cap. 1. §. 4. et Melam lib. 11. cap. v. *Felix* enim accipitur pro fecundus, fertilis. Martial. lib. XIII. Epigr. XX. Pricaeus ad Apulei. lib. 1. Met. p. 4. Heinſ. ad Ouid. lib. IV. Faſt. v. 671. Drakenb. ad Sil. lib. IV. v. 359. et ad Liv. lib. VII. cap. XXVIII. Serv. ad Virg. lib. IV. Georg. v. 329. *impenſius* igitur dicit, pro largius, cumulatius. Schulting. ad Senec. Suaſor. VII. p. 48. *Arntz.*

IV, 2. *ceteris gentibus*) *Gentibus* addititium. *Ceteris terris* intelligitur. *Acid.*

IV, 3. *auſtrinis obnoxia aeſtibus*) Iuſtinus lib. XLIV. de Hiſpania: *nam neque ut Africa uiolento ſole torretur, neque ut Gallia aſſiduis uentis fatigatur; ſed, media inter utramque, hinc temperato calore, inde felicibus, et tempeſtiuis imbribus in omnia frugum genera foecunda eſt*, etc. *Put.*

IV, 3. *Pyrenaeis montibus*) Pro *Pyrenaeis*, quod in aliis exſtat, meus *Pyrennaei* habet, quod et ipſum bonum eſt. *Scheff.*

IV, 4. *metalla gemmarum*) Vid. Plinium lib. XXXVII. cap. IX. et X. Strabon.

tarum, auribus mulcendis repertas, aliqua nonnullis gentibus attribuiſſe miracula: quae, ut ſint uera, ſunt ſingula. nec iam excutio ueritatem. Sint, ut ſcribitur, Gargara prouentu laeta triticeo, Meuania memoretur armento, Campania

bon. lib. III. p. 99. et 100. Edit. Caſaub. ubi de Turditania. Iuſtin. lib. XLIV. *nec ſumma tantum terrae laudanda bona, uerum et abſtruſorum metallorum felices diuitiae.* *Put.*

Repete ex ſuperiori *opes.* Intelligit autem chryſolithos, quos Hiſpania producit. Vid. Plinium lib. XXXVII. cap. IX. Hae gemmae metalla radiant, hoc eſt, auri colore ſplendent. *Scheff.*

Non debet durius uideri, hanc uocem referri quoque ad lapides et pretioſos gemmarum theſauros. Barth. ad Stat. lib. III. Silu. I. v. 8. Drakenb. ad Silium lib. VIII. v. 482. not. ad Lucan. lib. IV. v. 304. Sedulius lib. I. Carm. v. 139. Barth. lib. XXXIV. Aduerſ. cap. III. Hauerc. ad Tertull. Apolog. cap. XXVII. *Arntz.*

IV, 4. *quae ut ſint uera.*) Leg. *quorum quaedam ſint uera* etc. *Acid.*

IV, 4. *Gargara prouentu*) Gargara cacumen montis Idae, uel oppidum in Myſia. Vide Macrob. Saturn. lib. V. cap. XX. Virgil. lib. I. Georg. 103.

Nullo tantum ſe Myſia cultu
Iactat: et ipſa ſuas mirantur
Gargara meſſes.

Ouid. lib. I. de art. amand. v. 57.

Gargara quot ſegetes, quot habet Methymna racemos,
Aequore quot piſces, fronde leguntur aues.
Put. et Scheff.

V. C. *prouentula, et attriticeo.* Repone ex ueſtigiis *prouentu laeta triticeo.* *Iuret.*

Not. ad Ouid. Epiſt. XVI. Her. v. 107. et Delrio ad Senec. Phoen. v. 608.

IV, 4. *Meuania memoretur armento*) Meuania, Vmbriae ciuitas, in qua armentorum maxima copia, quam *tauriferam* uocat Lucan. lib. I.

Et qui tauriferis ubi ſe Meuania campis
Explicat.

Papin. lib. III. Silv. Columella. *Put.*

Inepte et contra omnem ſcripturam editum Balduino *Menauia*, Geographis auctoribus, ut ait; at Ptolomaeo ac Straboni μηναvία eſt. Lucan. lib. I. Silius lib. VI.

Ingen-

censeatur monte Gaurano, Lydia praedicetur amne Pactolo; dum Hispaniae uni, quidquid ubique laudatur, adsurgat. Haec durissimos milites, haec

Ingentem pascens Meuania campum
Dona Ioui.
Propert. lib. IV. Eleg. 1.
Qua nebulosa cauo rorat Meuania campo.
Paulo post *assurgat* πολυτροπώτερον dixit, ut Virgil. lib. II. Georg.
Tmolus et assurgit quibus et Rex ipse Phanaeus. L.

In Meuania erant pascua pascendis pecoribus aptissima, quare recte addit *armento.* Serv. ad Virgil. lib. II. Georg. v. 144. Silius lib. IV. v. 546. Pluribus Barth. ad Stat. lib. I. Silv. IV. v. 128. Huc pertinet Columella lib. III. cap. VIII. §. 3. *Meuania armentis sublimibus insignis est.* ubi Schoetgen. *Arntz.*

IV, 4. *censeatur monte Gaurano*) Id est, laudetur, in pretio sit. Sic Vlpianus dixit: *feras iuris naturalis peritia censeri.* Sic Val. Maxim. lib. V. cap. II. in fin. *et sane ampliss imae diuitiae sunt, feliciter erogatis beneficiis tale posse censeri.* et lib. VI. cap. I. in princip. *te custode matronalis stola censetur.* et lib. VIII. cap. VII. ubi de Pythagora. Item de Democrito: *cum diuitiis censeri possit.* Similiter infra cap. XVII. *amicitiae laude censetur.* Claudian.

nec laude uirorum
Censeri contenta fuit. Put.

Propter uinum, quod ibi prouenit longe generosissimum, quodque cum Massico certare queat. Vide Plinium lib. XIV. cap. VI. *Scheff.*

IV, 4. *amne Pactolo*) Notissimus propter aurum quod uehit. Vide Plin. lib. XXXIII. cap. IV. Solinum cap. LIII. *Scheff.*

IV, 5. *durissimos milites*) Florus lib. II. uocat *bellatricem, armisque uirisque nobilem Hispaniam, illam Annibalis eruditricem.* Claudianus de laud. Serenae:

Quid dignum memorare tuis Hispania terris
Vox humana ualet.

et mox:

Dites equis, frugum facilis, pretiosa metallis,
Principibus fecunda piis, tibi saecula debent
Traianum.

et paulo post:

Sola nouum Latiis uectigal Iberia rebus,
Contulit Augustos: fruges, aeraria, miles
Vndique conueniunt, totoque ex orbe leguntur.
Haec generat, qui cuncta regant:

et

haec experientiſſimos duces, haec facundiſſimos oratores, haec clariſſimos uates parit: haec iudicum mater, haec principum eſt. Haec Traianum illum, haec deinceps Adrianum miſit imperio; huic te debet imperium. Cedat his terris terra Cretenſis, parui Iouis gloriata cunabulis, et geminis Delos reptata Numinibus, et alumno Hercule nobiles Thebae. Fidem conſtare neſcimus auditis: Deum dedit Hiſpania, quem uidemus.

et in laudibus Honorii:

et quae diademata mundo
Sparſit Ibera domus. Put.

IV, 5. *experientiſſimos duces,*) Haec in Traiani, Adriani, et paucorum aliorum reſpectu dicuntur. Nam alias, ſi credimus Iuſtino, *in magna ſeculorum ſerie nullus illis magnus Dux praeter Viriatum fuit*, lib. XLIV. cap. 11. *Scheff.*

Guelf. legit *experti ſſimos*, quomodo noſter loquitur infr. cap. IX. V. Drakenb. ad Liuium lib. VI. cap. XXXIV. *Arntz.*

IV, 5. *indicum mater*) Puto hic per *Iudices* Praefectos Vrbis intelligere, hoc eſt, eos, qui nomine Imperatoris, Romae ius dicebant, ipſique praeerant Senatui. Certe Symmachus ſe paſſim *iudicem* appellat, cum eſſet praefectus Vrbis. Vide inprimis lib. X. Ep. XXVIII. adde et quae ad lib. II. Ep. LXXIV. obſeruat Iuretus. *Scheff.*

IV, 5. *Delos reptata Numinibus*) Caſtore et Polluce. *Cell.*

Verius dixiſſet Apolline et Diana, unde Apollo *Deliacus* dictus. Dempſt. ad Roſin. lib. 11. cap. VII. Mentio ideo occurrit *Apollinis genitoris aree in Delo.* V. Iunium lib. 1. Anim. cap. XXI. et Illuſtr. Spanhem. ad Callim. in Delum. v. 253. Sed praecipue v. 477. Et Barth. lib. XXV. Aduerſ. cap. XXII. *Arntz.*

IV, 5. *Thebae.*) Celeberrimae fuerunt cum aliis, tum praecipue ob Dionyſium, Herculem etc. Schmid. ad Pindar. Pyth. B. v. 6. V. D. ad Iuſtin. lib. XI. cap. IV. §. 5. Ionſenius Epiſt. de Spartis p. 214. et ſqq. *Arntz.*

IV, 5. *fidem conſtare neſcimus*) Non negabis, aeque bonum, ſi non melius: *fidem praeſtare neſcimus.* *Grut.*

V. Erat iuſtae compenſationis occaſio, ut, qui de patriae tuae laudibus pauca dixiſſem, patris ſaltem uirtutibus praedicandis prolixius immorarer: ſed quid faciam? Nouam quamdam patior
2 ex copia difficultatem. Quid, inquam, faciam? Quae Rhenus aut Vahalis uidit, adgrediar? Iam ſe mihi Sarmatica caede ſanguineus Iſter obiiciet. Attri-

V, 1. *iuſtae compenſationis*) *Iuſte compenſationibus.* Legendum *iuſtae compenſationis.* *Acid.*

Acidalii correctionem meus Cod. firmat. *Scheff.*

V, 1. *patris ſaltem uirtutibus.*) Qui et ipſe dictus fuit Theodoſius, (Caſſiod. in Chron.) Comesque fuit ſub Imperatore Valente, a quo etiam propter nomen interfectus eſt, quemadmodum ex Freculphi lib. IV. cap. XIX. et Hieronymi Chronicis intelligimus. Nicephorus lib. 11. cap. XLV. *fuiſſe* ait *uirum magna militiae gloria, ex Hiſpania, ubi claro loco natus fuerat, genus trahentem.* Male hic patruus Gratiani dicitur a Proſpero in Chronico, ſi modo uera lectio, quam Editio Baſileenſis nobis exhibet. Nam ego pro *Gratianus poſt mortem patrui Theodoſii Theodoſium filium* etc. legerem. *p. m. patrui Theodoſium, Theodoſii filium.* Niſi quis traiectas ſponte uoces ab illo exiſtimare uelit. Aur. Victori pater Theodoſii non eſt Theodoſius, ſed Honorius, quod notandum eſt. *Scheff.*

Et ipſe Pater nomine Theodoſius, cuius res geſtas Ammianus narrat, in Valeſii indice diſtincte notatas: qui aulicorum inuidia Carthagine, quum baptizatus eſſet, fuit interfectus. Oroſius lib. VII. cap. XXXIII. Adde Valeſ. p. 579. ad Ammiani lib. XXIX. cap. V. extr. *Cellar.*

V, 1. *Quid faciam?*) uſitatum hoc dubitandi quaſi prouerbium, ut recte iam monuit Cognatus in Erasmi prouerb. p. 56. Burm. ad Ouid. lib. 1. Art. v. 631. Virgil. Ecl. 1. v. 41. *Quid facerem? neque ſeruitio me exire licebat.* ubi recte Emmeneſſ. et Barth. ad Stat. lib. IX. Theb. v. 490. et Eraſm. l. l. p. m. 55. *Arntz.*

V, 2. *Rhenus aut Vahalis*) *Vahalis.* Sic Pariſienſis ex coniectura Liuineii, ante legebatur *Vacalis.* Meus habet *Vachalis.* Caeterum de rebus hiſce a parente Theodoſii geſtis uidendus eſt Claudianus

Attritam pedeſtribus praeliis Britanniam referam? Saxo conſumtus bellis naualibus offeretur. Redactum ad paludes ſuas Scotum loquar? Compulſus in ſolitudines auias omnis Alamanus, et uterque Maurus occurrent. Quum igitur impediat turba dilectum; ad hoc tanti uiri geſta praeſtet in ſummam referre, quam enumerando tenuare: dixiſſe ſufficiat, unum illum diuinitus exſtitiſſe, in quo uirtutes ſimul omnes uigerent, quae ſingulae in

3

dianus III. Conſ. Honor. Freculphus lib. IV. c. XIX. *Scheff.*

Vachalis praetulit Guelf. errore certiſſimo. Notiſſimus eſt Batauiae fluuius, qui hodie idem nomen ſeruat *Waël.* V. Tacit. lib. XI. Annal. cap. VI. Alting. notit. Batav. p. 11. et aliis eo in libro locis. *Arntz.*

V, 2. *praeliis Batauiam*) In noſtro Cod. ſcriptum eſt: *attritam pedeſtribus praeliis Britanniam referam?* quod nomen recte hic locum habet. Theodoſii patris res in Britannia geſtae ſunt celebratiores, et, quae ad Batauiam referri poſſunt, Pacatus iam in his uerbis attigiſſe uidetur: *Quae Rhenus aut Vahalis uidit, aggrediar?* S.

V, 3. *ad hoc tanti uiri geſta* etc.) Eadem in Cuſp. lectio, niſi quod mox *quanti* exhibet pro *quam*, indubie nullo ſenſu. Optime V. B. *ad hoc tanti uiri geſta praeſtet* etc. *Ad - hoc*, i. e. praeterea. Auctor infra: *gemmis ſericoque praebendo, ad - hoc triumphalibus belluis in tua eſſeda ſuggerendis* etc. Frequens Plinio, Sexto Victori, aliis. L.

Ad marg. *atque tam praeſtet* coniiciunt: nec id ſatis recte. L. *atque tanta geſta praeſtat in ſumma referre, quam enumerando* etc. *Acid.*

Danieli blandiebatur, *in ſummam*, et malim. G.

Hunc locum uarie tentarunt. Acidalius pro *ad qui tantum praeſtet geſta in ſummum*, quod habent Veteres Stephani, facit, *atque tanta geſta praeſtat in ſumma.* Gruterus cum Daniele ex MS. ſcribunt, *ad hoc tanti uiri geſta praeſtet in ſummam referre*; quod et ante illos Liuincius fecit. Meus: *ad hoc tantum uiri geſta praeſtet in ſummam referre, quam enumerando tenuare.* Puto noſtram ſe rectiſſime habere. Illud *ad hoc* idem eſt ac praeterea,

4 in omnibus praedicantur. An ſi eius ſeculo mos ille uixiſſet, quo Romani duces Macedonici, Cretici, Numantini, de uocabulis gentium ſubactarum, adoptiuum inſigne ſumebant: nonne hodie pauciora in annalium ſcriniis, quam in ueſtrae domus titulis, cognomenta legerentur? quum ipſe Saxo-

terea, ut recte Liuineius obſeruauit. *Scheff.*

Burman. ad Ouid. lib. VI. Met. v. 459. Drakenb. ad Liv. lib. VI. cap. VII. not. ad Plin. Paneg. cap. XLVIII. §. 4. *Arntz.*

V, 4. *An*) Schwarzius reſcribit *Ac*; easque particulas ſaepe confundi, monet ad Plin. Paneg. 59. 1. *Iaeg*

V, 4. *mos ille uixiſſet,*) Similis locus apud Claudian. lib. III. de laud. Stilicon. v. 14.

Oſtentare ſuas priſco ſi more labores,
Et gentes cuperet uulgo monſtrare ſubactas,
Certarent utroque pares a cardine Laurus;
Haec Alamannorum ſpoliis auſtralibus, illa
Ditior exuuiis. etc. *Put.*

Non damno; uſitatius tamen erat *uiguiſſet*. *Acid.*

Mallem cum Acidalio *uiguiſſet*, licet illud alterum etiam meus retineat. De re ipſa ſciendum, temporibus Caeſarum, poſteriorum maxime, cognomenta iſta nemini data, niſi ſoli Principi, aut Imperaturo, cum antea quibuscunque bonis ducibus darentur. Hoc eſt quod apud Tacitum lib. I. Annal. cap. XXXI. milites Germanici dicunt: *In ſuum cognomentum adſciſci imperaturos*; quodque de Traiano ſcribit Plinius Paneg. cap. IX. §. 2. *miſſum ei a Nerua in caſtra Germanici cognomentum.* *Scheff.*

Non mutandum in *uiguiſſet*, cum *uiuere* dicantur leges, quae plenum obtinent uigorem. Pr. Inſtitut. de perpet. et tempor. action. Supra pro *illum* Guelf. *illud*. Mox pro *nonne* in marg. Liuineius coniecit *nan*, uix uideo cui uſui. Nam ſi ita praeferrent Codd. putarem *non* pro *nonne* exponendum eſſe, ut alii eo modo adhibuerunt. Vid. not. ad Plin. Paneg. cap. L. §. 4. et cap. XLIX. §. 4. et alibi in eodem Panegyrico. *Arntz.*

V, 4. *nonne hodie pauciora*) Male diuulſa haec a ſuperioribus integra interpunctione. Tu ſic committe: *inſigne ſumebant*: *nonne hodie*. Nec te turbet *an* praemiſſum, et ſubillatum *nonne*. *Acid.*

V, 4. *cognomenta*) Romani honeſtiores fere tria habuerunt nomina, quare id, quod

Saxonicus, ipſe Sarmaticus, ipſe Alamanicus diceretur, et, quantum tota res publica habet hoſtium, tantum una familia oſtenderet triumphorum.

VI. Sed quid neceſſe eſt mitti in praeteritum diligentiam curioſam? patrem, Imperator, tuum de te aeſtimemus. nec difficilis coniectatio eſt. Nam quum duo ſint, quae claros duces faciant, ſumma uirtus, ſummaque felicitas; ſcire obuium eſt,

quod tertio loco ponebatur, cognomen habebatur. Aliquando quartum accedebat, quod praecipue imponebatur ex populo, uel aliqua urbe clariore deuicta, ut a *Creta*, *Creticus*, a *Macedonia*, *Macedonicus*. Freinsh. ad Flor. lib. I. cap. XI. §. 9. et Duker. ad eumd. lib. III. cap. VII. fin. Coſta in pr. Inſtit. prooem. p. 2. Quamuis reperiamus *cognomen* abuſiue pro agnomine adhiberi, ut h. l. Plura Cort. ad Salluſt. Iug. cap. V. §. 4. et Celeberr. C. H. Trotzius memor. propag. cap. I. *Arntz.*

V, 4. *et triumphorum*) Del. *et*. *Acid.*

VI, 1. *uirtus*) Hoc inprimis in Viro Principe praedicabatur: unde illud Ciceronis lib. X. Fam. Epiſt. III. *Omnia ſumma conſecutus uirtute duce, comite fortuna.* Liuius lib. X. cap. XXXVI. *Virtus non ſolum Conſulem, ſed et fors adiuuit.* ubi conſul. Drakenb. Ammian. Marcell. lib. XIV. cap. VI. *uirtus conuenit atque fortuna*: ubi Lindenbrog. cum Fabro lib. I. Semeſt. cap. XIX. Alia res eſt, *quibus*, ut ait Tacit. lib. II. Hiſtor. cap. LXXXII. *Fortuna pro uirtute eſſet.* Male igitur uerba *praed. f. v. q. t. docuit*, *qua* neglexit Guelf. *Arntz.*

VI, 1. *ſcire obuium eſt, qua fuerit*) Deeſt alterum membrum, quod in Cuſp. reperi: *Scire obuium eſt, qua praeditus fuerit uirtute, qui te docuit, qua fuerit felicitate praed.* etc. *Qui te docuit*, hoc eſt, cui rudimenta, et ſcientiam debes rei bellicae, i. e. pater. Infra cap. VIII. fin. *tu ita fortiter multa geſſiſti, ut ea non tantum Alexander, aut Africanus, aut Hannibal uidere, dum diſceret, ſed parentes atque inſtitutores eorum optaſſent facere, dum docerent.* *Liuin.*

Sic editio Cuſpiniani, ſic Rhenani: nec reprehendo: putarim tantum, tolli poſſe alte-

est, qua praeditus fuerit uirtute, qui te docuit,
2 qua fuerit felicitate praeditus, qui te genuit. O
digna Imperatore nobilitas eius esse filium Prin-
cipem, qui Princeps esse debuerit, qui hunc hu-
mani fastigii apicem non solum fortitudine atque
sapientia, sed decore etiam corporis et dignitate
potu-

alterum *fuerit* et *praeditus*; ut scribatur, *qua felicitate, qui genuit*. Omissa etiam *te* posteriores editiones, nescio casune, an consulto, excluserе totum illud, *qua praeditus fuerit uirtute qui te docuit*: nec meminit Liuineius, an inuenerit in exemplaribus scriptis. G.

Retinuimus, quod est in editione Parisiensi, et ie in Cod. reperisse Liuineius testatus est. Meus habet: *qua praeditus fuerit felicitate te genuit*. *Scheff.*

VI, 2. *eius esse filium Principem*) *Filium Principum* corruptissime. Ad marg. conlciunt *eius esse filium Principis qui*. Obscure, imo plane contra auctoris mentem. Non enim filium a patre commendat, sed contra a filio patrem. Leg. ergo: *eius esse filii patrem, qui Princeps esse debuerit, qui hunc Rom.* etc. *Acid.*

Ita meus. Ante legebatur: *eius esses filium Principem esse*: ex quo Stephanus faciebat *eius esse filium Principis qui*, quod obscurum dixit Acidalius, ideoque emendauit, *eius esse filii patrem qui Princeps*. Videtur tamen Stephanus in animo habuisse illam lectionem, quae auctoritate nostri Cod. firmata est. *Scheff.*

VI, 2. *humani*) Nescio cur reiiciatur scriptura aliorum Codd. inter quo Cod. Guelf. et consensus Barthii ad Claud. in Nupt. Honor. p. 774. qui censuit ita scribendum ex optimis libris. Confirmat Florus prooem. lib. I. §. 2. *Humani generis fata*, ubi V. D. ita *orbis terrarum* pro imperio Romano. Sueton. Caes. cap. VII. et LXI. Petron. cap. CXIX.. *Arntz.*

VI, 2. *decore etiam*) Illud *etiam* displicuit Cod. Guelf. et, ut uidetur, iure. V. Drakenborch. ad Liuium lib. II. cap. V. §. 1. Manut. ad Cicer. lib. I. Fam. Epist. VI. Iuuat hanc scripturam ipse Pacatus infr. cap. XVI. §. 2. *Non solum intra curiam uocasti, sed indutum purpura* etc. Cort. ad Sallust. Iugurth. cap. XIV. §. 23. Periz. ad Val. Max. lib. III. cap. III. ext. 4. et nos ad Plin. Paneg. cap. VIII. §. 1. et cap. IX. §. 1. *Idem.*

potuerit aequare! uelut tua haec forma uenerabilis, quam fortunae ſuae par eſt? quam longe lateque conſpicua commendat imperium? ut plane in ambiguo ſit, utrumne te magis noſtris mentibus uirtus, an obtutibus uultus inſinuet. Non 3
fruſtra plane, opinione ſapientium, qui, naturalium momenta cauſſarum ſubtilius ſciſcitati, arcanis caeleſtibus nobiles curas intulerunt, auguſtiſſima quaeque ſpecies plurimum creditur trahere de caelo. ſiue enim diuinus ille animus, uenturus in corpus, dignum prius metatur hoſpitium; ſiue, quum

VI, 3. *auguſtiſſima*) Opinio Veterum erat, credentium, quo quis pulcrior eſſet, eo propius accedere ad Deos. Lamprid. Alex. Seuer. cap. XXXIII. *auguſtiſſima quaeque ſpecies plurima creditur trahere de caelo*: et not. ad Plin. Pan. cap. IV. §. 7. Stephan. ad Saxonem Grammat. Hiſtor. Danic. lib. II. p. 67. Hinc eſt, quod anima fuerit habita *rector corporis*. Senec. lib. V. de Benef. cap. XXV. Cortius ad Salluſt. Iug. cap. II. §. 3. Supra pro *ſapientium*, *ſapientum* reperitur in Guelf. aeque bene, cum utraque forma fuerit recepta. Voſſius Analog. lib. II. cap. XIV. Cortius ad Salluſt. Iug. cap. LXXXIX. §. 5. et Catilin. cap. LI. §. 9. Cicero pro Archia cap. VI. Omiſſo *de* ſimpl. *caelo* legit Stephan. ad Saxonem Grammat. Hiſtor. Danic. lib. II. p. 67. et Schulting. ad Senec. Suaſor. IV. p. 36. *Arntz.*

VI, 3. *prius metatur hoſpitium*) Gemina Eumenius in Conſtantin. *non fruſtra enim doctiſſimi Viri dicunt Naturam ipſam magnis mentibus domicilia corporum digna metari, et ex uultu hominis, ac decore membrorum colligi poſſe, quantus illos caeleſtis ſpiritus intrarit habitator.* *Liuin.*

Verbum ex militia deſumtum: ibi enim *metatores hoſpitiorum*, et *metata*. V. titul. Cod. de Metatis. *Metari*, ait Nonius, *parare*: *unde et hodie metatores*. Res ipſa ex Philoſophia Pythagoreorum eſt. Ex ipſorum enim ſententia anima quaeque dignum ſibi eligit domicilium. V. Hieroclem in aurea carm. Pythag. *Scheff.*

quum uenerit, fingit habitaculum pro habitu ſuo; ſiue aliud ex altero creſcit, et, quum ſe paria iunxerunt, utraque maiora ſunt: parcam arcanum caeleſte rimari. Tibi iſtud ſoli pateat, Imperator, cum Deo conſorte ſecretum. Illud dicam, quod intellexiſſe hominem, et dixiſſe fas eſt; talem eſſe debere, qui a gentibus adoratur, cui toto orbe terrarum priuata uel publica uota reduntur, a quo petit nauigaturus ſerenum, peregrinaturus reditum, pugnaturus auſpicium.

VII. Dudum, ut uideo, dedignaris hanc gloriam:

VI, 3. *ſiue quum uenerit.*) Leg. *ſeu quum;* debuerat enim dicere, *alterum ex altero creſcit.* Verum non tam exacte ſuorum uerborum diſcrimen attendunt hi ſcriptores, et utrumque proque altero alterum promiſcue uſurpant. *Acid.*

VI, 3. *fingit habitaculum.*) Sententia Platonicorum, de qua conſule Plotinum paſſim, et in eum commentaria Ficini. *Scheff.*

VI, 3. *pro habitu ſuo*) natura et indole. v. Cort. ad Salluſt. Iugurth. c. 28. 4. *Ineg.*

VI, 3. *aliud ex altero creſcit*) Vti tradit Ariſtoteles, qui ex materiae potentia formam producit. *Scheff.*

VI, 3. *paria iunxerunt*) Meus: *coniunxerunt.* mox pro *maiora*, habet *meliora*, quod probum puto. *Idem.*

VI, 4. *qui a gentibus*) In meo Cod. praepoſitio, quae eſt in aliis, non legitur. *Idem.*

Cod. Guelf. ſimpliciter *gentibus* omiſſa praepoſitione ſine ſententiae damno. *Arntz.*

VI, 4. *a quo petit*) Nimium hoc ab homine exſpectare: et tamen ita et olim Imperatores acclamabantur. Auguſto nautae nauis Alexandrinae acclamabant: *per illum ſe uiuere: per illum nauigare.* Suetonius cap. XCVIII. *Cell.*

Serenum, quod ſequitur, notat ſerenitatem, tempus nauigaturis adpetitum. Serv. ad Virgil. lib. V. Aen. v. 851. Lucretius lib. VI. v. 1099. Palladius lib. I. de Re Ruſt. cap. XXX. §. 3. Salmaſius ad Solinum Polyh. p. 74. et 297. Drakenborch. ad Silium lib. XII. v. 4. Burman. ad Valerium Flacc. lib. I. v. 332.

noſtris ingrata ſerenis. Seneca Hippol. v. 672. *Arntzen.*

tiam : ſed patere, eam in laudum tuarum parte conſtitui, quae ſolebat in aliis ſola laudari. Virrus tua meruit imperium, ſed uirtuti addidit forma ſuffragium. Illa praeſtitit, ut oporteret, te Principem fieri ; haec, ut deceret. An uero quid- 2
quam putamus in imperii tui declaratione praeteritum, quum ductam eſſe rationem ipſorum etiam uideamus annorum? cuius quidem rei tanta fuit cura maioribus, ut non ſolum in ampliſſimis magiſtratibus adipiſcendis, ſed in praeturis quoque, aut aedilitatibus capeſſendis aetas ſpectata ſit petitorum, nec quisquam tantum ualuerit nobilitate, uel gratia, uel pecunia, qui annos comitiali lege praeſcriptos feſtinatis hono-

VII, 1. *eam in laudum*) Franc. Balduinus *ea in laudum tuarum* edidit, mihi liquet ſincerum eſſe *ea a me in laudum tuar.* Infra quod de aetate Conſulari, Praetoria, Aedilitia, ait, (addo a me et Quaeſtoria) Paullus Manutius aliique nonnulli ſerio, et cum cura tractarunt, quos non exſcribo. *Liv.*

Leg. *ea*, imo potius, *etiam*. *Acid.*

Idem Daniel, nec non Bongarſius demiam uolebant literam uoci *ſolebant*, ut fieret, *ſolebat*, niſi legamus *ſed patere eam*, et ſane alterutrum admittendum eſt. *Grut.*

Balduinus hic coniectat *ea:* Liuineius *ea a me*. Acidalius *etiam*, Gruterus pro *ſolebant* ſcribit *ſolebat*. Meus palam praefert *ea*, ita enim habet: *ſed patere ea in laudium t. p. t.* etc. *laudium* dixit etiam Sidonius Carm. XXXIII.

Hoc centeſima laudium tuarum eſt. *Scheff.*

Libenter accederem ſcripturae Cod. Guelf. *ea*, quae minime damnanda, cum fraudem fecerit ignorantibus librariis, quod praeceſſit, *gloriam*. Aliter uero ſentiebant Veteres. Horatius lib. IV. Od. IV. v. 36.

Dedecorant bene nata culpae.

Burman. ad Quinctil. Declam. I. cap. VI. Taubman. ad Plaut. Amphit. act. I. ſc. III. v. 39. *Arntzen.*

VII, 2. *comitiali lege*) *Annalem* capio, quae lata ab L. Villio, Trib. plebi, quot annos nati quemque Magiſtratum

3 ribus occuparit. Nec iniuria id quidem. nam et
qui uenturi sunt in uirtutis adoptionem, illo ta-
men adolescentiae lubrico, ut non cadant, titu-
4 bant. An non clarissimos nominis Romani uiros
(Sullas, Catulos, Scipiones loquor) aliquantis-
per

stratum peterent, caperentque. Vnde familiae cognomen inditum, ut *Annales* adpellarentur. Auctor Liuius lib. XL. *Liuin.*

Spectat ad id, quod honoribus gerendis certus annorum numerus esset praestitutus, quae Lex *Comitialis* dicebatur. Maximus Cuiacius lib. XXI. Obs. cap. XXXII. et Drakenb. ad Liuium lib. XL. cap. XLIV. Ideoque is annus, quo aliquem Magistratum petere iure possent, dicebatur *suus annus*. Abramus ad Cicer. pro Milon. cap. IX. *Arntz.*

VII, 4. *clarissimos nominis R. uiros*) Cicero pro M. Coelio. *Multi et nostra et patrum maiorumque memoria summi homines, et clarissimi ciues fuerunt, quorum cum adolescentiae cupiditates deferbuissent, eximiae uirtutes, firmata iam aetate, exstiterunt. Scheff.*

Clarissimi dicebantur Coss. et Senatores. V. D. ad Plinium lib. VII. Epist. XXXIII. et *Clarissimus ordo*. Clarius Prudentius lib. I. in Symmach. v. 490.

Ipse Senatorum meminit Clarissimus ordo.

Nemesian. Cyneg. v. 81.

Augustos habitus, Romam, clarumque Senatum.

ubi Burman. Casaubon. ad Vopiscum Aurel. cap. *XIX.* Ita capimus Horatium lib. *IV.* Od. *VI.* v. 31.

Puerique claris
Patribus orti.

Et praecipue quidem dicuntur *Clarissimi* hi Viri, quia summos in re publ. Romana gesserant honores. V. Drakenborch. ad Liuium lib. *XXXIV.* cap. *IV.* §. 20. *Arntz.*

VII, 4. *Syllas, Catulos,*) *Illos Catulos*, tetigit mihi aurem, quod in V. offendi, (*Si illos Catulos* etc.) ac sub manu *Syllas, Catulos* etc. emendabam. Quod diserte L. C. post firmarunt. Tu adi, Lector, Valer. Maxim. lib. *VI.* cap. *IX.* Ascribam et Ciceronis pro M. Coelio cap. *XII.* locum: *Equidem multos et uidi in hac ciuitate, et audiui, non modo qui primoribus labris gustassent genus hoc uitae, et extremis (ut dicitur) digitis attigissent, sed qui totam adolescentiam uoluptatibus dedidissent, emersisse aliquando, et se ad frugem bonam recepisse, grauesque homines atque illustres fuisse.* L.

Audiendi

per ſibi luxuria uindicauit? quos etſi ad portum mutati in melius reuexerint flatus, diu tamen uitiorum turbo iactauit, et naufragos atque fluitantes, ab illis, quibus merſabantur, erroribus aegre aetas recepit. Bene igitur cuncta quadrarunt, et ceteris, quae innumera congruebant, anni quoque ſuum iunxere ſuffragium, qui ſoli in homine perfecti bono duarum potiuntur aetatum, uirtute iuuenum, et maturitate ſeniorum. Prius fortaſſe imperium inire debueris, ut diutius imperares; ſed ſine exempli periculo prouidebitur, 5 6

R 2 ne

Audiendi duo Codd. unus typis uulgatus, alter exaratus calamo, *Syllas, Catulos* etc. *Grut.*

Syllas, quippe qui cum ſcurris hiſtrionibusque uiuere, crebroque potare conſueuit. Vide Plutarch. in ipſius uita, ubi et libidines illius iuueniles commemorat. *Scheff.*

VII, 4. *Scipiones*) Conſule Valer. Maxim. lib. *VI.* cap. *IX.* *Idem.*

VII, 4. *reuexerint flatus*) Nulla fuit ratio, cur Balduinus reponeret *reduxerint.* *Iurèt.*

VII, 4. *fluitantes.*) *fluctantes*, uulgo *fluctuantes*: meus Cod. *fluitantes. Scheff.*

VII, 6. *ſine exempli periculo prouidebatur*) *Prouidebitur.* Confuſum hoc et intricatum. Expedio diſtinctionibus: *Sed ſine exempli periculo prouidebatur. Ne quid amiſeris uita longiore penſand.* Vocibus *exempli periculo* reſpicit ad ſuperiorem ſententiam iſtam: *nam et qui uenturi ſunt in uirtutis adoptionem, illo tamen adoleſcentiae lubrico, ut non cadant, titubant.* Niſi forte quaedam deſunt, ad hoc exemplum: *Sed ſine exempli periculo non potueris. Et prouidebitur, ne quid amiſeris. Vita longiore penſandum, quod ex praeterito* etc. *Acid.*

Locus integer, quique nullam Acidalii medicinam deſiderat. Senſus eſt: prouidebitur ſine periculo exempli, quod alioquin metuendum fuit, ſi citius ueniſſes ad imperium. Quid prouidebitur? ne quid amiſeris ex eo tempore, quo ante imperare debuiſſes. Quomodo? ſi, quod ex praeterito priuatus perdidiſti, longiore uita, adeoque et imperio com-

ne quid amiſeris. Vita longiore penſandum, quod ex praeterito perdidiſti. parum intereſt, quando coeperit, quod terminum non habebit.

VIII. Hactenus in te praedicata ſint, Imperator,

compenſetur. *Exempli periculum* appellat, quod lubire forſan res publ. coacta fuiſſet ſub alio Principe, minime tali, quale fuit Theodoſii, ingenio, ſi ad illius exemplum aetate nondum matura ad imperium fuiſſet electus. *Scheff.*

Sine exempli periculo prouidebitur.) Arguta eſt haec lectio, neque temere ſollicitanda; quamuis neſciam, quid hic tentauerit Acidalius. Laudat Pacatus Theodoſium, quod non immatura aetate, nec contra omnes leges annales Veterum, ſuſceperit imperium: et quamuis citius ad id faſtigium euehi debuerit, ut diutius imperaret, et bene de imperio Romano mereretur, ex Dei tamen prouidentia, ſine metu quidem et periculo exempli Legum annalium nimis uiolatarum, futurum eſſe ait, ut quantacunque illa mora, eo longiore uita, perenniore imperio compenſetur. Sic, ut opinamur, ſententia Pacati ſibi conſtabit. Non tamen poſſumus, quin leuem uariationem Cod. noſtri hoc quoque loco exhibeamus: *Prius fortaſſe imperium inire debuiſti, ut diutius imperares; ſed ſine exempli iudicio* (f. indicio) *prouidebitur, ne quid amiſeris.* etc. Quid enim, ſi putemus, nomen *iudicio* hic dictum ſcriptumue eſſe pro *praeindicio*? Tunc eadem quidem Pacati ſententia maneret, ſed forte paullo facilius caperetur. Imo quid, ſi pro *iudicio, indicio* legi debere exiſtimemus, quaſi dixerit Pacatus: Quamuis ſerius pro meritis ſuis ad imperium peruenerit Theodoſius, ſine omnis tamen ſimilis exempli *indicio* et ueſtigio a Deo prouiſum iri, ut is quam diutiſſime imperet, eiusque imperium finem terminumque non habeat, adeoque mora illa largiſſime compenſetur? Non uero inſolens fuit, Imperatoribus aeternum imperium ominari, adprecarique. *S.*

Iudicio quoque praefert Guelf. pro *periculo*. Sed *periculum* in eo erat, quod ante annos legibus ſtatutos ad imperium peruenisſet. *Arntz.*

VII, 6. *coeperit, terminum non habebit.*) Intellige ſcilicet *imperium*. At mihi generalis eſſe ſententia uidetur, immittendumque *quod terminum n. h.* *Acid.*

rator, dona fatorum: nunc ad ea proferamus gradum, quae tibi debes. neque enim tua illa praeterita bellicae rei gloria, quam per tot laborum experimenta quaesisti, adscribenda fortunae est. Cui hoc nomine etiam succensèri potest, 2
quod, quem sceptro et solio destinauerat, numquam indulgenter habuit: sed, ut seueri patres his, quos plus diligunt, filiis tristiores sunt, ita illa te plurimis bellis, et difficillimis rei publicae temporibus exercuit; dum aptat imperio. Et 3
prius quidem quam ad illa ueniam, quae aeui maturus egisti, summatim tuum illud attingam cum patre diuino castrense collegium, actas sub pellibus hiemes, aestates inter bella fudatas, dies noctesque praeliando aut uigilando consumtas, grauissimas pugnas terra marique pugnatas. Non 4

VIII, 1. *proferamus*) Guelf. *properamus*. Virgil. lib. *IV*. Aen. 641.

illa gradum studio celerabat amili.

Senec. Agamem. v. 388. sed idem Cod. inuerso ordine legit: *ad ea nunc proper. Arntz.*

VIII, 2. *tristiores*) *Tristes* proprie dicuntur Patres, qui in liberos seueriori auctoritate utuntur. Serv. ad Virgil. lib. VI. Aen. v. 315. Barth. ad Stat. lib. VII. Thebaid. v. 51. Pricaeus ad Matth. cap. VI. v. 16. Ideo recte praecefferat: *Seueri patres*. Adde Broukhus. ad Tibull. lib. III. El. III. v. 35. Tacit. lib. I. Histor. cap. XV. Vnde adparet male uocem *patres* omittere Guelf. *Arntz.*

VIII, 3. *aeui maturus*) Virgilius,

aeui maturus Acestes.

sic Nazarius Panegyr. Constant. cap. XVI. *Tu, Imperator optime, inito Principatu adhuc aeui immaturus, sed iam maturus imperio, etc. Pus.*

VIII, 3. *sub pellibus hiemes*,) *Pelles*, tentoria ex pellibus confecta. Flor. lib. I. cap. VIII. *Tunc primum hiematum sub pellibus.* Tacitus lib. XIII. Annal. cap. XXXV. *Retentus omnis exercitus sub pellibus, quamuis hieme saeua adeo, ut obducta glacie, nisi effossa, humus tentoriis locum non praeberet. Cellar.*

tam patiens Africanus prima rudimenta militiae ſub Paullo patre tolerauit; nec pari indole Hannibal puer in tentoria Hiſpana ſucceſſit; nec futurarum ſpe certiore uirtutum Philippea caſtra Alexander nondum Magnus impleuit. Quos etſi plurima laude dotauerit amplificatrix ueri uetuſtas,

VIII, 4. *Paullo patre*) Aemilio Paullo, qui filium Scipioni, Africani maioris filio, adoptandum dedit; qui Africanus minor eſt, ſiue Aemilianus. *Cellar.*

VIII, 4. *in tentoria Hiſpana*) *Hiſpana* pro *Hiſpania*, quod omnino nihili eſt, reſcripſi ex auctore ipſo, ut mox oſtendam, et de librorum omnium conſenſu, C. excepto, in quo *Hiſpanica* eſt. Sed et *in* deleam ex V. B. Infra, *uix tecta Hiſpana ſucceſſerat.* Et *murum ſuccedere* apud Tacitum legas. *Liuin.*

Sine deleto *in*. Sed uox *Hiſpana* magis mihi ſuſpecta. Nomen latet alicuius, ſub quo rudimentum militiae poſuerit Hannibal, quem nunc ſane non noui. Parens eius quidem ille non eſt, ſed aliquis alius. Nam infra de *inſtitutore* dicit, quod ad nullum accommodes, niſi ad Hannibalem. Africano enim et Alexandro ſui parentes doctores. *Acid.*

Meus praepoſitionem non agnoſcit, quod in ſuis Liuineius quoque Acidaliusque obſeruarunt. *Scheff.*

Praepoſitionem delet Guelf. cum rectius editi eam ſeruent. Conſule V. D. ad Sulpit. Seuer. Hiſt. Sacr. lib. II. cap. XV. Liuium lib. XXXI. cap. XLV. Cortium ad Salluſt. Iug. cap. LXVII. §. 4. et Fragm. Hiſtor. lib. VI. p. 1008. Vterque caſus *Datiuus* et *Accuſ.* huic uerbo ea notione additur. V. D. ad Virgil. lib. I. Aen. v. 627. Pluribus Cel. Burman. ad Quinctil. Declam. XXIX. et Oudend. ad Caeſar. lib. II. B. G. cap. VI. Quod hic *Hiſpana* pro *Hiſpania* uoluit Liuineius, male id quidem, ſed de ea forma conf. Heinſ. ad Ouid. lib. IV. Faſt. v. 362. Duker. ad Flor. lib. II. cap. V. §. 1. et quae diximus ad Victor. Vir. Illuſtr. cap. LXXXII. *Arntz.*

VIII, 4. *impleuit.*) i. e. ſatisfecit iis munieribus, ei exſpectationi. Simili modo Statius lib. IX. Theb. v. 721. *arcumque implere ualebas.* Nec aliter Ouidius lib. II. ex Pont. Epiſt. III. v. 1. *qui claris nomen uirtutibus imples.* ubi Heinſ. Symmachus lib. VII.

ſtas, nihil plus tamen blandita praeſtitit, quam ut eos in his annis ſecutos regum aut ducum caſtra uulgaret, in quibus tu ita fortiter multa geſſiſti, ut ea non tantum Alexander, aut Africanus, aut Hannibal uidere, dum diſcerent, ſed parentes atque inſtitutores eorum optaſſent facere, dum docerent.

IX. Quam tecta ſunt ſemper conſilia, fortunae! Quis, quaeſo, tum publicis rebus non putaſſet inimicum tuum illum a ſtatione caſtrenſi ad quietem receptum? Enimuero illa, futurum Prin- 2
cipem comens, idcirco paullisper uoluit eſſe priuatum, ut, quia iam ad plenum bellicis artibus

VII. Epiſt. XIII. *partes amantis impleui.* Burman. ad Quinctil. Declam. CCLXXIX. Cortius ad Plinium lib. VIII. Epiſt. XIII. Sauaró ad Sidonium lib. VII. Epiſt. XV. Ad eumdem modum *implere aures* dixit Curtius lib. IV. cap. XII. §. 20. *Arntz.*

VIII, 5. *nihil plus tamen*) Cum ſeruent MSS. duo, *tum plus*, uidetur fuiſſe *nihil amplius tamen*. *Grut.*

IX, 1. *inimicum tuum*) Hoc eſt, aduerſum, noxium, damnoſum, quia nemo fuit, cuius ope tam bene commoda rei publ. in bello promoueri potuerunt. Sic *inimica conſilia* dixit Nepos in Pauſania cap. III. *Conſilia cum patriae, tum ſibi inimica capiebat.* Velleius: *otium rem inimiciſſimam diſciplinae* lib. II. cap. LXXVIII. *Scheff.*

Reſpicit tempus, quod a nece patris ad principatum fuit, quem Gratianus dedit. Interea enim priuatus Theodoſius in Hiſpania uixerat. *Cellar.*

IX, 1. *ad quietem receptum?*) i. e. ἀναχώρησιν. Qua notatione tritum *receptui canere*. *L.*

IX, 2. *Principem comens,*) Leg. *commentans.* Fortuna occulto conſilio Principem moliebatur. *Acid.*

Minime ſollicitandum eſt illud *comens*; lepida enim metaphora, accommodatur ei, qui impenſa cura ornatur, ut exemplis aliquot palam feci in Suſpp. libellis. *Grut.*

Guelf. habet *comes*, quod aperte

abundabas, uſus ciuilis experiens, ſub otii tempore, reddereris: quod ego tuum otium aliorum
3 negotiis anteuerto. Non enim te amoena litora, nec diſpoſiti ad temporum uices habuere ſeceſſus, ſed ſiue tu agris, ſiue oppidis tempus dabas, rem et famam pariter augebas. Et in urbibus quidem omnium aetatum ordinumque homines his aut illis beneficiis adprehendebas, amicorum commoda, abſentium negotia adſiduitate, conſilio, re iuuabas. Iam, ſi placuiſſet oppida rure mutare, ut
4 tu,

aperte falluntur. Etenim *comere* et *comtus* de uirtutibus adhiberi optimo et naturali ſenſu conſuetit. Barth. ad Stat. lib. I. Achill. v. 343. Taubm. ad Plautum Stich. act. V. ſc. IV. v. 19. Adde Victor. Caeſar. cap. XL. §. 14. ad alteram ſcripturam. *Arntz.*

IX, 2. *ſub otii*) *Sub* hic idem erit quod *in tempore pacis*: ut bene Schulting. ad Senec. Suaſor. VII. p. 46. Senec. lib. VII. de Benef. cap. XIX. Cl. Drakenb. ad Silium lib. III. v. 66. Duker. ad Flor. lib. II. cap. XV. §. 7. *Id.*

IX, 3. *ad temporum uices*) Aeſtiuos hybernosque puto intelligere, quemadmodum in ipſis uillis alia conclauia hyberna, alia aeſtiua habuere. v. Plin. lib. V. Epiſt. VI. *Scheff.*

Quod dicunt ὥρας Anacreon, Carm. *XVIII.* Perizon. ad Aelian. lib. *II.* Var. cap. *XVII.* et lib. *III.* cap. *I.* Muncker. ad Antonin. Liberal. Metam. cap. XLI. Berkel. ad eumd. cap. *XII.* p. 261. Inde Latini transtulerunt. Valer. Max. lib. *IV.* cap. *VI.* ext. 3. Sauaro ad Sidonium lib. *I.* cap. *VII.* Mox pro *oppidis* Guelf. *opibus*, quod quidem male, ſed inde clarius patere uidetur, ueram ſcripturam huius uocis eſſe per unum *p.* Dausq. Orthograph. part. *II.* p. 221. Cum iungat *rem* et *famam* idem facit quod infra cap. *XXVII.* §. 5. *Rei et famae bene conſulit.* Adeoque fruſtra conliceremus *ſpem.* *Arntz.*

IX, 3. *rem et famam*) *Rem*, intellige, non quaeſtu aut lucris, ſed beneficiis, quae mox recenſentur. Atque ita res futuri Principis augetur, quoniam quo maiora tribuit beneficia, hoc plures ſibi deuincit. Nec aliud honeſtius in Principe lucrandi genus, quam quod per beneficia exercetur. *Scheff.*

IX, 4. *oppida rure mutare*)

tu, uitae oblitus urbanae, exsequebaris agricolam! Audio etiam, Imperator, et credo, saepe aliqua te laborum tibi iniunxisse, et, ne contra-

tare) Ποιητικώτερον, et quod non temere in hac scriptione usurpes. Horatius lib. *I.* Od. *XVII.* v. 1.

Velox amoenum saepe Lucretilem
Mutat Lycaeo Faunus.

Iterum lib. I. Od. *XXIX.* v. 14.

Libros Panaeti, Socraticam et domum
Mutare Loricis Iberis.

Alii passim. *L.*

IX, 4. *Audio etiam, Imp.*) Credo hic pro *etiam* legendum *enim*: et solent uulgo hae particulae inter se permutari, scribentium incuria. *Scheff.*

IX, 4. *aliqua te laborum*) An sic dictum ut *lata camporum*, et similia, quae alibi colligimus? Probarem, sed in Cusp. est *aliqua re laborem*, etc. unde corrigam, *aliqua te re laborem*. etc. Mox *cuiuscemodi* nescio an non *cuiusquemodi* praestet. Macrobius Saturn. lib. *I.* cap. *VII. Saturno insertiones surculorum, pomorumque educationes, et cuiusquemodi fertilium tribuunt disciplinam*, sic enim lego, non *eiuscemodi*. *L.*

Liuineius scribit, *aliqua te re laborem*. Meus uti ueterem scripturam retinet, ita post *tibi*, ualde emphatice, addit, *ipsi*. Quod uidetur necessarium, quum sermo sit de Viro tanto, quem ipsum suis manibus tractare ligonem insolens uidebatur. *Scheff.*

Noster Cod. sic profert: *Audio etiam, Imperator, et credo, saepe aliqua te laborum tibi ipsi iniunxisse, et ne contraheres torporis ueternum, eiuscemodi semper opere insidiantis otii tersisse originem.* Pronomini *tibi* ἐμφατικῶς additur *ipsi*. Mirum enim erat, ipsum Imperatorem, quasi agricolarum laboribus exerceri uoluisse. *Aliqua laborum* per Graecismum dicitur pro *aliquos labores*: haud secus, ac *ardua montium, lubrica uallium, amara curarum, strata uiarum, saeua uentorum*, et longe plura. Neque adeo necesse est, ut cum Liuineio scribendum putemus: *aliqua te re laborem tibi iniunxisse*. An vocabulum *torporis*, pro *corporis* sit recipiendum, dubito. *Torporis ueternus* per pleonasmum diceretur, eumque a Panegyristae nostri dicendi genere non prorsus alienum. Sic cognata coniungit Virgilius lib. I. Georg. v. 124.

Nec torpere graui passus sua regna ueterno.

Probe autem in loco proposito,

heres corporis ueternum, eiuscemodi semper
5 opere insidiantis otii terssisse rubiginem. Sic agrestes Curii, sic ueteres Coruncani, sic nomina reuerenda Fabricii, quum induciae bella suspenderant, inter aratra uiuebant; et, ne uirtus quiete langueſceret, depoſitis in gremio Capitolini Iouis
6 laureis, triumphales uiri rusticabantur. Inde est, quod

ſito, *eiuscemodi* ſcribitur pro *cuiuscemodi*, aut, uti Liuineius legi uoluit, prò *cuiusquemodi*. Pacatus enim ſigillatim reſpicit opus et laborem agricolarum, de quo proxime diſſerauerat. *S.*

Reſpicit ad propriam huius uocis notionem, quae eſt de opere ruſtico. Nam Graecos imitati Latini *laborem* ſimpliciter dixerunt *opus ruſticum*. Seruius ad Virgilium lib. II. Aen. v. 306. Graeci dicunt ἔργα. Heinſius ad Epiſtol. II. Petri. cap. III. v. 10. et nemini non nota ſunt Heſiodi ἔργα. *Arntz.*

IX, 5. *agreſtes Curii*,) Vide Ciceronem in Catone, et pro Roſc. Amer. Valer. Maxim. lib. IV. cap. IV. Plinium lib. XVIII. cap. III. Columell. lib. I. in praefat. Senecam Conſol. ad Helv. *Put.*

M. Curius Dentatus, de cuius abſtinentia Aurelius Victor. in Illuſtr. cap. XXXIII. *Cell.*

IX, 5. *Coruncani*) T. Coruncanius, primus ex Plebeiis Pontifex M. de quo Liv. Epit. XVIII. et Cicero pro Domo cap. LIV. et Velleius lib. II. cap. XXVIII. Idem Coſ. et triumphalis, ut in Faſtis eſt. *Cell.*

IX, 5. *nomina*) Ita hoc ſubſtantiuum quaſi per adpoſitionem accipitur, ut circumſcriptioni inſeruiat. Scal. ad Tib. lib. III. El. IV. v. 61. Heinſ. ad Ouid. XVII. Her. v. 66. et ad Silium lib. XIV. v. 70. V. D. ad Phaedr. lib. V. Fab. V. v. 42. *Arntz.*

IX, 5. *Fabricii*) Eutropius lib. II. cap. VII. et VIII. *Cell.*

IX, 5. *in gremio Iouis laureis*) Poſt reportatum enim triumphum coronam lauream Ioui conſecrare, et eam in ipſius gremium deponere moris erat. Inſignis eſt locus Plinii Paneg. cap. VIII. §. 3. *Adlata erat ex Pannonia laurea - - - Hanc Nerua in gremio Iouis collocarat*, ubi plura dixi. Dempſt. ad Roſin. lib. X. cap. XXIX. Optime ad illuſtrationem huius loci facit Sidonius lib. VIII. Epiſt. VIII.

quod accepimus, datos ſerentibus faſces, et miſſas cum curulibus ſuis per rura palmatas, quod agricolas conſulares, paſtoresque trabeatos, et Dictatores inter armenta ueſtitos. Sed illos qui- 7
dem anguſta res familiaris addicebat labori, ut quibus ipſis ſuburbani horti, praecepsque Ianiculum, et iugera artata pomerio uomere eſſent aut
ligone

VIII. ubi, cum praemiſſet illa magna nomina, ſubdit: *parce ruſticari.* Vid. ibid. Sauar. Pro *eſt quod* Guelf. habet *quidem.* *Arntz.*

IX, 6. *datos ſerentibus faſces*) Quintio Cincinnato. Flor. lib. I. cap. XI. Eutropius lib. I. cap. XV. *Cell.*

IX, 6. *cum curulibus ſuis*) Forte legendum *ſellis*, ut Mamertin. Paneg. Maxim. cap. III. *Trabeae ueſtrae triumphales, et faſces conſulares et ſellae curules.* et alter gratiar. Action. pro Conſul. cap. XXI. *Otioſo tibi atque alia curanti faſces, ſella curulis, atque inſignia omnia magiſtratuum differrentur.* *Put.*

Non male ſuſpicatur Daniel *ſuis* reformandum in *ſellis.* Sed enim cum abſtracte etiam ponat *palmatas*, vix eſt, ut *ſellis* heic reponendum fuerit: coniectura tamen valde eſt ingenioſa. *Grut.*

Pro *quod agricolas*, mutiliter Guelf. *quot.* *Arntz.*

IX, 6. *palmatas*) De ueſtibus palmatis, v. Dempſter. ad Roſin. L. 10. c. 29. p. m. 422. Ryeq. de Capitolio, c. 19. p. m. 241. Sub imperatoribus *palmatarum* nomine intelligendas eſſe togas pictas, quae conſulibus dabantur ab imperatore, docet Salmaſ. ad Vopiſc. Carin. c. 20. add. Polckii Diſſ. de Veſte palmata, §. 10. Et ſic etiam h. l. pro *trabeis conſularibus* uſurpari uidentur. *Ineg.*

IX, 6. *inter armenta ueſtitos*) Nimis generale. Leg. *quaeſitos*, i. e. adquiſitos, adſcitos. Induxit eos, qui mutarunt, uox *trabeatos.* Similis locus Manilii lib. IV. Claudianus Paneg. in Conſ. Manlii Theodori:

in mediis Conſul quaeſitus aratris. *Acid.*

IX, 7. *addicebat labori, ut quibus ipſi*) *Addicebat ut — — ipſi.* Leg. *adigebat*, et *ipſis.* *Id.*

Pro *ipſis* frigidius habet Guelf. *ipſi.* Ea autem uocula ſingularem uim habet, cum κατ' ἐξοχὴν ponatur. Gebhard. Crepund. lib. I. cap. IX. Not. ad Iuuenal. Sat. I. v. 60. et ad Ouid. lib. V. Triſt. El. I. v. 46. *Arntz.*

ligone uerſanda, nec iniuria opus reuerteretur ad dominos, quum deerant, quibus iuberent. Detrahit laudem patientiae inopia: maioris exempli eſt labor ſine neceſſitate.

X. Gaudent profecto diuina perpetuo motu, et iugi agitatione ſe uegetat aeternitas, et quidquid homines uocamus laborem, ueſtra natura eſt. Vt indefeſſa uertigo caelum rotat, ut maria aeſtibus inquieta ſunt, ut ſtare ſol neſcit: ita tu, Imperator, continuatis negotiis, et in ſe quodam orbe redeuntibus, ſemper exercitus es. Vix tecta Hiſpana ſucceſſeras, iam Sarmaticis tabernaculis ſuccedebas. Vix Rhenum ſenſerat, iam Nilum ſentiebat. Vix Gallias, iam Aegyptum. Vix Occidentem, iam Orientem. Vix Occaſum, iam Ortum. Vix Hiſpanias, iam Indias. Vix Europam, iam Aſiam. Vix Barbaros, iam Aethiopas. Vix Germanos, iam Arabas. Vix Rhenum, iam Euphratem. Vix Gallos, iam Perſas. Vix Celtas, iam Medos. Vix Alpes, iam Caucaſum. Vix Pyrenaeum, iam Taurum. Vix Oceanum, iam Rubrum mare. Vix Britannos, iam Indos. Vix Thulen, iam Meroen. Vix Caledonios, iam Garamantas. Vix Picta corpora, iam Atra. Vix Scotos, iam Blemmyas. Vix Caledonios, iam Garamantas. Vix Picta corpora, iam Atra. Vix Scotos, iam Blemmyas. Vix Caledonios, iam Garamantas. Vix Picta corpora, iam Atra. Vix Scotos, iam Blemmyas.

IX, 7. *iniuria)* Pro *iniuria* Barthius ad Claudianum in Conſ. Manlii v. 8. ſcribit *incuria*. *Cura* proprie ſpectat ad agros, quod, quo maiori cura excoluntur, eo largiores ferant fructus. Plautus Rud. Act. I. ſc. II. v. 58.

Tritico curat Ceres.

Hinc utraque poteſt ferri ſcriptura, cum nemo facile dixerit, quid Orator ſcripſerit. *Id.*

X, 1. *Gaudent profecto*) Sic Mamertin. Genethliac. Maxim. 11. *Siquidem uos Diis eſſe genitos et Numinibus quidem ueſtris, ſed multo magis uirtutibus approbatis, quarum infatigabiles motus, et impetus ipſa uis diuinitatis exercet.* Et Idem cap. *III. Profecto enim non patitur hoc caeleſtis ille generis conditor: nam primum omnium quidquid immortale eſt ſtare neſcit, ſempiternoque motu ſe ſeruat aeternitas.* Sic incertus Auctor Conſtantino: *Quisnam iſte eſt tam continuus ardor, quae diuinitas perpetuo uigens motu?* Senec. conſol. ad Helv. cap. *VI. Mobilis enim et inquieta mens homini data eſt: Nunquam ſe tenet, ſpargitur et cogitationes ſuas in omnia nota atque ignota dimittit, uaga et quietis impatiens, et nouitate rerum laetiſſima, quod non miraberis, ſi propriam eius originem ſpectaueris; non ex terreno et graui concreta corpore, ex illo caeleſti Spiritu deſcendit: caeleſtium enim natura ſemper in motu eſt.* Put.

X, 1. *ueſtra natura eſt.*) *Veſtra* h. e. Deorum, in quis et Tu, Imperator. Franc. Balduino temere et contra libros uulgatum: *illius nat. L.*

X, 1. *ut ſtare ſol*) *Et ſtare.* Leg. *ut ſtare.* *Acid.*

naculis tegebaris: uix emerita arma ſuſpenderas, iam hoſti armatus inſtabas: uix Iberum tuum uideras, iam Iſtro praetendebas. Ne tum quidem, 3 quum,

X, 2. *Iberum*) *Liberum.* Leg. *Iberum.* Conſtantino Conſtantii F. dicto: *Rheno Danubioque praetenduntur, excubias agunt etc.* *Acid.*

X, 2. *iam Iſtro praetendebas.*) *Praetendebaris*, egregie *praetendebas.* Vide Nazar. Paneg. Conſtant. cap. XXI. Infra mox *munerum numeros* perſpicue rectum eſt, et eundem Virum Doctum non audio, qui *munera numerorum* repoſuit. Nam ita dictum, ut illud Plinii Panegyrico *omnes comitatis numeros obibas.* Seneca pater: *Quid igitur? quaeſtio per omnes ſuos numeros implenda non eſt.* *L.*

Iacobus de la Baune, Laur. Patarol, Cellarius, et alii legunt: *Vix Iberum tuum uideras; iam Iſtro praetendebas.* Non male. Sicut enim uerbum ſimplex abſolute ponitur, v. g. Virgil. lib. 11. Aen. v. 29.

Hic ſaeuus tendebat *Achilles.*

atque lib. VIII. Aen. v. 605.

legio latis tendebat *in aruis.*

i. e. interprete Seruio, *tentoria et tabernacula habebat*: ita et uerbum compoſitum *praetendere*, ubi de re militari ſermo, ſaepe abſolute poſitum reperitur, ſignificatque quaſi *ante tendere.* Sic Frontinus lib. II. Strateg. cap. XIV. *Equites*, inquit, *deinde in aequum procedere, ac uelut* praetendere *peditibus iuſſit.* Auctor Anonymus Panegyrici Conſtantino Auguſto dicti cap. XXI. *Iam obliti deliciarum Rheno, Danubioque* praetendunt. Sic quidem legitur ibi in Cod. noſtro: cum alii legant: *praetenduntur.* Hinc uero et *praeteturae*, Vegetio, Ammiano et aliis dictae ſunt praeſidia militum, quae caſtellis et aliis locis tuendae regionis cauſa imponebantur: ipſa etiam loca, in quibus hae ſtationes, *praeteturae* audierunt. Vide Schelium in not. ad Hygin. p. 31. et Turnebum lib. IV. Aduerſ. cap. VII. In hoc Pacati loco Cuſpinianus in Editione Viennenſi legit: *praetendebaris*, quam lectionem aliis examinandam relinquo, Noſter uero Cod. haec uerba exſcripta refert: *Vix Iberum tuum uideras; iam Iſtro acies* (i. e. legiones inſtructas) *praetendebas.* Arridet nobis haec lectio: quamuis enim a militari eoque uulgari loquendi genere recedere uideatur, ſequitur tamen Analogiam linguae Latinae, et mirifice conuenit cum iis, quae Claudia-

quum, in altiorem prouectus gradum, iubere tantum, et diuidere cum negotiis otium, et parta gloria uelut repoſito frui poſſes honore, operam remiſiſti, quin omnium caſtrenſium munerum numeros

dianus de B. Getic. v. 416. cecinit:

extremis legio praetenta Britannis.

Acies uero etiam in plur. num. ſaepe pro legionibus inſtructis Tacitus, aliique dixerunt. *S.*

Interſerit *acies praet.* etiam Cod. Guelf. *Praetendere* ſcil. eſt uerbum caſtrorum, Tacitus lib. II. Hiſtor. cap. VI. Seru. ad Virgil. lib. II. Aen. v. 29. Schulting. ad Senec. Suaſor. VII. p. 48. Lindenbrog. ad Ammian. lib. XII. cap. XI. et Cl. Drakenborch. ad Silium lib. XVI. v. 253. *Arntz.*

X, 3. *in altiorem*) In ſummum principatus. *Cell.*

Aperte falſum, cum ſolummodo reſpiciat ad altiores militiae gradus, quod uel ex eo conficies, quod ſequitur: *iam tum poſſet intelligi, alios Imperatori pugnare, te tibi.* Curtius lib. IX. cap. 1. §. 6. *gradus, quem in militia obtinebat.* Victor. Caeſar. cap. XXIX. §. 1. *Militiae gradu ad imperium conſpirauerat.* Vide Barthium ad Rutilium lib. I. v. 508. *Arntz.*

X, 3. *frui poſſes honore,*) Forte legendum *honere* uel *onere.* Sic Catullus dixit *onus reponere. Put. et Grut.*

X, 3. *munerum numeros*) Puto legendum: *numerorum munera. Numeri* appellantur in re militari centuriae et cohortes legionesque militum: ſaepiſſime autem hae uoces *numeri* et *munera* inuicem permutantus: ut in Vegetio lib. II. cap. II. *Auxiliares conducuntur ad praelium ex diuerſis muneribus uenientes*: ubi legendum ut uet. Cod. *numeris.* Et cap. XIX. *totius enim legionis ratio iure obſequiorum ſiue militarium numerorum, ſiue pecuniae* etc. ubi legendum *munerum.* De *numeris* uide Turnebum lib. XXIV. Aduerſ. cap. XXXVI. et Raeuard. lib. IV. Var. cap. VIII. *Put.*

Munerum numeros editio uulgata, quam et confirmat V. C. Pithoei. Balduinus autem inuerſis uerbis repoſuit *numerorum munera*, quod forte non malum eſt; ſed quod illa uerba *aut cum primis* omnino ſuſtulit, tanquam ſpuria, uehementer fallitur. Nam ita ueteres loqui iam pridem ad Symmachum monui lib. X. Epiſt. XVI. prolato Ammiani Marcellini teſtimonio.

meros primus, aut cum primis obires; ſtare pro ſignis, excubias ſorte agere, uallum ferre, locum bello antecapere, ſpeculatum egredi, caſtra metari, in praelium primus ire, praelio poſtremus excedere, dux conſilio eſſe, miles exemplo: ut 4 iam

momo. Quibus etiam inſuper eos locos adiicere placet, ut nemo de ueritate lectionis dubitet. Dictys Cretenſis lib. II. de bello Tro. cap. III. *atque ita omnino primi aut inter primos bellantes.* D. Hieronymus ſuper obitu Paulinae uxoris ad Pammachium: *primus erat, ſed inter primos praecedebat alios dignitate, ſed et alios ſequebatur.* Et paullo poſt: *Patricii generis primus inter primos Monachos eſſe coepiſti.* Diuus Bernardus Epiſt. CCV. ad Ludouicum Regem: *Regum primus, aut certe inter primos, rabiei perſequentium, eadem matrem ueſtram ſtrenuiſſime et Chriſtianiſſime defendendo, obuiaſtis.*

Iuret. et Grut.

Haec uerba recte contra Balduinum, qui expunxerat, defendit Iuretus ad Symmachum lib. X. Epiſt. XVI. *Arntz.*

X, 3. *numeros*) Palaeſtrae uerbum, in motibus illis, flexuque membrorum quaſi lex quaedam et regula. Seneca, L. 7. de Benef. c. 1. *Quemadmodum magnus luctator eſt, non qui omnes numeros nexusque perdidicit, quorum uſus ſub aduerſario rarus eſt, ſed qui in uno et altero ſe diligenter exercuit, et eorum occaſionem diligenter exſpectat.* Quinctilian. L. 12. c. 2. *Vt palaeſtrici doctores illos, quos numeros uocant, non idcirco diſcentibus tradunt, ut his omnibus in ipſo luctandi certamine utamur.* Plin. Paneg. c. 71, 6. *Omnes comitatis numeros obibas.* *S.*

X, 3. *uallum*) Intelligit eos ſtipites, quibus Romanorum caſtra munieban-tur. Stewech. ad Veget. lib. IV. de Re Milit. cap. XXVIII. V. D. ad Florum lib. II. cap. XVIII. §. 10. *ferre plenius uallum*: ad Grat. v. 87. Lipſ. lib. V. de Milit. Rom. Dial. V. Broukh. ad Tibull. lib. IV. El. 1, v. 85. *Arntz.*

X, 3. *locum bello antecapere*) Liu. 5, 35. *Loco caſtris ante capto.* *S.* Salluſt. Cat. 32, 1. *antecapere, quae bello uſui forent.* *Iaeg.*

X, 3. *in praelium primus ire* etc.) Liv. L. 21. c. 4. de Annibale: *Princeps in praelium ibat: ultimus conſerto praelio excedebat.* *Id.*

iam tum posset intelligi, alios Imperatori pugnare, te tibi. Illud tamen prae ceteris mirum, quod, quum omnia faceres, ut imperare deberes, nihil tamen faciebas, ut imperares.

XI. Argumento est dies ille, communis boni auctor, quo tu, quum ad suscipiendam rem publicam uocabaris, oblatum imperium deprecatus es: nec id ad speciem tantum, ut cogi uidereris; sed obnixe, et diu, et uelut impetraturus egisti.
2 quippe aberat caussa fingendi. non enim te Princeps solus, et domi, et tamquam tentaret, ambibat: sed publice, et in comitio, et ut aliud iam face-

XI, 4. *iam tum*) Recte pro primis illis militiae rudimentis. Corrupte omnino Guelf. *tantum*. Aliter Terent. Eunuch. act. III. sc. III. v. 4. *Arntz.*

X, 4. *ut imperare deberes*) *uti* V. f. *ut si.* L.

XI, 1. *nec id ad speciem*) *Dans spem:*) indubie uerum est *speciem*, ortusque e compendiis error. Nam *spēm* ueteribus libris *speciem* ualet. Corruptum et supra *spem* pro *spē*, i. e. *speeie*. Infra uicissim *spem* pro *spēm* h. e. *speciem* castigamus. Quod proxime est *nec dans speciem*, dubium mihi et suspectum facit, quod in V. lego, *nec idas speciem*, in C. *ne dedisse speciem*. Neque hercule defugio, quin Latinum sit *dare speciem*, i. e. ἔμφασιν ποιεῖν, ut Quinctilianus dixit, *speciem hosti abeuntis exercitus dedit*. Sed arbitror germanum, quod in B. est: *Nec id ad speciem*, h. e. simulato et ad quendam praetextum. L.

Leg. *deprecatus es: nec id in speciem, tantum ut cogi uidereris, sed obnixe et diu, et uelut impetraturus egisti. Acid.*

Liuineius ita corrigit. Veteres habuerunt, *nec dans speciem*. Meus optime: *nec dans speciem, tantumque, ut cogi uidereris.* Scheff.

In Cod. MS. eleganter post *tantum* ponitur particula *que*, hunc in modum, *nec id ad speciem, tantumque, ut cogi uidereris.* Liuineius legebat: *nec dans speciem* etc. S.

Barthius ad Claudianum in IV. Consul. Honor. v. 48. scribit: *nec spem dans, tantumque ut cogi* etc. et ita antiquitus

facere non poſſet: prorſus ut, niſi imperium adfectu ſimplici noluiſſes, potueris uelle ſecurus. Expoſtulari hoc loco tecum Rei publicae uerbis neceſſe eſt, quae in ſummam, tua cunctatione, formidinem a media ſpe relapſa, tali aliqua te profecto, ſed quam ſolus audires, uoce conuenit: *Parumne me, Theodoſi, hactenus diſtulere fata, ut tu inſuper tentes moras augere fatorum? An neſcis, rem tuam per momenta conſumi? Neſcis, me tibi, tuisque decreſcere? quidquid atterit Gothus, quidquid rapit Hunnus, quidquid auſert Ala-* 3 4

Paneg. Tom. Poſt. † S *tus*

tus editi. Verum recepta lectio multum praeſtat. V. de tali loquendi forma Nos ad Victor. Illuſtr. cap. LIV. §. 1. *Tantumque* habet Guelf. *Arntz.*

XI, 3. *Expoſtulari.*) *Expoſtulare* Guelf. quod uerbum ad accuſationes referri notum eſt. Phaedr. lib. III. Fab. X. v. 34. Sueton. Caeſ. cap. IV. et Neron. cap. XV. mox *formidine* omnino per errorem Guelf. *Relapſa* uero ſpectat ad eos, qui ex meliore fortuna ad peiores caſus rediguntur. Broukh. ad Tibull. lib. I. El. VII. v. 59. His fere ſimilia habet Cicero Orat. I. in Catil. cap. VII. *quae tecum, Catilina, ſic agit, et quodammodo tacita loquitur. Arntz.*

XI, 4. *diſtulere fata*) Differre, in diuerſas partes ferre. Vell. Paterc. *Partem claſſis maiorem uis Africi laceraut et diſtulit.* Lucret. *Longeque fauillam Differt.* S. Malim ita intelligere, ut Cic. ep. ad div. 5, 12, 3 1. dixit: *ſin differs me in tempus aliud. Iaeg.*

XI, 4. *Hunnus*) Ineptit Guelf. *humanus* cum praeferat. *Hunni* et *Alani* ſerioribus rei publ. temporibus infeſtiſſimi fuerunt Romanorum hoſtes, qui numeroſiſſimis copiis inſtructi penitus adgreſſi ſunt delere Romanum nomen. Stephan. ad Saxon. Grammat. Hiſtor. Dan. lib. V. p. 121. et plura ad Victorem Epit. cap. XLVII. §. 3. Tantum igitur aberrauit Guelf. cum ſcribat *humanus* de populo, qui ab omni humanitate eſſet longe remotus. Nec mellores haberi debent *Alani.* Conf. Sauar. ad Sidon. lib. IV. Epiſt. I. et inde Iornandes reb. Get. p. m. 474. *Hunnorum gens omni ferocitate*

nus, id olim desiderabit Arcadius. perdidi infortunata Pannonias: lugeo funus Illyrici: specto excidium Galliarum. Principum senior in tanta bella non sufficit; alter, etsi futurus sit aliquando fortissimus, adhuc tamen paruus est. Tu dubitas excipere collapsam, et, ut nihil differas, sero reparandam? Hanc mihi gratiam refers, quod te etiam felix desideraui? quod, quum me Nerua tranquillus,

tate atrocior. Vinetus ad Ausonium Epigr. 1. v. 8.

Arma inter Chunosque truces etc. *Arntz.*

XI, 4. *olim desiderabit Arcadius*) Theodosii filius, ad quem imperium post mortem patris peruenturum erat. *Scheff.*

Scilicet *olim* ponitur de futuro tempore, quamuis alii ad praeteritum referant. Ita Tibull. lib. III. El. V. v. 23. Phaedr. lib. IV. Fab. X. v. 8. Ouidius lib. II. Trist. v. 575. Iustinus lib. XXXVIII. cap. III. §. 1. Ignoratio huius notionis fraudi fuit librario Guelf. ut scribere maluerit: *desiderauit.* V. Barthium ad Statium lib. IX. Theb. v. 876. mox pro *differas* Guelf. *differat.* *Arntz.*

XI, 4. *perdidi infortunata Pannonias*) Apparet, inquit Rhenanus, hoc tempore Pannoniam inferiorem, quae hodie Hungaria nominatur, ab Hunnis occupatam. Quid? si intelligamus illud de Quadorum motibus in Pannonia, ob Gabinium, eorum regem, a Romanis interfectum, cum ira exarserunt, ut, Danubium transgressi, occupatam circa messes agrestem plebem trucidarint, parumque abfuerunt, quin Constantii filiam, Gratiano Augusto mox nupturum, abduxerint. Ammian. L. 29. c. 35. *Baun.*

XI, 4. *lugeo funus Illyrici*) Intelligit funestam cladem, quae A. Chr. 374. sub Valentiniano contigit. Ammian. L. 30. c. 8. *Id.*

XI, 4. *specto excidium Galliarum*) Transrhenanis populis in Gallias irrumpentibus. Ammian. *Id.*

XI, 5. *alter, etsi*) *aliter etsi.* Leg. *alter.* *Acid.*

Principum senior Gratianus: *alter adhuc paruus* Valentinianus II. *Cell.*

XI, 6. *Nerua tranquillus*) Titulus Augustorum. Ab-

lus, amor generis humani Titus, pietate memorabilis Antoninus teneret, quum moenibus Auguſtus ornaret, legibus Hadrianus imbueret, finibus Traianus augeret, parum mihi uidebar beata, quia non eram tua? Quid tu mihi faceres, ſi iuris tui eſſes? 7 Orat, ecce, te dominus meus, orat, ecce, te dominus adhuc tuus, et, qui poſſet cogere, mauult impetrare.

S 2

Abſtracto inde *Tranquillitatis* nomine Imperatorem appellarunt Veget. de Re Milit. 2. prolog. atque Eutrop. praef. ad Valent. Haec Geſner. ad Claudian. de VI. Conſ. Honor. v. 421. Neruae praecipue, ob mite ingenium, hoc nomen tribui potuit. *Iaeg.*

XI, 6. *amor generis*) Id pertinet ad Imperatorem Titum, qui maxime honorifico nomine dictus eſt: *amor et deliciae generis humani* V. D. ad Sueton. in Tito cap. 1. Victor. Illuſtr. cap. X. §. 6. Auſonius Caeſar. Carm. XI.

Expers ciuilis ſanguinis, orbis amor.

Per *pietate*, quod ſequitur, alludit ad agnomen *Antonini*: de quo Beger. Theſ. Brandenb. p. 663. *Arntz.*

XI, 6. *moenibus Auguſtus,*) Non ſollicito contra libros. Auguſtus apud Senecam ludo in mortem Claudii: *Ideo legibus urbem fundaui, operibus ornaui*, et quae ſequuntur. Notumque eius Apophthegma: *Romam latericiam accepi, marmoream reliquo.* Franc. Balduino *moribus* probatum pro *moenibus* ex his Horatii ad Auguſtum:

Res Italas armis tuteris, moribus ornes. L.

Imitatur Horatium lib. II. Epiſt. I. v. 2.

Res Italas armis tuteris, moribus ornes, Legibus emendes.

ubi de hoc ipſo loco plura Bentleius. Sueton. Aug. cap. XXIX. §. 1. *urbem neque pro maieſtate imperii ornatam* etc. Val. Max. lib. IX. cap. 1. ext. 2. *urbs opulenta erat moribus et legibus ornata*; quamuis ibi fruſtra tentent V. D. *ordinata*, quae frequens eſt inter has uoces mutatio. Boſius ad Nepot. Attic. cap. XVIII. §. 1. Drakenb. ad Liu. lib. XXIV. cap. XLVIII. de *auctis finibus* ſub Traiano inſpice V. D. ad Florum. prooem. lib. I. in fine. *Arntz.*

XI, 7. *mauult impetrare Imperium*) Leg. *mauult imperare, imperiumque ab Imperatore* etc. *Acid.*

petrare. Imperium, quod ab Imperatore defertur, tam tibi nolle iam non licet, quam uelle non licuit.

XII. Solus igitur, Auguſte, ſolus, inquam, omnium, qui adhuc imperauerunt, ut Princeps eſſet, praeſtitiſti. Alios emta legionum ſuffragia, alios uacans aula, alios adfinitas regia impo-

XII, 1. *Princeps eſſes, praeſtitiſti*) *Principem praeſtare* ſcio, eleganter dici. Sic enim Sueton. Tiber. cap. XXXIII. *Paullatim Principem exercuit praeſtititque.* Scio etiam, uere de Theodoſio: ſed non appoſite profecto huic loco, qui non agit de dignitate illius, ſed recuſatione. Lege igitur *reſtitiſti.* Reſtiterunt ſane et alii, quibus imperium deferretur: ſed non reſtiterunt, ut eſſent Principes. Cui acumini ſimile paullo inferius in eadem re: *et unus eſt ambitus candidati, ne declaretur.* *Acid.*

Cauendum, ne quid heic mutemus cum aliis: nam ſane *reſtitiſti* falſiſſimum eſt. Nam ne multos excitem priores, ecce de Tiberio Velleius lib. II. cap. CXXIV. *Tandem magis ratione, quam honore uictus eſt; cum, quidquid tuendum non ſuſcepiſſet, periturum uideret: ſolique huic contigit, paene diutius recuſare principatum, quam, ut occuparent eum, alii armis pugnauerant.* *Grut.*

Virtutibus nempe tuis, de quibus cap. X. nam illuc uerba haec referri debent. Fruſtra Acidalius hic contra omnium librorum fidem *reſtitiſti.* Oſtendit uerbum *ſolus.* At ille non ſolus reſtitit, ſed et alii, ut ſupra annotaui. Deinde ſequentia: *alios emta legionum ſuffragia, alios uacans aula* etc. Hoc enim uolunt, alios aliorum beneficio aut neceſſitate factos Principes; Theodoſium ſua cauſa, et tantum quia dignus uidebatur. *Scheff.*

XII, 1. *emta legionum ſuffragia,*) Quae quidem ad imperium uia illis temporibus fuit uulgatiſſima. Promittebant donatiuum militi, Praetoriano maxime, in quo uis legendi Principem, uel ſubmouendi. V. Herodianum lib. II. cap. VIII. *Scheff.*

XII, 1. *alios uacans aula*) *Vocans* Leg. *uocans,* cui reſpondet, quod ſequitur de occaſione, et item quod adſcitus ſit tertius. Nam haec ita referuntur inter ſe: *ut emta legionum ſuffragia, et ambitus, et cogebaris*

impoſuere rei publicae: te nec ambitus, nec occaſio, nec propinquitas Principem creauerunt. nam et eras a familia Imperatoris alienus, et adſciſcebaris tertius, et cogebaris inuitus, inuitus, inquam. Audite hoc, publici parricidae, qui, oblita fi- 2

 de,

gebaris inuitus, utque *affinitas regia*, *propinquitas*, *alienus*. quae in ſequentibus pulcherrimo ordine inuicem ſibi opponuntur. *Acid.*

Ab idoneo uacans ſucceſſore: quemadmodum a Galba Piſo, a Nerua Traianus uocati ſunt. Nam et hi, tametſi rei publ. cauſa uocentur, etiam priuato reſpectu ſumuntur. Nempe ut tueantur Principem aduerſus inſidias, quibus alias deſtituti ſucceſſore exponuntur, uel ut a deſpectu eos uindicent. Nota Galbae uox apud Tacitum lib. I. Hiſtor. cap. XVI. *deſinam uideri ſenex, audita adoptione*, quae pulcre ſecretius conſilium illius fulciendae domus declarat. V. Senec. Conſol. ad Marc. cap. XV. *Scheff.*

Impoſuere, quod ſequitur, idem erit, quod praepoſuere. Liuius lib. XL. cap. XII. *Imponeret Macedoniae*. Florus lib. III. cap. VI. Tacitus lib. II. Annal. cap. XIX. Nos ad Victor. Illuſtr. cap. XXXI. Fortius tamen hoc uerbum eſſe uidetur, cum uim quaſi indicet. Cortius ad Salluſtium Iug. cap. c. Barthius ad Statium lib. I. Theb. v. 172. *Arntz.*

XII, 2. *parricidae, qui, oblita fide*,) Clementem Maximum tangit, a quo Gratianus occiſus. Quod inde eſt *oblita fide*, ſcio excuſari poſſe et lucem accipere ex his Virgilii Aeneid. VI.

——— *quique arma ſecuti*
Impia, nec ueriti Dominorum fallere dextras.

Sed mihi perplacet *caede*, quod in B. C. eſt. Iuuem ergo et amplius breui media reſcribam *obliti caede*, i. e. inquinati. *L.*

Cum in duobus libris fuerit *caede*, non *fide*, legerim libens, *oblata caede*. *Rittersh.*

Caede: ita ſcriptus unus et alter cuſus, ſed uetuſte, neque longe abit alter calamo notatus, in quo *fede*. Recentiores Edd. praeferunt *oblita fide*, quod et ferri queat, ſed ferri tantum. *Grut.*

Noſter habet *caede*, quod et Liuineius in aliquibus ait ſeſe reperiſſe, ideoque *obliti caede* ſcribi poſſe. Forſan non incommode coniungerentur: *qui oblita fide, caede dominorum* etc. Nam *oblita caede*, an dicatur, neſcio. At *oblita fide* eleganter dicitur in reſpectu miniſtrorum,

de, dominorum sceptra cepistis, et periculo non minore quam scelere, imperium uita pacisscentes, sanguinis pretio regium nomen emistis; repulsam patitur principatus, et unus est ambi-
3 tus candidati, ne declaretur. Credetne hoc olim uentura posteritas, et praestabit nobis tam gloriosam fidem, ut nostro demum saeculo adnuat factum

rum, peccatumque, contra fidem pietatemque commissum, exaggerat: et respicit hic Maximum, quem ubique amat peßime reprehendere. *Scheff.*

In impressis exemplaribus scribitur: *Audite hoc, publici parricidae, qui oblita fide, dominorum sceptra cepistis.* Rittershusius noster, cum in duobus libris inuenerit: *oblita caede;* legendum censuit *oblata caede*, i. e. occasione caedis patrandae data. Liuineius cum in quibusdam Codd. scriptum reperisset *oblita caede*, ex coniectura, breui media, et ultima in *i* mutata, rescribendum putauit *obliti caede* i. e. inquinati, atque contaminati caede. Et certe sic diserte habet Cod. noster: *audite hoc, publici parricidae, qui obliti caede, dominorum sceptra cepistis.* Neque tamen reiicere uelim receptam lectionem: *oblita fide.* Quamuis enim sic participium *oblita* παθητικῶς sumatur; id tamen non sit sine exemplo aliorum Scriptorum. Sic certe Virgilius, cuius loquendi rationes amat Panegyristes noster, cecinit Eclog. IX. v 53.

Nunc oblita mihi tot carmina.

Sed si quis uoces has *oblita caede*, quas Liuineius et Gruterus in Codd. obseruarunt, retinere malit, tunc *oblita* in casu accusandi sumeretur, et tota illa oratio sic interpungenda esset: *Audite hoc, publici parricidae, qui, oblita caede Dominorum sceptra cepistis.* etc. h. e. qui sceptra cepistis contaminata sanguine et caede dominorum. *S.*

Obliti caede Guelf. pro *audite* idem *audiat.* Mox *pretio sanguinis* est, effusione sanguinis adquisiuistis regiam dignitatem. Conf. Schulting. ad Senec. lib. *II.* Contr. p. 137. et Burman. ad Ouidium lib. *III.* Amor. El. *VIII.* v. 10. Pro *declaretur* inepte *dederetur* Guelf. *Arntz.*

XII, 3. *tam gloriosam fidem,*)

factum, quod tantis infra ſupraque temporibus nec inuenerit aemulum, nec habuerit exemplum? Sed qui uitae tuae ſectam rationesque cognouerit, fidei incunctanter accedet, nec abnuiſſe dubitabit imperium ſic imperaturum. Illi enim, illi auide regna deſiderent, quos ſoluta legibus uita delectat, quorum crudelitas in- 4

§ 4 demna-

fidem,) Meus habet *gratioſam.* *Scheff.*

Cod. noſter habet *gratioſam fidem.* Quaſi Germanice dixeris: *Wird die ſpate Nachwelt wol ſo viel liebe und gefaelligkeit fuer uns haben, dieſes zu glauben?* *S.*

Quid eligas, parum intererit, cum utraque uox ſenſui Oratoris commodiſſime ſatisfaciat. Mihi tamen magis placeret *glorioſam.* V. ad Victor. Illuſtr. cap. *LXXII.* et ad Plinium Paneg. cap. *XXX.* §. 5. *Arntz.*

XII, 3. *infra ſupraque temp.*) Atqui de Seuero Spartianus: *multis hortantibus repugnans Imperator factus eſt.* Et de Gordiano Capitolinus in Maximinis. *Milites reclamantem, et ſe terrae adfligentem opertum purpura imperare coegerunt.* Sed nimirum metu Iuliani alter, alter Maximini hoc fecit. Nec deprecatus eſt Antoninus, ut noſtrum legimus feciſſe, licet inuitus ſuſcipe-ret. *Scheff.*

XII, 3. *uitae tuae ſectam*) Mamertinus grat. Act. pro Conſ. cap. *X. Sed qui uitae tuae inſtituta rationemque cognouerit, facile fontem copiae huius inueniet.* *Put.*

uitae tuae) Male Balduinus *ſuae*; mox pro *ſic imperaturum*, quod habet Rhenanus, Balduinus emendat *impetratum*; Ego lego *imperaturum.* *Iuret.*

Secta ea eſt ratio, quam quis ſequitur in uita ſua. Plinius Paneg. cap. *LXXXV.* §. 7. ubi Rittersh. Suetonius Aug. cap. *XII.* Florus. lib. *III.* cap. *XII.* Confer Menagium ad Diogenem Laërtium lib. *I.* n. 9. Seruium ad Virgilium lib. *X.* Aen. v. 107. Pertinet huc Terentius Eunuch. act. II. ſc. II. v. 31.

— — *ſectari iuſſi,*
Si potis eſt tanquam Philoſophorum etc.

ubi Donatus cum Pricaeo ad Apuleium Met. lib. *IX.* p. 539. et Lipſio Manuduct. ad Philoſ. Stoic. lib. *I.* Diſſert. V. adde Comment. ad Vale-

demnatos necandi, cupiditas priuata rapiendi, libido honesta foedandi, ius atque impunitatem
5 requirunt. Quid tua intererat, te Principem fieri, qui futurus eras in Imperatore priuatus? nisi forte in te hodie aut pudicitiae remissior cultus, aut minor sanguinis humani metus, aut alienae rei maior est adpetitus. Idem es, qui fuisti, et tantum tibi per te licet, quantum per leges licebat. Ius summum facultate et copia commodandi, non securitate peccandi experiris.
6 Vnum tibi praestitit Principatus, ut certum haberemus omnes, etiam sub Imperatoribus aliis uixisse te legibus tuis. Nam qui nihil facit licenter, quum potest, numquam uoluit.

XIII. Quin ubi primum te imperio praestitisti, non contentus ipse ultra uitia recessisse, alienis uitiis corrigendis curam adiecisti; idque moderate, ut suadere potius honesta, quam
2 cogere uidereris. Et quia uel longo Orientis usu,

Valerium Maxim. lib. II. cap. VII. ex. Rom. 2. *Arntz.*

XII, 4. *priuata rapiendi,*) *capiendi,* melius *rapiendi. Iuret.*

XII, 4. *ius*) licentiam. Seneca, Epist. 18. pr. *Ius luxuriae p. blicae datum est.* Lucan. I. 2. *Iusque datum sceleri canimus. Iaeg.*

XII, 5. *idem es, qui fuisti,*) *qui fuisti et tantum.* Leg. *idem, qui fuisti, es, tantum tibi. Acid.*

XIII, 1. *te imperio praestitisti*) v. supra Paneg. Nazar. c. 16, 2. *Iaeg.*

XIII, 2. *longo Orientis usu,*) Quid hic *Orientis?* an *Principem crescentem* intelligit? quem *orientem* et Paneg. Maximiano et Constantino Augg. dicto dici uidemus. *Constantine oriens Imperator.* Vix putem. Potius de regione acceperim. *Acid.*

Pro *longo* Guelf. *longe* in quo frustra est. *Longus usus* est, qui per longum temporis

uſu, uel multorum retro Principum remiſſione, tantus quosdam luxus infecerat, ut adulta conſuetudo laſciuiae haudquaquam facile uideretur obtemperatura medicinae; ne quis ſe pati iniuriam putaret, a te uoluiſti incipere cenſuram, et impendia palatina minuendo, nec ſolum abundantem recidendo ſumtum, ſed uix neceſſarium

 uſur-

ris ſpatium durat. Ouidius lib. *VI.* Art. v. 791. et lib. *III.* ex Pont. Ep. *VI.* v. 53. *Arntz.*

XIII, 2. *impendia palatina*) Abit in alia omnia Zoſimus Hiſtor. lib. *IV.* qui a Theodoſio tantum impendiorum in menſam regiam ait inuectum, ut prae multitudine ciborum et lautitia populoſa coquorum ac pocillatorum cohortes ſint inſtitutae. Non potuit diſſimilius, καὶ ἐξ ἐναντίας μᾶλλον; qua fide, ipſe uiderit. *L.*

XIII, 2. *recidendo ſumtum,*) Gronouius reſtituit Obſerv. lib. *II.* cap. *XXII.* ut Suetonius Tiber. cap. *XXXIV. mercedibus reciſis:* et Calig. cap. *XLIV. commoda emeritae militiae ad ſex millium ſummam recidit.* Vulgo lectum: *reiiciendo. Cell.*

In aliis editionibus legebatur *reiiciendo*, ut quoque in Guelf. *reiciendo*, ex ueteri conſuetudine ſcribendi, cum *reicere* ponerent pro *reiicere*: de qua Pierius ad Virgil. Ecl. *III.* v. 96. et Duker. ad Flor. lib. *I.* cap. *X.* §. 5. Haec ſcriptura uidetur ſpecie aliqua defendi poſſe, cum *reiici* dicantur ea, quae contemnimus, parum curamus. V. D. ad Florum lib. *II.* cap. *XVI.* §. 6. et ad Phaedr. lib. *IV.* Fab. I. Retinet etiam Colutius ad Apulei. lib. *IX.* Met. p. 122. Niſi me omnia fallunt, ueram lectionem adſecutus eſt Gronouius lib. *II.* Obſerv. cap. *XXII. recidendo*, quod ſignatum eſt huic rei uerbum, cum alterum uix Latinum ſit. Ita *recidere damna* pro minuere nimios ſumtus dixit Symmachus lib. V. Epiſt. *LXII.* *Damna* enim impenſas notant, quae ſupra modum fiunt. V. not. ad Plinium Pan. cap. *XII.* §. 2. Periculoſum eſt contra MSS. quidquam mutare, quamuis in mutatione conſentiant omnes fere Viri Docti, de qua audacia, dicam an timore, uideri merentur, quae erudite diſputauit Cl. Dukerus Praef. ad Florum. Cum fortaſſis aliquis doctior nobis ſimilia poſſet proferre.

Ce-

uſurpando dimenſum, quod natura difficillimum
3 eſt, emendaſti uolentes. An quis ferret moleſte, ad Principis ſemet modum coërceri? aut ſubtractum ſibi doleret de priuata luxuria? quum uideret Imperatorem, rerum potentem, terrarum hominumque dominum, parce contenteque uiuentem, modico et caſtrenſi cibo ieiunia longa ſolan-

Ceterum de hoc loco pluribus Faber Semeſtr. lib. *II.* c. *XVI.* *Arntz.*

XIII, 2. *uſurpando dimenſum*) Deſumtum uides a ſeruis apud Romanos, qui iuſto et ſtatuto tempore ſingulis menſibus frumentum, quod inter eos diuidebatur, accipiebant. Nonius cap. *XII.* §. 42. ideo *diaria* Horatius dixit lib. *I.* Epiſt. *XIV.* v. 40. et Coluius ad Apulei. p. 122. *Arntz.*

XIII, 2. *emendaſti uolentes*) Sic Rhen. et Bald. at legendum *nolentes.* *Iuret.*

Vereor, ut in hoc loco plus acuminis fuerit, quod reddo repetitione aliquot uocum. Leg. *quod natura difficile eſt, emendaſti; quod difficillimum, uolentes.* At uolentes emendari facillimum, nihil ergo mutandum. Emendare difficillimum eſt, ille emendarat facillime, quia uolentes. *Acid.*

XIII, 2. pro *uolentes* Guelf. *nolentes.* *Arntz.*

XIII, 3. *doleret de priuata luxuria*) Quamuis reſtet in ſolo Viennenſi, neſcio tamen quomodo neruoſius eſſet *doleret ſtipendium priuatae luxuriae.* *Grut.*

Gruterus contra omnium ceterorum fidem ex unico Viennenſi, *doleret ſtipendium priuatae luxuriae.* Meus Cod. plane ſimul grauiterque: *doleret priuata luxuria. Luxuria doleret*, pro hominibus luxui deditis dixit, notiſſima hicque conuenientiſſima figura. *Scheff.*

XIII, 3. *modico et caſtrenſi cibo*) H. e. larido, caſeo, et poſca, interprete Spartiano in Hadriano, qui tamen in Vulcatio addit bucellatum, et acetum. V. Lipſium de Milit. Rom. lib. *V.* dial. *XVI.* *Scheff.*

XIII, 3. *ſolantem*) Agnoſco poeticam dictionem, nec muto. Poterat tamen etiam non minus Poëtice, *ſoluentem.* *Acid.*

Ieiunia ſolari cibo modico, bene dixit Pacatus, fere imitatus Virgilium lib. *I.* Georg. v. 159.

Concuſſaque famem in ſiluis ſolabere quercu. Noſter Cod. pro ultima uoce *ſolantem*

lantem; ad hoc aulam omnem Spartanis gymnasiis duriorem, laboris, patientiae, frugalitatis exemplis abundantem; neminem unum inueniri, qui auderet ad penum regiam flagitare remotorum litorum piscem, peregrini aëris uolucrem, alieni temporis florem. 4

XIV. Nam delicati illi ac fluentes, et quales tulit saepe res publica, parum se lautos putabant, nisi luxuria uertisset annum, nisi hibernae poculis

tem legit *soluentem*. Neque id male. Nam et Ouidius lib. *IV*. Fast. v. 607.

Rapta tribus, dixit, soluit ieiunia granis

Eidemque lib. I. Met. v. 312. *ieiunia longa* dicuntur. *S.*

Solantem proprium h. l. uerbum pro sublevantem, et quasi minuentem. Virgil. lib. *I.* Georg. v. 159.

Famem in siluis solabere quercu.

ubi conf. V. Doct. Vide et Cortium ad Plinium lib. *VI.* Epist. *XVI.* §. 17. Ita accipiendus uidetur Horatius lib. *II.* Sat. *VI.* v. 117.

tenui solabitur eruo.

Calpurnius Ecl. IV. v. 32.

uirgulique famem solarer bibisco.

ubi Burman. Non possum igitur accedere sententiae Cel. Cortii, qui in ora sui Cod. adposuerat *soluentem*, quod peritum uidetur ex Cod. Guelf. et addiderat Lucan. lib. III. v. 282.

Longaque Sarmatici soluens ieiunia belli.

quomodo etiam Ouidius lib. IV. Fastor. v. 607.

soluit ieiunia granis. Arntz.

XIII, 4. *Spartanis*) Apud Lacedaemonios enim summa laus patientia ducebatur: quo spectat Nepos Alcib. c. *XI.* §. 4. *Apud Lacedaemonios, quorum moribus summa uirtus in patientia ponebatur.* Vnde singulare Epith. apud Horatium lib. *I.* Od. *VII.* v. 10. *patiens Lacedaemon*: ubi alia Torrent. *Arntz.*

XIV, 1. *delicati illi ac fluentes*) Vellelus: *otio ac mollitiis paene ultra feminam fluens. Put.*

XIV, 1. *et quales*) ferri et deleri potest *et*: malim deleri. *Acid.*

Luculenter de hac re agunt V. D. ad Petron. Sat. cap. *XCIII. Arntz.*

XIV, 1. *luxuria uertisset annum*,) Hoc est, ex hieme feciſſet aestatem, et ex aestate hiemem, cibis rebusque aliis hoc tempore appositis, quae

lis rosae innatassent, nisi aestiua in gemmis capa-
2 cibus glacie Falerna fregissent. Horum gulae angustus

quae non habentur nisi in isto. Vide Senecam Epist. XCV. Capitolinus in Vero: *dedit coronas lemniscis aureis interpositas, et ai qui temporis floribus.* Adde Hieronym. in Paulo. Plut. περὶ ἀεργησίας. Plin. lib. *XIX.* cap. *IV.* Senec. lib. *IV.* Quaest. Nat. quos hic nominat Puteanus. *Scheff.*

XIV, 1. *in gemmis capacibus glacie*) In nostro Cod. pro *aestiua glacie* legimus, *aestiuam glaciem.* Bene sic uerbum *fregissent* ad *Falerna*, uti proxime *innatassent* ad uocabulum *rosae*, neque ad *homines* (quod parum commode subaudiendum esset) refertur; adeoque ipsa Falerna dicuntur *frangere*, i. e. dissoluere *glaciem aestiuam:* quae glacies nimirum etiam aestiuo tempore asseruabatur, ut potui adhiberetur. Quo de more praeter alios, Plinius lib. *XIX.* Hist. Nat. cap. *IV.* *Hi niues*, inquit, *illi glaciem potant; poenasque montium in uoluptatem gulae uertunt. Seruatur algor aestibus, excogitaturque, ut alienis mensibus nix algeat.* Hanc uero lectionem, quam ex nostro Cod. attulimus, iam etiam V. Cl. Laur. Patarol ex Cod. MS. Diui Marci in textum Pacati recepit; eandemque iam ante hunc Cuspininianus, et Rhenanus expresserant, Lipsiusque ad Senec. c.III. de Prouid. ex coniectura approbauerat. S.

Scilicet luxus posterioribus temporibus eo usque adscenderat, ut non contenti auro uel argento ex gemmis quoque pocula conficerent. Sidon. Apoll. lib. II. Epist. XIII. *Spumarent Falerno gemmae capaces inque crystallis calerent unguenta glacialibus.* Lucan. lib. X. v. 160.

Gemmaeque capaces
Excepere merum.

V. D. ad Petron. cap. *XXVII.* Broukh. ad Tibull. lib. *I.* El. I. v. 30. Scholiast. Iuuen. Sat. *III.* v. 108. Pric. ad Apulei. lib. II. p. 106. *gemmas formatas in pocula.* Barth. ad Stat. lib. *I.* Theb. v. 149. Virgil. lib. *II.* Georg. v. 506.

Vt gemma bibat.

ubi Interpr. Gemmarum ille luxus labente re publ. fuit Romae uulgaris. Tacit. lib. *XV.* Annal. cap. *XLII.* Plura, quae hunc locum illustrant, habet Dempst. ad Rosin. lib. V. cap. *XXX.* *Aestiuam glaciem* Guelf. *Fregissent* uero est, uim eius minuissent. Barthius ad Claud. lib. *II.* de laud. Stilic. v. 69. Manut. ad Ciceron. lib. *I.* Fam. Epist. *IX.* Drakenb. ad Silium lib. I. v. 262. Hunc lo-

guſtus erat noſter orbis. namque adpoſitas dapes non ſapore, ſed ſumtu aeſtimantes, illis demum cibis

locum porro exponit Seneca de Prouid. cap. *III. Si in uentrem tuum longinqui aequoris piſces et peregrina aucupia congereret. Arntzen.*

XIV, 2. *noſter orbis, namque*) Notant, deeſſe uerbum *iudicabant*, aut quid ſimile. Recte. Sed deeſt parte ſaltem ſui. Legb *noſter orbis, probabantque app.* Scriptum antiquitus *proubantque*. Priores ſyllabas *proba* uox praecedens *orbis* abſorpſit; e reliquo *uantque* factum poſtea *namque*. Simillimus locus Mamertini Iuliano dicto: *Cum quaeſitiſſimae dapes non guſtu, ſed difficultatibus aeſtimarentur:* et plura quae huc pertinent. *Acid.*

XIV, 2. *non ſapore, ſed ſumtu*) Sic edendum curaui, ſecutus ſcripturam B. et F. In Pulm. Cod. legitur: *nam app. dap. aeſtimantes non ſapore, ſed ſumtu.* Similem locum uide ap. Mamert. grat. Act. pro Conſul. cap. *XI, cum quaeſitiſſimae dapes non guſtu, ſed difficultatibus aeſtimarentur. Put.*

Quia deerat uerbum, Balduinus addidit *ſumtu aeſtimabant*. In v. c. eſt *dapes metiebantur non ſapore, ſed ſumtu.* Confer ſimilem locum apud Mamertin. Paneg. c. *XI.* et Senec. lib. de Conſol. ad Albin. cap. *IX.* in fin. *Iuret.*

Columella Praef. de hortorum cultu: *Mox cum ſequens et praecipue noſtra aetas dapibus libidinoſis pretia conſtituerit, coenaeque non naturalibus deſideriis, ſed cenſibus aeſtimentur, plebeia paupertas ſubnota ab pretioſioribus cibis ad uulgares compellitur.* Seneca Conſol. ad Helv. cap. *IX. O miſerabiles, quorum palatum niſi ad pretioſos cibos non excitatur, pretioſos autem non eximius ſapor, aut aliqua faucium dulcedo, ſed raritas et difficultas parandi facit*; et in ibi in eandem ſententiam plura. *L.*

Iuuenalis Sat. *XI.*

magis illa iuuant, quae pluris emuntur.

Senec. lib. *IV.* Quaeſt. Nat. cap. ult. *nihil poteſt luxuriae placere, niſi carum.* Lampridius de Heliogab. *Amabat ſibi pretia rerum maiora dici earum, quae menſae parabantur, orexin conuiuio hanc eſſe aſſerens. Scheff.*

Ad uocabulum *ſumtu* in margine annotauit Stephanus, uideri uerbum deeſſe *iudicabant*, aut ſimile. Acidalius autem loco particulae *namque* ſic ſcribendum cenſuit: *probabantque appoſitas dapes, non ſapore* etc. Recens impreſſi libri hunc locum ita referunt: *namque appoſitas dapes non ſapore, ſed ſumtu aeſtimantes, illis demum cibis acquieſcebant, quos* etc. Bene: ſi adiuuentur auctoritate Codd. uetetum.

cibis adquiescebant, quos extremus Oriens, aut positus

rum. Sed genuinum uerbum, quod huc usque omissum fuit, Cod. noster restituere uidetur, in quo haec scripta sunt: *Namque appositas dapes metiebantur non sapore, sed sumtu. Illis demum cibis acquiescebant, quos* etc. S. V. Meursium et Kobierzykium de luxu Romanor. tom. *VIII.* Thes. Graeu. Idem est quod Mamertin. Paneg. cap. *XIV.* Post *dapes* Guelf. inserit *metiebantur*, cum deleat *aestimantes*. Vid. Cortium ad Sallust. Catil. c. *XXXI.* §. 2. *Arntz.*

XIV, 2. *quos extremus Oriens*) Sic Petronius Arbiter plurimis in locis luxum Romanorum carpit, et inprimis Epigrammate quodam, quod integrum adferam, quia ualde conuenit cum loco Pacati. Tale autem est:

Ales Phasiacis petita Colchis,
Atque Afrae uolucres placent palato
Quod non sunt faciles: at albus anser
Et pictis anas enouata pennis
Plebeium sapit. Vltimis ab oris
Attractus Scarus, atque arata Syrtis
Si quid naufragio dedit, probatur.
Nullus iam grauis est: amica uincit
Vxorem: Rosa Cinnamum ueretur:
Quidquid quaeritur, optimum uidetur.

Auson. Epist. *Non hic naufrago quaeritur aequore, ut crescat pretium grande periculis.* Hieron. Epist. ad Saluinam: *Procul sint a conuiuiis tuis phasides aues, crassi turtures, attagen Ionicus, et omnes aues, quibus amplissima patrimonia auolant.* Idem alibi: *noui et genera et nomina piscium, in quo littore concha tecta sit calleo, saporibus auium discerno prouincias, et ciborum me raritas, et nouissime damna ipsa delectant.* Et ad Furiam: *Illis tribue diuitias tuas, qui non phasides aues sed cibarium panem comedant, qui famem expellat, non qui augeat luxuriam.* Multa in rem hanc Seneca de Consol. ad Helv. Plinius lib. XIX. cap. IV. Lucianus περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων: et Dialogo, cui titulus πλοῖον ἢ εὐχαί. Gellius lib. VII. c. XVI. et alii. *Put.*

Scilicet Roma non contenta suis diuitiis, gustus per omnia elementa quaerebat, ut loquitur Iuuenalis Sat. XI. v. 14. et Seneca Epist. LXXXIX. V. D. ad Petron. Satyr. cap. LXXXIII. Adpositus est locus Horatii Epod. II. v. 52. Et ideo recte *misissent* utitur, cum hoc uerbum proprie adhibeatur de rebus peregrinis. Propert. lib. II. El. VIII. v. 77.

quas mihi misit Orontes.

et plura Burman. ad Ouid. lib. III. Art. v. 212.

quam-

positus extra Romanum Colchus imperium, aut famosa naufragiis maria misissent, quos inuitae quodammodo reluctantique naturae hominum pericla rapuissent. Vt taceam, infami saepe dilectu scriptos in Prouinciis aucupes, ductasque 3 sub

quamuis mittantur Athenis. Arntz.

XIV, 3. *dilectu)* Guelf. *delectu*, de qua scriptura uide nos ad Vict. Illustr. cap. XLVIII. Proprie pertinet ad milites. Scribendum esse *dilectum* docuit Stewechius ad Vegetium lib. I. de Re Milit. prolog. p. m. 2. *Arntz.*

XIV, 3. *ductasque*) Per errorem *ductos* Guelf. Proprium uerbum quod ad res militares pertinet. Iustin. lib. XLIII. cap. V. § 12. Valer. Max. lib. VIII. cap. XIII. ext. I. Tacitus lib. I. Annal. cap. XLIV. Drakenb. ad Liuium lib. I. cap. XXIII. et Scalig. ad Manil. in Sphaer. Barb. v. 17. p. 436. *Id.*

XIV, 3. *fercula sestertium millies*) Hadrianus Iunius lib. *IV.* Anim. c. IX. pro *millies* reponit *mille*: nam summa illa immanis est, omnemque fidem superat. Putat autem, intelligi Verum Antoninum Caes. qui conuiuium opulentissimum dedit, de quo Capitolinus in eius uita. Sed nec adhuc quidem locus plane perpurgatus uidetur: nam census equestris erat tantum quadringentorum sestertium. Itaque puto sic legendum: *fercula CD HS millibus aestimata* etc. Nam et hic erat census Equestris, ut dixi, et Vitellii epularum singulos apparatus quadringenis (sic V. C.) millibus nummûm constitisse Suetonius in eius uita cap. XIII. scribit. *Put.*

Verisimile mihi est, Imperatorem Vitellium denotari, de quo haec Suetonii sunt cap. XIII. *Nec cuiquam minus singuli apparatus quadringentis millibus nummûm constiterunt.* Sed impedita, quae proxime sequuntur, et (amplius) falsi se ipsa manifeste conuincunt: quid enim? tantumdem sunt sestertium millies et Equestre patrimonium? Ne in somniis quidem. Et ecce de Equestri censu clare Iuuenalis:

effice summam
Bis septem ordinibus quam lex dignatur Othonis,
Haec quoque si rugam trahit, extenditque labellum,
Sume duos Equites, fac tertia quadringenta.

Horatius:

Si quadringentis sex, septem millia desunt,
Est animus tibi, sunt mores, est uita, fidesque,
Plebs eris.

Iterum

ſub ſignis uenatorum cohortes militaſſe conuiuiis: nonne cognouimus, cuiusdam retro Principis non prandia ſaepe, ſed fercula, ſeſtertium millies aeſtimata, patrimoniorum equeſtrium pre-
4 tia traxiſſe? Tuae, Imperator, epulae, menſis communibus parciores, locorum ac temporum fructi-

Iterum Iuuenalis:

Quadringenta tibi ſi quis Deus, aut ſimilis DIs,
Et melior fatis donaret homuncio, quantus
Ex nihilo fieres!

Plinius lib. I. Epiſt. XIX. *Eſſe autem tibi centum millium cenſum ſatis indicat, quod apud nos Decurio es. Igitur ut te non Decurione ſolum, uerum etiam Equite Romano perfruamur, offero tibi ad implendas Equitis facultates* ccc *millia nummûm.* Pluribus, quae ad manum, teſtimoniis in re minime dubia ſuperſedeo, et incredibilem ſummam, quae noſtratis monetae Coronatorum milliones (ut uocamus) duos ac dimidiatum conficit, ad fidem reduco, fidensque lego: *ſeſtertiis* CD. hoc eſt, quadringentis, haud paullo tolerabiliore impenſa, denum millium Coronatorum. Scio, hunc ipſum, quo de loquimur, Vitellium, ac C. Caeſarem, et poſt Elogabalum profuſius coenaſſe, ſed de ferculis hic, non iuſtis prandiis coenisue ſermo. Nec me praeterit, Hadrianum Iunium Anim. lib. IV. cap. IX. *Seſtertiis mille* emendare (et habet ſane, qui ſe ſequantur) ſed non hercule uideo, ut ea ſumma cum Equeſtri patrimonio conſentiat, quae perſpicue alterum tantum, ac dimidiatum amplius reddit. Itaque opinionem non muto. Quod paullo ante eſt de infami dilectu, id hactenus mihi non lectum in Hiſtoriis, non auditum. Tu obſerua, ſis, quisquis es Lector. *L.*

V. V. D. ad Liuium lib. XLV. cap. IV. Lipſius de Magnit. Roman. lib. IV. cap. VII. ad hunc locum ita adnotat: *Nec ſatis firmiter ſcio, quem, aut quos tangat. Puto Vitellium tamen, ſi in uerbis eius emendes HS. mille aeſtimata. Nam de illo millies, quis credat in uno ferculo abſumtum?* adi Gronou. de Pecun. Vet. lib. IV. cap. IV. *Arntz.*

XIV, 4. *locorum ac temporum*) H. e. quales loca, in quibus es, et tempora ſuppeditant. Nihil hic peregrinum, et aliunde aduectum, nihil alio tempore natum. Quae duo in ſuperioribus potiſſimum carpebat. *Scheff.*

fructibus instruuntur. Hinc certatim in omnes luxuriae pudor, parcimoniae cultus inoleuit, et, quiescentibus legum minis, subiit quemque priuatim sui poenitentia. sic est enim, sic est; exasperat homines imperata correctio, blandissime iubetur exemplo.

XV. Sed quum haec, et ad hunc modum cetera, mores hominum et instituta formarint, tum nihil abdicandis uitiis, adoptandisque uirtutibus

XIV, 4. *Hinc certatim in omnes* etc.) Tacit. Annal. 3, c. 55. *Praecipuus adstricti moris auctor Vespasianus fuit, antiquo ipse cultu, uictuque. Obsequium inde in Principem et aemulandi amor, ualidior, quam poena ex legibus et metus.* *Iaeg.*

XIV. 4. *parcimoniae cultus*) *cursus:* uerius ad marginem *cultus.* *Acid.*

XIV, 4. *blandissime iubetur exemplo*) Velleius: *facere recte ciues suos Princeps optimus faciendo docet, cumque sit imperio maximus, exemplo maior est.* *Put.*

Theodosius praeceptis ad Honorium filium apud Claudianum de IV. Honorii Consulatu:

In commune iubes si quid, censesque tenendum,
Primus iussa subi, tunc obseruantior aequi
Fit populus, nec ferre negat, cum uiderit ipsum
Auctorem parere sibi. Componitur orbis
Regis ad exemplum, nec sic inflectere sensus,
Humanos edicta ualent, quam uita regentis. *L.*

Praecipue consulendus Barthius ad Claudian. IV. Cons. Honor. v. 343. Pro *minis* Guelf. male *minus*, ut et *priuatum* pro *priuatim.* *Arntz.*

XV, 1. *formarint*) Recte respondet illi *ad modum*; cum *formare* sit aliquid ad alterius modum facere, et est proprie architectorum, qui totius aedificii speciem in breui quasi tabella exhibent, ad quem modum totum deinde erigatur aedificium. Confer Broukhus. ad Tibullum lib. II. El. V. v. 22. Eodem modo Cicero lib. I. de Orator. cap. XIX. *de conformandis hominum moribus*: ubi male Cod. quem uidi, *confirmandis.* *Arntz.*

XV, 1. *abdicandis*) Quid? si respexerit ad consuetudinem praesertim Graecorum, qui filium minus placentem expelle-

impensius sentio profuisse, quam quod his te uiris semper dedisti, quos adfectare publica deberet imitatio, qui, quam faciles tibi fuissent sequacesque discipuli, tam ceteris expetendi essent magistri. Vt de his fileam, quos tibi primus ille nascentis imperii dies obtulit, tantis uirtutibus praeditos, ut non pro copia sumti, sed ex copia uiderentur optati; quos tu postea qualesque legisti,

expellere solebant; hoc etenim proprie *abdicare* dicebatur. Idque clarius patet, quod addat, *adoptandis*, ut persistat in Metaph. cum *adoptare* et *abdicare* proprie pertineant ad patrem, qui filium expellit, et hoc praesertim a Graecis petiuerunt postea Romani. Aelian. lib. II. Var. cap. XII. Heliodor. Aethiop. lib. III. p. m. 150. Eunapius in Aedesio. p. 233. V. D. ad Vellei. Paterc. lib. I. cap. 1. §. 1. Sauaro ad Sidonium lib. IV. Epist. XXIII. Confer quoque notas nostras ad Victor. Illustr. cap. XVII. Clarus est locus Senecae Med. v. 507.

Placare natis, abdico, iuro, abnuo. *Arntz.*

XV, 1. *qui, quam faciles*) Leg. vel *ut quam facile tibi f.* uel *qui quam facile t. Acid.*

Sequaces proprie pertinet ad sectas Philosophorum. Rutgers. Var. Lection. lib. IV. cap. XIX. Plinius Panegyr. cap. XLV. *Quamcumque in partem ducimur, ... sequaces sumus*: ubi alia huc spectantia attulimus. V. D. ad Gell. lib. IV. Noct. cap. XI. De ipsa uoce *sequaces*, quam damnant alii, confer Sauar. ad Sidon. lib. VII. Epist. XVII. *Arntz.*

XV, 2. *optati*) electi. Virgil. Aen. I, 429. *Pars optare locum tecto.* Cic. pro Rosc. Amer. c. 11. *Hanc conditionem misero ferunt, ut optet, utrum malit cerui-ces Roscio dare, an insutus in culeum per summum dedecus uitam amittere.* *Iucg.*

XV, 2. *quot tu*) Ita restitui ex duabus membranis, quamuis id improbet Liuineius, adhaereatque illi, *quos.* *Grut.*

Mox pro *legisti* Guelf. *elegisti*, quasi non idem esset simplex ut compositum. Vide Phaedr. lib. III. Fab. XVII. v. 2. Sueton. August. cap. LII. Serv. ad Virgil. lib. V. Aen. v. 132. Abram. Gronouium ad Iustinum lib. III. cap. III. §. 8. *ut uxores legerentur*, ubi eodem modo uariatur. Ciaccon.

gisti, quibus Prouinciarum custodiam, quibus militaris rei summam, quibus consiliorum tuorum arcana committeres? Ergo quum duplex fuerit 3 iste dilectus, unus ex iudicio, alter ex fato, incertum, meliores uiros sapientia tua, an fortuna quaesiuerit; quum tales uel acceptos habeas, uel repertos, ut et illi meruerint teneri, et isti debuerint cooptari.

XVI. Ecquis Imperatorum umquam putauit, amicitiae cultum in regia laude ponendum? humilis haec uirtus, dubiumque an uirtus, iudica-

con. ad Mel. lib. I. cap. IX. Drakenb. ad Liv. lib. II. cap. I. Male quoque idem Cod. *summa* omissa lineola. Aliter *summa imperii, summa uotorum.* Vide Victor. Illustr. cap. VII. §. 10. et not. ad Plinium Pan. c. XLIV. §. 2. Cortius ad Porc. Latron. cap. XV. *Arntz.*

XV, 3. *acceptos habeas*) *exceptos*, probo *acceptos*, i. e. fato (ut iam dixerat) oblatos. Patet ex his proxime, *et illi meruerint teneri. Repertos* intellige iudicio quaesitos. L.

Acceptos, ita tres libri; nam uulgati *exceptos*, quod mutatum ibat Daniel in *excerptos*. *Grut.*

XVI, 1.) *Ecquis*) Guelf. *nec quis.* Ita hae duae uoculae saepe librariis displicuerunt. Vide notas ad Plinium Pan. cap. XLIX. §. 3. et largissimam copiam talium dedit Cl. Drakenborch. ad Liuium lib. V. cap. XXXVI. *Arntz.*

XVI, 1. *humilis haec uirtus dubiumque*) Leg. *dubiorumque*, quam requirit vox *periculis*. *Acid.*

dubiumque an). Ita edidit Parisiensis. Ante legebatur *dubiumque uirtus*, ex quo Acidalius fecit *dubiorumque uirtus.* Sed Parisinam meus Cod. firmat. Porro totus locus ita distinguendus est: *humilis haec uirtus, dubiumque an uirtus, iudicabatur.* Verbum ad prius, non posterius comma referendum, ut sit sensus: Iudicabatur amicitia humilior uirtus, quam quae Principibus competeret. Quare? quia inter aequales saltem amicitia: at Principi nemo aequalis. Deinde quia malorum metu instituitur, sed Princeps, quia potestate summus, habet neminem, quem debeat metue-

re.

batur, nec palatiis digna, sed pergulis habebabatur.

re. Deinde ne uirtus quidem iudicabatur ex nonnullorum mente. Innuit hic disciplinam Aristotelis, qui amicitiam non inter uirtutes, sed subsidia et complementa quasi beatitudinis ac felicitatis recenset. *Scheff.*

Cod. noster, non quidem magni momenti, sed tamen non spernenda uarietate, in his uerbis scriptum exhibet: *humilium haec uirtus.* S.

Pro *humilis* non male Guelf. *humilium.* Phaedr. lib. I. Fab. XXX. v. 1.

Humiles *laborant*, *ubi potentes dissident.*

Pricaeus ad Apul. lib. VIII. p. 405. *Arntz.*

XVI, 1. *sed periculis*) Quae aduersitas inter *palatia* et *pericula*? Certe a praelustri arce fulmen et pericula proxime absunt. Itaque miror, quomodo hoc ut argute dictum laudet Lipsius ad Epist. IX. Senecae. Nimis confidebat acumini nostro: neque enim intelligimus quid uelit. Correxerunt alii *dubiorum* pro *dubium*: alii *pagicolis*, uel solum *uiculis* ἀντὶ τοῦ *periculis.* Scribe: *nec palatiis digna sed pergulis habebatur.* Glossarium: *Pergula, tuguriolum.* Ausonius Epist. ad Theonem:

Vilis arundineis cohibet quem pergula *tectis.*

Glossarium Graeco-Latinum: καλύβη, *casa, tuguriolum, pergula.* Glossarium aliud Latino-Graecum, *Pergula* μεσοδμή, ὑπερῷον, στενὸν οἴκημα. Quod Imperator dicit *ponere casam in litore, hoc* Theophilus καλύβας ἑαυτοῖς ἐπιτιθέναι. Theocritus locat piscatores ὑπὸ πλεκταῖς καλύβαισιν. Desumsit sententiam ex Plinio: *Iam etiam et in priuatorum animis exoleuerat priscum mortalium bonum amicitia: cuius in locum migrauerant assentationes, blanditiae, et peior odio amoris simulatio. Etenim in Principum domo nomen tantum amicitiae inane scilicet irrisumque manebat.* Scriptum forte olim pro *pergulis* fuit *perculis*: quod nasuti librarii manus cum non assequeretur, *periculis* reposuit. Id uero adeo non absurdum, ut et Tucca Placentinus *perculam* pro *pergulam* dicere maluerit, cum C pro G uteretur, teste Fabio.

Gronov. Lib. II. Observ. c. XXII. Lipsius ad Epist. IX. Senecae, uulgatam lectionem tamquam argutam laudat: sed alii mendum ibi latere suspicati, legendum existimarunt: *nec palatiis digna, sed pagicolis.* Nobis neutra, neque ipsius

tur. Inde facilius inueneris, qui pecuniam ex aerario, quam qui ex animo fidem promiserint. Optimus ille ditabat, non etiam diligebat: prodesse nouerat, amare nesciebat. Tu amicitiam, 2 nomen ante priuatum, non solum intra aulam

T 3 uo-

ipsius Cod. nostri lectio probatur: sed sine dubio Gronouius genuinam lectionem acutissima coniectura assecutus est, qui Obseru. lib. II, cap. XXII. scribendum suadet: *nec Palatiis digna, sed pergulis*, (i. e. tuguriolis, et cauis priuatorum) *habebatur*. Cum uero nulli Codd. MSS. quantum constat, hanc emendationem confirment, recte suspicatur Gronouius, scriptum forte olim pro *pergulis* fuisse *perculi*; quod nasuti librarii manu cum non assecuta sit *periculis* reposuisse. Cod. autem nostrum in initio pro *ecquis*, omisso interrogandi signo, habere *necquis*, eo magis praetereo, quo minus hanc mutationem ratam habeo. S.

Cur non liceat exponere, inter priuatos tantum etiam amicitiae cultum praeualuisse, cum amicus amico in foro et accusationibus adesset. *Pericula* enim notant accusationes, quia in iis periculum subitum: adeoque inter priuatos consultissimum erat, plurimos habuisse amicos. De ea notione uide Schulting. ad Senec. lib. I. Contr. VII. p. 118. Freinshem. ad Tacit. lib. III. Histor. cap. LIII. et nos ad Plin. Pan. cap. XLV. §. 2. Ego uero contra Guelf. potius seruo *pergulis*, ut ita magis adpareat oppositio τῶ *Palatiis*. Conf. notas ad Sueton. Hl. Gramm. cap. XVIII. addendus Cuiacius lib. XI. Obseru. cap. XIII. et *pergulas* propius ad hunc locum pertinere constabit ex iis, quae notat Taubmann. ad Plautum, Pseud. act. I. sc. II. v. 79. Scaliger ad Ausonium Epist. IV. v. 4. Salmas. ad Vopiscum Saturnin. cap. X. *Arntz.*

XVI, 1. *facilius inueneris.*) Siue *inuenires* et *promeres*. *Acid.*

XVI, 1. *Optimus ille.*) An Traianus? eius enim proprium hoc cognomentum. Non opinor: nisi Plinius composuerit aliqua de eo, quae in eo non fuere. *Scheff.*

An Traianus, cuius cognomen fuit? an ualet indefinite, *optimus quisque* Impp. qui fuerunt? *Cell.*

Fortasse *optimos*. Mox *ille*, i. e. Gratianus. *Baun.*

XVI, 2. *nomen*) Amicitia dicitur *nomen priuatum*, quia apud priuatos tantum erat

uocaſti, ſed indutam purpura, auro gemmisque redimitam, ſolio recepiſti, reque, non uerbis, adſeruiſti, Principis mentem tanto in ſuos benigniorem eſſe debere, quanto ſit fortuna praeſtantior; quum fide ac facultate paribus agas, et familiaribus tuis Imperator tribuas, quod priuatus
3 optaras. Quamquam quae capere uota potuerunt, quod plerique te Principe conſecuti ſunt? nec nunc de his honoribus loquor, quos in quemcumque conferre Imperatori neceſſe eſt. Dux aliquis euehitur? exigit diſciplina caſtrorum. Praefectus attollitur? imponendum eſt Prouinciae caput. Conſul creatur? habiturus eſt nomen annus. ita in ſummis illis pulcerrimisque be-
4 neficiis eſt aliqua praeſtantis utilitas. A te, noua benignitate, is amicis honos habitus eſt, qui totus eſſet illorum, quibus deferebatur, nihil-

erat cognitum. Plinius Pan. cap. LXXXV. §. 1. Nomen amicitiae *inane ſcilicet irriſumque remanebat.* Ouid. Ep. X. Her. v. 116.

Nomen *inane fides.*

Drakenb. ad Silium lib. V. v. 161. *Arntz.*

XVI, 2. *auro*) Sic fere Mamertin. grat. Act. cap. XXIII. *Tu Philoſophiam paullo ante ſuſpectam, ac nedum ſpoliatam honoribus, ſed accuſatam et ream, non modo iudicio liberaſti, ſed amictam purpura, auro, gemmisque redimitam, in regali ſolio collocaſti.* Plinius ad Traianum. c. 85. Symmach. lib. IV. Epiſt. LVI. *Put.*

XVI, 2. *quum fide ac facultate paribus agas*) cum tua fides ſit par tuae liberalitati. *Baun.*

XVI, 3. *nomen annus*) Notum ex Coſſ. denominatos annos. Sed hic obſeruandum, quae ſub Impp. creandorum Coſſ. maxima fuerit cauſſa: nempe, ut eſſent, qui annum panderent, quemadmodum inquiebant; vis et imperium aberat. V. Sidon. Paneg. Anthemii. *Scheff.*

XVI, 4. *quibus deferebatur*) *differebatur.* Leg. *deferebatur.* *Fab. et Acid.*

Quod

hilque ex eo ad te redundaret, niſi dandi uoluptas. cui quum eſſent domi filii, geminae illae ſpes oculique rei publicae, dilatis eorum magiſtratibus, amicos conſulatus ornauit. Si mehercule uir ille diuinus, felicitatis publicae auctor, parens tuus, uiueret, quid aliud exſpectaſſet a filio, quam ut nepotibus anteferretur? Praeſtitiſti igitur amicis, quo plus nec patri praeſtare potuiſſes. O beneuolentiae tuae ſingulare conſilium! auges tempore dignitatem, quae incrementum ex magnitudine non habebat. Renuntiantur amici ante filios tuos Conſules, quia non poterant plus eſſe quam Conſules.

XVII. Eat nunc ſui oſtentatrix uetuſtas, et illa innumeris litterarum uulgata monumentis iactet exempla. Pirithoi fidem praedicet, et de-

T 4 can-

Quod rectius. Drakenb. ad Liv. lib. III. cap. IX. Tacit. lib. II. Annal. cap. XLIII. Iuſtin. lib. XI. cap. VII. §. 13. *Arntz.*

XVI, 4. *uoluptas. cui quum e. d. filii*) *Voluptas, qui quum*, leg. *uoluptas. Quis cum*, uel *cui etc. ornauit. Acid.* Arcadius et Honorius. *Cell.*

Spes dicitur de homine, a quo meliorem fortunam nobis exſpectamus. Silius lib. X. v. 48. ubi Drakenb. et in primis de liberis, qui ſpem familiae et rei publ. praebent. V. nos ad Plin. Paneg. cap. XXVI. §. 4. Ideo rec.e addit *oculi*, quaſi ornamenta rei publ. Ampl. Cuper. ad Lactantium de Mort. Perſec. c. VIII. Iuſtin. lib. V. cap. VIII. §. 4. *duo Graeciae oculi. Arntz.*

XVI, 5. *Praeſtitiſti*) Cod. Guelf. *praebuiſti*, quae ſolennis eſt mutatio. Manut. ad Cicer. lib. IV. Fam. Epiſt. VIII. uoluit, *praebere* indicare ſpeciem propenſi ad iuuandum animi; *praeſtare* uero re ipſa oſtendere. Burman. ad Quinctil. Declam. CCCXXXVIII. *Arntz.*

XVII, 1. *Pirithoi*) Qui Theſeum ad inferos ſecutus eſt, ut legimus in fabulis. V. Val. Max. lib. IV. cap. VII. Plut. in Theſeo. De ceteris adde Hygin. Fab. CCLVII. *Scheff.*

cantatum omnibus ſcenis Phocaei iuuenis laudet officium: Phintiam etiam, ſi uidetur, dicat et Damona, quorum alter in amici morte ſe uadem obtulit, alter ad diem vadatae mortis occurrit.
2 Vt haec eſſe uera credamus, quae mendaciis uatum in plauſus aptata cauearum fidem tempori debent,

XVII, 1. *Phocaei iuuenis*) Ouidius lib. II. ex Pont. El. III. v. 43.

Adfuit inſano iuuenis Phocaeus *Oreſtae.*

Pylades autem eſt hic iuuenis, Strophii Phocenſis filius, de quo Cicero in Laelio cap. VII. *Cell.*

XVII, 1. *Phintiam etiam,*) libet adſcribere annotata Danielis: *Pynthiam* uel *Pintbiam.* Sic ſcribitur in uet. Cod. Ciceronis lib. III. de Offic. et Val. Max. lib. IV. Plut. in Libr. περὶ πολυφιλίας, Φίντιαν uocat, quomodo etiam in quibusdam uett. Ciceronis libris id nomen reperiri teſtatur Turneb. lib. XX. Adu. cap. XIII. *Grut.*

Recte ſcribitur, non *Pythias.* Ita tamen uulgato errore Guelf. quod certe ortum, quia nomen *Pythiae* notius erat. Not. ad Nepot. Milt. cap. I. §. 3. et in primis Dauiſ. ad Cicer. lib. V. Disp. Tuſc. cap. XXII. *Arntz.*

XVII, 1. *morte ſe uadem*) Leg. *mortem. Acid.*

Per *uadem* intelligit illum, qui ſuſcipit, ad praeſtitutum diem aliquem praeſtó eſſe futurum. Liu. lib. XXV. cap. IV. V. D. ad eumd. Epit. lib. XLVIII. Plenius hanc uocem hac notione exponit Bentl. ad Horat. lib. I. Sat. IX. v. 36. *Arntz.*

XVII, 2. *Vt haec*) Minus recte Guelf. *et.* Seneca Epiſt. LXX. *ut hoc ſit uerum.* i. e. ſi uerum credamus. Ouidius Epiſt. XVII. Her. v. 121.

Vtque ſit hoc uerum.

ubi Burm. Porro innoxiae Poetarum genti *mendacia* tribuit, quod illi ex regulis ſuae artis faciebant, neque cuiquam imponere conantur, ſua commenta ueritati reſpondere. Ouid. lib. VI. Faſt. v. 253.

ualeant mendacia Vatum.

Huc pertinet, quod addat *plauſus cauearum. Id.*

XVII, 2. *cauearum fidem t. d.*) Cauea locus erat in Theatro, in quo ſedebat populus, cum reliqua loca Senatui et Equitibus eſſent propria. Hinc *diſcrimina ordinum* dicit bene Tacit. lib. XIII. Annal. cap. LIV. ubi Lipſ.

debent, num praeſtare credendo plus poſſumus, quam ut iſtos, qui amicitiae laude cenſentur, amicorum fuiſſe, quam ſui, diligentiores putemus? Sed quum, inſtituente natura, plus fere filios, quam nosmet ipſos, diligamus, omne uicit exemplum, qui amicos his praetulit, quos ſibi praeferebat. Et tu quidem, ad exonerandam debentium uerecundiam, quae in tuos confers, non uis uideri praeſtare, ſed reddere. Geramus tibi morem, et beneficiorum ſummas tuorum pro tua uoluntate ducentes, quidquid familiaribus tuis

3

4

T 5 tri-

Lipſ. et Rittersh. ad Plin. lib. X. Epiſt. XLVIII. ideo *cauea* ponitur pro toto populo. Barthius ad Statium lib. VI. Theb. v. 654. Lipſ. de Amphith. cap. XIV. V. D. ad Petron. cap. XV. *Arntz.*

XVII, 2. *Plus fere filios,*) Lucian. in Abdic. Καίτοι γαρ ἡ φύσις τοῖς πατράσι τὰς παῖδας μᾶλλον, ἢ τοῖς παισὶ τὰς πατέρας, ἐπιτάττει φιλεῖν. Et paullo poſt: ἡ (φύσις) τὰς γεννήσαντας ἕλκει πρὸς πόθον τῶν γεγεννημένων πολύν. *Put.*

XVII, 2. *uicit exemplum*) Meus habet: *uincit. Scheff.*

XVII, 3. *Sed tu quidem,*) Leg. *et tu quidem.* Inconcinne enim ter ſe conſequatur particula *ſed. Acid.*

XVII, 3. *exonerandam*) Quaſi ſcil. pudore adficerentur, ob collata in ſe beneficia. Haec melius illuſtrant Schulting. ad Senec. Contr. XXII. p. 257. et Quinctil. Declam. I. cap. XV. Sidon. Apollin. lib. VII. Epiſt. II. *Oneras, conſummatiſſime Pontifex, uerecundiam meam.* ubi Sauaro. V. et Iuret. ad Symmach. lib. IX. Epiſt. XLIV. V. D. ad Vell. lib. II. cap. CXXIV. §. 3. Eo modo dicitur *onerare laudibus.* Drakenb. ad Liv. lib. IV. cap. XIII. Sauaro ad Sidon. d. l. *Arntz.*

XVII, 3. *ſed reddere*) Pro meritis nempe, uirtutibusque. Adeo ex beneficiis ſuis non gloriam et famam aucupabatur, ut non beneficia, ſed praemia, uideri uellet. *Scheff.*

Mox pro *tribuis* Guelf. *tribuas. Arntz.*

tribuis, non expendi potius, ſed rependi putemus. enimuero quum leuiter cognitos, aut etiam ſemel uiſos, iis honoribus ſimul ditas, quibus et amici poſſent eſſe contenti: nonne omnibus uis probare, amicum tibi eſſe, qui bonus ſit? Cuicunque quid publici mandatum fuerit officii, praemium ſpondetur, et redditur. Sibi humilitatem et tenebras ſuas imputet iacens uirtus, quae non obtulit ſe probandam. quod conſcientiae tuae ſufficit, honoratus eſt, qui probatus.

XVIII. Velim tamen dicas, unde, quum tantis promiſſa perſoluas, quid cui promiſeris, ſcias, nec te uel rei publicae cura, uel ipſa illa tuorum beneficiorum turba confundat, ut parcior tar-

XVII. 4. *amici poſſent eſſe*) Balduinus repoſuit: *amici debent eſſe c.* at dico nihil immutandum. Scio enim, *debere* ſaepe ſignificare *poſſe*, et haec duo conuerti. Exempla uid. apud Canterum in lectione. *Iuret.* Add. Cort. ad Salluſt. Cat. 58, 13. *Iaeg.*

XVII, 5. *praemium ſpondetur,*) Recte cape argutiam. *Redditur*, quibus officium mandatur, *ſpondetur* aliis, nempe ſub horum exemplo. Id eſt, quod Plinius Paneg. c. 62, 7. ait: *illis praemia, his exempla*, quem locum huc totum refer. *Acid.*

XVII, 5. *conſcientiae tuae ſufficit,*) Eumenius in Conſtant. *Sibi imputet, quis quis uti noluit beneficio tuo, nec ſe dignum uita iudicauit, cum per te liceret ut uiueret. tu (quod ſufficit conſcientiae tuae) etiam non merentibus peperciſti.* Paullo poſt cap. ſq. *tamen* recte ſcribitur, non *tu*, aut *tum*, quorum utrumque ab errore eſt, qui e compendiis profectus: nam *tñ* librariis *tamen* eſt. *Liv.*

XVIII, 1. *tantis*) i. e. tam multis. v. Broukhus. ad Propert. 2, 16, 7. *Iaeg.*

XVIII, 1. *parcior*) Guelf. *paucior*, ut ſaepe alibi. Drakenb. ad Liu. lib. III. cap. LXI. *quid cui* uero, quod praecedit, ne cui offendere queat, curauit in notis Cortius ad Plinium lib. VI. Epiſt. XXIV. §. 1. *quid a quo fiat.* *Arntz.*

tardiorue, tempore quem modoue decipias. Quis 2
debitor uerecundus ita mutuum ad diem reddit,
ut tu, quod promittis, adpendis? Nec imponi
negligentibus arbitreris. quotidie in beneficia
tua quaerimus, et memoriam conuenimus, et, ne
ſingulis inſidietur obliuio, cum altero quisque
conferimus. Vnum inuenire non poſſumus, cu- 3
ius ſpem atque exſpectationem non dicam fefel-
leris, ſed, quae delicatior eſt querela, diſtule-
ris. Solamne me, Imperator, beneuolentiam
tuam mirari putas? at ego miror etiam memo-
riam. nam cui Hortenſio, Luculloue, uel Caeſari
tam parata umquam adfuit recordatio, quam tibi
ſacra mens tua, loco momentoque, quo iuſſeris,
red-

XVIII, 2. *quotidie in*) Guelf. *conde*, quod ſine dubio ex ueteri ſcribendi ratione. Duker. ad Flor. lib. I. cap. XI. §. II. Dausq. Orthogr. Part. II. p. 263. unde paſſim in omnibus Codd. ea mutatio obuia eſt. *Id.*

XVIII, 2. *memoriam conuenimus*) Infra: *agedum ſi uidetur, praeteritas cogitationes tuas conſule, et uota conueni.* Minucius Felix Octauio: *Illum iam uelim conuenire, qui initiari nos dicit aut credit de caede infantis et ſanguine.* Nonius *interpellare* exponit. L.

XVIII, 3. *delicatior eſt querela*) *Delicatiorem* uocat *querelam*, quoniam non tam ex idonea cauſſa, quam impatientia humana oritur. Nam ita comparatum eſt cum omnibus, ut *aequiore animo feramus praecidi ſpem noſtram, quam trahi*, ſicut ait Seneca de Benef. lib. II. cap. V. qui eiusmodi querelas *ingenuas* appellat, h. e. faſtuoſae illius cunctationis inſuetas, libertatis etiam in negando amantes.

Scheff. et Cell.

XVIII, 3. *cui Hortenſio*) *Hortenſii* memoriam laudant Cicero Bruto c. LXXXVIII. et extremo de Oratore lib. III. Senec. pater, prooem. lib. I. Contr. *Luculli*, idem Cicero Lucullo, Tuſculana I. XXIV. et de Orator. lib. III. de Caeſare adi Plinium lib. VII. cap. XXV.

Liv. et Scheff. et Cellar.

reddit omne depositum? utrum te tamen ipse ad-
4 mones? an, ut illi maiestis tuae participi, Deo, feruntur adsistere fata cum tabulis, sic tibi aliqua uis diuina subseruit, quae, quod dixeris, scribat et suggerat? Nihil ita primoribus labris polliceris, quin promisso fidem subdas, et uerba re sancias.

XVIII, 3. *reddit omne depositum*) Seneca in prooem. Declam. dicit: *memoriam suam esse bonae fidei, et quaecunque apud illam aut puer aut iuuenis deposuerit, sine cunctatione proferre.* *Put.*

Mens tua? loco: disting. *quam tibi sac. m. tua loco m. q. i. r. o. depositum.* *Acid.*

XVIII, 4. *fata cum tabulis*:) Vid. Turneb. lib. XXVII. Adv. cap. II. *Put.*

Pertinent huc Euripidis uersus, Menalippa, qui apud Stobaeum Eclogis Physicis exstant, sermone VII. Δοκεῖτε πηδᾶν τ' ἀδικήματ' εἰς θεοὺς Πτεροῖσι κάπειτ' ἐν Διὸς δέλτου πτυχαῖς Γράφειν τιν' αὐτὰ, Ζῆνα δ' εἰσορῶντα νιν θνητοῖς δικάζειν; Οὐδ' (*f.* ὁ πᾶς οὖν) ὁπωσοῦν οὐρανὸς Διὸς γράφοντος τὰς βροτῶν ἁμαρτίας Ἐξαρκήσειεν οὐδ' ἐκεῖνος ἂν σκοπῶν Πέμπειν ἑκάστω ζημίαν. Ἀλλ' ἡ δίκη Ἐνταῦθά που (*f.* 'στίν) ἐστιν ἐγγὺς εἰ βουλεῖσθ' ὁρᾶν. *Scelera putatis alite in coelum fuga Librata ceris quamlibet capacibus Iouis inarari, queis Deum inspectis sator Merita rependat? Omne nec coelum (reor) sat innotandis patuerit nefariis. Nec ipse lustrans arbiter suffecerit Poenis nocentum Iuppiter. Sed indidem iuxta in propinquo est poena, sultis cernere.* Propius de Fatis testimonium nunc quidem non est ad manum. *L.*

Martianus Capella lib. I. p. 2. *Quidquid Iupiter ex prompta sententia Parcarum pugillo asseuerante dictauerit, delinitus suadae coniugis amplexibus iussuque remouet.* et p. 12. *Sententias Iouis orthographae studio ueritatis excipiunt, utpote librariae superum, archiuique custodes.* Forte haec est causa, quare literas inuenisse dicantur. V. Hygin. Fab. CCLXXVII. *Scheff. et Cell.*

Pluribus Barthius ad Statium lib. I. Theb. v. 213.

XVIII, 4. *re sancias*) Male fecit Guelf. cum unam uocem

cias. Nemo iam, nemo beneficia, quae dederis, ab eo credit tempore computanda, quo dederis; quia tam sint certa, quae spondes, ut tum uideantur accepta, quum spondes. 5

XIX. Iam id ipsum, quod ante promittis, nonne de summo purissimae mentis candore proficiscitur? nam cuius est animi, nec uota hominum fatigare, nec adhibere muneribus artem difficul-

cem ex duabus faciat, *refarcias*: quod quidem nihili est. Solummodo ex eo patet, bene opponi *res* et *uerba*, ut apud Iustin. lib. IX. cap. IV. §. 10. *Arntz.*

XIX, 1. *uota hominum fatigare*) Eleganter in respectu nempe aulicae calliditatis, ubi usitatum artificium, negare nihil, sed differre, et spem mora enecare. Scilicet negare turpe, quasi non possis, aut non uelis. Dare autem omnibus promiscue anceps et fortasse periculosum, certe grauitati aduersum. Igitur media initur uia. Spe fatigantur, quibus palam negare nihil uolunt. *Scheff.*

XIX, 1. *artem difficultatis*) Sic Mamertin. gratiar. Act. cap. XVIII. *Suspendisses beneuolentiam tuam, et tuae isti in me liberalitati contra mores tuos artificii aliquid addidisses.* *Put.*

Pulcerrime. Reuera enim inter artes est, et quidem eas, qua gratiam beneficiis suis quaerunt. Plinius cap. XCI. *Beneficiis suis commendationem ex difficultate captant, gratioresque accipientibus honores arbitrantur, si prius illos desperatio, et taedium, et similis repulsae mora, in notam quandam pudoremque uertisset.* Sed et ambitioni suae ita consulunt, *ne minor sit rogantium turba*, sicut ait Seneca de Benef. lib. I. cap. V. Verum tali arte bonus Princeps non utitur. Nonit enim nihil magis conuenire sibi, quam ut promissa feruet: nec utilius esse, quam ne dilatione ingrata faciat beneficia, atque ita *manum afferat suis beneficiis, ostendatque, quod est pessimum in liberalitate, illibenter se fecisse.* Vide Senecam d. l. Aemil. Prob. uita Cimonis. Cassiodor. lib. III. Epist. XL. Imo etiam ne forte timorem suum prodat. Nam negare nulli, quid est aliud, quam cunctis obsequi, qua re nihil magnitudini principali magis derogare potest. *Scheff. et Coll. Cod.*

ficultatis? ſed denuntiare praeſtanda, ut et prolixior ſit ſenſus bonorum, nec repentina felicitas faciat attonitos, et ſimiles reddat ingratis. animos enim noſtros, ſubitis adfectibus impares, proinde laetitia ac dolor, ſi deprehendat, exſter-
2 nat. An non illa Romana pietatis notiſſimae mater, nuntio mali Cannenſis exterrita, filio reduce,

Cod. MS. pro uocabulo *artem* habet *partem*. Non inepte quidem dicerentur Principes et Aulici *partem difficultatis* adhibere, ſiue adiicere muneribus ſuis, qui crebrius uolunt rogari et beneficiis ſuis commendationem ex difficultate captant; ſed tamen neſcio, quomodo uulgata lectio ingenioſius illam *artem difficultatis* nominet. S.

Male Guelf. *partem*. Ea ratione *artem crudelitatis* dixit Quinctil. Declam. XVIII. cap. XI. et quae de hac re ad Plinium Paneg. XCI. ſunt diſputata. *Difficilis* porro is dicitur, qui non facilis aliquid concedit, ſed duras aures precibus praebet. *Arntz.*

XIX, 1. *reddat ingratis.*) Caſſiodor. lib. IX. Ep. XXIV. *Habet hoc humana conditio, ut celerius adepta faſtidio ſint, dum omne pretioſum uileſcit oblatum; et contra dulcius accipitur, quod ſub aliqua dilatione praeſtatur.* *Scheff.*

XIX, 1. *proinde laetitia*) *perinde laetitiae.* Leg. *laetitia.* *Acid.*

proinde) Sic aliquoties expreſſit Liuineius pro eo, quod uulgo ſcribimus *perinde*: neque tamen ullibi promſit, quod ſciam, rationem. Id ſemel monendum putaui. *Grut.*

Proinde Liuineii editio, quam Pariſienſis ſequi amat. Meus, *perinde laetitia, aut dolor*: quam lectionem reliquis praefero. *Scheff.*

Codex noſter pro particula *proinde* hoc loco elegantius ſcriptum refert *perinde*. S.

v. Heuſinger. ad Nep. Lyſ. 2, 2. *Inec.*

XIX, 2. *Pietatis notiſſimae mater.*) Vide Liuium lib. XXII. cap. VIII. Valer. lib. IX. cap. XII. qui tamen id poſt cladem ad Thraſimenum auditam contigiſſe ſcribunt. Pacatus autem ſecutus eſt Plinium lib. VII. cap. LIII. *Putean.*

duce, quem flebat, diriguit in mortem, nec par eſſe gaudio potuit, quae ſuperfuerat orbitati? Conſcius igitur caeleſtis arcani, et naturalium de-

XIX, 2. *quem flebat*) *quae flebat*: bene Bongarſius: *quem flebat*, et ſic uiſitur in Cod. Monaſterii Bertinienſis. *Grut.*

Edit. anni 1476. Rhen. *quae flebat*, et Liuin. niſi quod in margine adpoſuerat, *quem*. Pro *flebat*, Barth. ad Claudian. Bell. Gild. v. 7. ſcribit *deflebat*, ſine neceſſitate, cum *flere* idem ſit quod *deflere*. Virgil. Ecl. V. v. 21. Ouid. lib. I. Amor. El. XII. v. 2. Confer quoque de hoc loco Barth. ad Claud. l. l. et Clariſſ. Haverk. ad Oroſ. lib. III. cap. X. *Arntz.*

XIX, 2. *In mortem*) Ea praepoſitione cauſſa mortis exprimitur. Cicer. lib. XV. ad Attic. Epiſt. XV. Huic opponitur *ultra mortem*. Flor. lib. II. cap. VII. §. 10. *Id.*

XIX, 2. *Conſcius igitur caeleſtis*) Vult, opinor, Principem ſuum homine relicto Deum quendam, in terris agere, compotem caeleſtium et quae propria Deorum, ſupra naturam euaſiſſe, καὶ τῶν φυσικῶν ἄνω γενέσθαι nouo inuento genere liberalitatis, quod tempus retraheret, quod Natura ſubduxerat. Pudet tam proiectae adulationis in Chriſtiano Principe, qualis et ſuperior illa: *maieſtatis tuae participi Deo*. *Liv.*

Alii aliter hunc locum intelligunt. Ego puto his uerbis reſpexiſſe ad ſuperiora illa: *de ſummo puriſſimae mentis candore*: perque *conſcium caeleſtis arcani* intelligere eum, qui nouit et intelligit conditionem Numinis, benignitatem, puritatem, fidem: atque ad exemplum illius ſe mentemque ſuam componit, pariterque, ut illud, nil promittit, quod praeſtare non uelit. Per *conſcium* uero *naturalium depoſitorum* eum, qui humani animi infirmitatem ſcit, ideoque nihil facit, quod aduerſum illi eſſe queat. Quod profecto utrumque in bono Principe laudandum. Nec merebatur, ut opinor, Orator reprehenſionem, quam a Liuineio hic audire cogitur. *Scheff.*

Pro *conſcius* Guelf. *conſul*. f. *conſultus*. *Iaeg.*

XIX, 2. *naturalium depoſitorum*) Leg. *arcani et naturalium repoſitorum*. *Repoſita*, id eſt, *ſecreta*, *arcana*. Sic inferius, c. 21. *Niſi eos intra repoſitum Palatinae aedis incluſos tanquam aliquod Veſtale ſecretum ueneratio occulta conſuluiſſet*. *Acid.*

Argu-

depoſitorum, mauis hominibus ſperata procedere, quam inſperata ſuperuenire beneficia. Nec
3 immerito. namque fugitiua ſucceſſuum repentinorum uoluptas ut occupat, ſic relinquit: felicitas longior eſt, exſpectare ſecurum. Itaque quum hactenus a natura eſſet ſtatutum, ut bona ſua homines neſcirent, et tum primum inciperent felicitate gaudere, quum coepiſſent eſſe felices: tu promittendo praeſtanda, inueniſti tempus, quod nobis natura ſubtraxerat, ut, quos adepta ſolum iuuabant, etiam adipiſcenda delectent.

XX. Pari benignitate, quum plures adficere honoribus uelles, quam honorum loca admitterent,

1 Argute *depoſita* uocat cauſſas abditas, eaque quae non omnibus obuia ſunt, et paucorum quaſi fidei concredita, ut pluribus explico in Suſpicionibus. Haud tamen contemnenda hariolatio Danielis, cenſentis forte etiam legendum: *ſepoſitorum*; nam *ſepoſitum* et *reconditum* ſaepe coniungi Tullio; ſed nec idem abhorret ab *repoſitorum*, quomodo locutus infra mox: *uiſi eos intra repoſitum Palatinae aedis incluſos, tanquam aliquod Veſtale ſecretum.* *Grut.* et *Cell.*

XIX, 3. *ſecurum.*) Pricaeus ad Apulei. lib. V. Metam. p. 266. uult ſcripſiſſe *ſecuturum*, ex his uerbis Apulei: *futuri temporis gloria* Horat. lib. I. Sat. V. 101. *didici ſecurum agere* aeuum. Lucan. lib. VIII. v. 242. *dominis* ſecurius aeuum. et Burm. ad Ouid. lib. II. Triſt. v. 257. Patet clarius apud Iuſtin. lib. XXXIX. cap. IV. §. 3. *ſecuram ac tutam uitam egit.* Mox Bertinienſ. apud Liuineium reponit: *ante neſcirent. Arntz.*

XIX, 3. *neſcirent,*) codex noſter uerbo *neſcirent* praemittit particulam *ante*, quae huic loco apprime conuenit. *S.*

XX, 1. *honorum loca*) *honorum.* Leg. *honorum loca.* Sic Mamert. Grat. Act. Iul. pro Conſul. cap. XXII. Semel atque iterum *honorum* in *honorum* deprauatum fuiſſe reperias. *Rittersh.*

Legendum eſt *honorum.* Ita enim Rittershuſius quondam

terent, et anguſtior eſſet materia uoluntate, nec mentem tuam quamuis diffuſum caperet imperium, quem nondum aliquo prouexiſti gradu, tamen dignatione es ſolatus. Atque haud ſcio, 2
an quibusdam conſolatio iſta ſuffecerit. Ille

dam coniectauit et diſerte meus praefert. *Scheff.*

Honorum quoque Guelf. *Honor* enim de omnibus dignitatibus et magiſtratibus accipitur. Barth. ad Claudian. Conſul. Manlii Theod. v. 58. et ad Stat. lib. 1. Silu. II. v. 232. V. D. ad Vell. lib. II. cap. XVIII. §. 2. et cap. CXVI. §. 5. et CXXIV. §. 3. Mox Guelf. *diffuſam*, ut ad mentem referatur, et pro *tuam* profert *etiam*. *Arntz.*

XX, 1. *nec mentem tuam — imperium.*) Cum imperii tui amplitudo non tanta eſſet, ut beneficae menti tuae reſponderet ad aliis beneficiendum. *S.*

XX, 1. *quamuis diffuſum*) *diffuſam*, *caperet*. L. *quamuis diffuſum cap. Acid.*

XX, 2. *dignatione es ſolatus.*) Per *dignationem* titulos intelligit, et inſignia ſeu ornamenta, quae nonnunquam data iis, qui non ſtatim ad honores ipſos promoueri poſſent. Rem Iulius inſtituit. Nam cum haberet multos, qui per bella ciuilia res ipſius uaria opera promouiſſent, neque omnes Coſſ. uel Praetores facere aut poſſet aut uellet, dedit eis ornamenta Conſulum. Sueton. in uita eius cap. LXXVI. *Decem Praetoriis Viris conſularia ornamenta tribuit.* Sic apud Tacitum legimus *Neronem Procuratori ſuo conſularia inſignia, Aquilae praetoriae decreuiſſe* lib. XII. cap. XXI. Idem alibi factum uideas, ut lib. XIII. cap. X. et XVI. cap. XVII. *Scheff.*

Forner. ad Caſſiod. lib. XII. Var. Epiſt. IX. p. m. 559. Sauar. ad Sidon. lib. I. Epiſt. IX. Iuret. ad Symmach. Miſc. lib. IX. Epiſt. LXIII. et not. ad Plin. Pan. cap. XLVII. §. 1. Inuerſo ordine *ſolatione dignatus es* Guelf. Intelligit autem *ornamenta conſularia*. Sueton. Caeſ. cap. XXVI. ubi V. D. Guther. de Offic. Dom. Aug. lib. II. cap. V. Tacit. lib. IV. Hiſt. cap. IV. *Arntz.*

XX, 2. *haud ſcio, an* etc.) *an* pro *an non*. Cic. Catil. 4, 5. *neſcio, an amplius mihi negotii contrahatur*. ad quem locum plura congeſſit C. A. Heumannus.

Ioeg.

cohoneſtatus adfatu, ille menſa beatus, ille oſculo conſecratus eſt. Ita omnibus, qui, te Principe, ſibi iure confiderent, aut proceſſit dignitas, aut ſatisfecit humanitas: humanitas, inquam, quae
3 tam clara in Imperatore, quam rara, eſt. Nam quum indiſcreta felicium pediſequa ſit ſuperbia, uix cuiquam contigit et abundare fortuna, et indigere arrogantia. cuius quidem ita maiores noſtros pertaeſum eſt, ut grauiorem ſemper putauerint

XX, 2. *menſa*) Hic quoque praecipuus cenſebatur honor, adhiberi Principis menſis, et ad conuiuium inuitari, quaſi illae eſſent, ut dicebantur, ſacrae coenae. Barth. ad Stat. lib. IV. Silu. II. v. 5. et Forner. ad Caſſiod. lib. VI. Epiſt. IX. p. m. 559. Hac autem familiaritate commendare ſe ſtudebant ciuiliores Principes, qua de re plura Barth. ad Claud. lib. II. de laud. Stilic. v. 167. Lipſ. lib. II. Elect. cap. VI. *Arntz.*

XX, 2. *oſculo conſecratus*) *conſecratus* dicit, quoniam ille honor ſummus haberetur, a Principe accipi oſculo, qua parte ipſi praeiuerat optimus Principum apud Plin. Pan. cap. XXIII. §. 1. ubi plura. *Id.*

XX, 2. *te Principe ſibi*) meus habet *Principem.* Sed praefero uulgatam. Intelligit autem Viros bonos, quos ait Theodoſio Principe ſibi iure confidere. Nempe tales ſub bono Principe fidere ſibi poſſunt, id eſt, petere honores dignitatesque aut accipere: et iure poſſunt, quia boni ſunt, ac proinde Principi bono grati ac accepti. *Scheff.*

XX, 2. *clara*) Guelf. *clarus in.* Captauit potius elegantiam ex oppoſitione *clari* et *rari.* Similia uide ap. Sauar. ad Sidon. Apoll. Lib. VII. Epiſt. II. et V. D. ad Ouid. lib. II. ex Pont. Epiſt. III. v. 45. *Arntz.*

XX, 3. *ſemper pertaeſum eſt,*) Suſpecta mihi et inſuauis tam uicinae eiusdem uocis *ſemper* repetitio. Itaque hîc delebam, ac fidentius adeo e curta, quam exhibemus, ſcriptura. Quam equidem non ſum neſcius τοῖς ταχυγράφοις ualere *ſemper*, ſed iteratam uitio putaui ab extrema ante littera et primore poſt ſyllaba, (nam profecto *p* ad longum *per* eſt, ut alibi monemus) coniectura, ut tum uidebatur, mini-

uerint ſeruitute contemtum, eiusque impatientia ſint coacti, poſt bellatores Tullos, Numasque ſacrificos, et Romulos conditores, regnum usque ad nomen odiſſe. Denique ipſum illum Tarquinium exſecratione poſtrema hoc damnauerunt maledicto, et hominem libidine praecipitem, auaritia caecum, immanem crudelitate, furore uecordem, uocauerunt SVPERBVM, et putauerunt 4

V 2 ſuffi-

minime poenitenda. Nunc teſtificor in B. exerte hic abeſſe. Statim *ipſum illum Tarquinium* placet utrumque praenomen, ut infra: *ipſe ille rex eius, dedignatus antea confiteri hominem, iam fatetur timorem.* Iterum: *ut decertaturus cum ipſo illo Hannibale uidereris.* Rurſus: *ipſum illum uexillarium ſacrilegae factionis auidis gurgitibus abſorbuit.* *Liuin.*

XX, 3. *ſeruitute contemtum,*) Ita fere ſolent magni animi, nec quidquam ferunt difficilius, quam contemtum. Apud Senecam legimus Conſol. ad Helu. cap. *XIII.* eſſe, *quibus contemtu nihil grauius, mors ipſa potior uidetur.* *Scheff.*

Propria autem addit Epitheta *Tullo Bellatori* et *Numae ſacrifico*, ut Lucan. lib. *IX.* v. 478.

Sacrifico cecidere Numae, Romulum quoque ita *conditorem Vrbis* dicit, ut pergat cuilibet regi addere aliquid, quo potiſſimum cenſeretur, ut Flor. lib. *I.* cap. *I.* §. 1. *Vrbis et imperii conditor Romulus fuit.* Quod pergit *regnum odiſſe usque ad nomen*, pertinet, quod Romae poſt ſemel eiectos Reges id nomen admodum fuerit inuiſum. V. D. ad Rutil. lib. *I.* v. 555. et Freinsh. ad Flor. lib. *III.* cap. *XVI.* §. 4. *Arntz.*

XX, 3. *regnum usque*) *regum usque.* Leg. *regnum.* *Acid.*

Sic Pariſienſis ex correctione Acidalii, quam meus firmat. Ante legebatur *Regum.* *Scheff.*

XX, 4. *uoluerunt Superbum,*) aliter hoc agnomen, quam hic noſter, premit Cicer. Philipp. *III.* Verba haec ſunt: *Atque ille, quem maiores noſtri non tulerunt, non crudelis, non impius, ſed ſuperbus eſt habitus et dictus. Quod nos uitium in priuatis ſaepe tulimus, id maiores noſtri ne in Rege quidem ferre potuerunt.* *Liuin.*

Malim (pro *et h.*) *ut* et *uoluerint.* *Acid.* V. not. ad Vict. Ill. cap. *VIII.*

5 ſufficere conuicium. Quod ſi per rerum naturam liceret, ut ille Romanae libertatis adſertor, regii nominis Brutus oſor, precariae redditus uitae, ſaeculum tuum cerneret, ſtudiis uirtutis, parcimoniae, humanitatis imbutum ac refertum; nullum toto orbe terrarum ſuperbiae, libidinis, crudelitatis exſtare ueſtigium; iam te ipſum, qua publice, qua priuatim, uideret priſcorum duritia ducum, caſtitate Pontificum, Conſulum moderatione, petitorum comitate uiuentem: mutaret
6 profecto ſententiam tanto poſt ſuam; et, quum Roma-

XX, 5. *per rerum naturam*) Similis locus apud Claudianum, Mall. Conſ. v. 163. ſqq.

nunc Brutus amaret
Viuere ſub regno tali: ſuccumberet aulae
Fabricius: cuperent ipſi ſeruire Catones. Put.

XX, 5. *adſertor*,) Merito eo decoris titulo ornauit Brutum, qui Reges eiicere et Romanam libertatem adſerere primus fuit auſus. *Adſerere* de omnibus, qui in libertatem reducuntur, unde *adſertores* ſunt uindices alienae libertatis. Donat. ad Terent. Adelph. act. II. ſc. I. v. 40. Sueton. Claud. cap. X. Sciopp. Infam. Fam. p. 178. et Barth. ad Stat. lib. XI. Theb. v. 218. Ex uoce autem *conuicium* defendi debet ſcriptura apud Propert. lib. III. El. IX. v. 48.

Nomine quem ſimili uita ſuperba notat.
non *uocat.* Arntz.

XX, 5. *ſtud. uirtutis*,) F. *uerecundiae*. Hic ordine haec opponantur illis, quae ſupra de Tarquinio retulit: *hominem libidine praecipitem, auaritia caecum, immanem crudelitate.* Acid.

XX, 5. *petitorum comitate*) forte legendum *Praetorum comitate*. Plin. ad Traian. *Vos mihi in Tribunatu quietis, in praetura modeſtiae* etc. Put.

Petitorum recte legitur, et temere Balduinus edidit *Praetorum*. Graphice de Candidatis Mamertinus in Iulianum: *tributim homines atque etiam ſinguli ſalutandi, prenſandae obuiorum manus, omnibus arridendum, non ſolum cum infimis ſed etiam cum ignotis familiaritatis*

Romanam dignitatem ac libertatem probaret meliore in ſtatu, Imperatore te, eſſe, quam, Conſule ſe, fuiſſet, neceſſario fateretur, Tarquinium ſubmoueri debuiſſe, non regnum.

XXI. Sed, quod facere magnas urbes ingreſſi ſolemus, ut primum ſacras aedes, et dicata Numini ſummo delubra uiſamus, tum fora, atque gymnaſia, et pro fuis extenta porticibus ambulacra miremur: ita in laudibus tuis ſanctos

tatis imago ſimulandi. Plura, ut in re nota et perſpicua, non addo. *Liuin.*

XX, 6. *probaret, meliore*) tolle diſtinctionem poſt *probaret. Probaret in meliore ſtatu eſſe*, id eſt, inueniret, experiretur. Sic ſ. Satyra Sulpiciae:

An fruſtra uxori mendaxque
Diespiter olim
Imperium ſine fine dedi dixiſſe probatur. *Acid.*

XXI, 1. *Sed, quod facere*) Adſtruit hunc morem teſtimonio Adonis Treuirenſis ad Sidonii Epiſt. lib. I. Epiſt. V. Sauaro, ubi pariter illius mentionem fieri uidemus. *Scheff.*

Eius conſuetudinis exemplum exhibet Cebes in Tabula init. et dona dicata illi Deo, quod frequentis erat uſus. Achill. Tatius Erot. p. 5. Heliodor. Aethiop. lib. VII. p. 314. Lucian. Tox. p. 35. et 37. Ed. Graev. V. D. ad Silium lib. III. v. 32. et ſeqq. V. D. ad Virg. lib. I. Aen. v. 456. *Arntz.*

XXI, 1. *dicata*) Propria ſunt uerba *dicare* et *dedicare* de talibus rebus, quae in honorem Deorum conſtituebantur. V. ad Plinium lib. IV. Epiſt. I. §. 5. et ad Plin. Paneg. cap. XVI. §. 1. et iis templis oſcula dare, et quaſi ſacra quadam ueneratione ſolebant excipere. Sauar. ad Sidon. Apoll. lib. I. Epiſt. V. *Arntz.*

XXI, 1. *ambulacra*) Poſt hanc uocem uetuſtiſſime editi interſerunt *et clauſtra*, ut Editt. anni 1476. Rhen. et ſequiores. Scilicet eam uocem neceſſariam requiri Monachus ſcriba cenſuerat, ut ſic Ordini ſuo dignitatem et meritum honorem adſereret, ne inter praecipua Vrbis et pietatis decora negligerentur Monaſteria, quae eo nomine paſſim in Script. medii aeui deſignantur, unde inuenies: *Clauſtra Canonicorum, Clericorum,*

Palatii ritus, et priſcis aequanda caerimoniis inſtituta uenerati, gradum ad illa proferimus, quae in medio conſtituta, et ad publicos uſus facientia, non partim, ſed in commune conducunt: nec

corum, Monachorum. Nec neceſſe habemus talia teſtimonia adponere, cum abunde ſatisfaciat Du Cange ea uoce. Sed bonum factum! de hiſce ineptiis ne cogitauit quidem Pacatus, cuius ingenuitatem defendunt ſcripti Codd. Erant quidem olim collegia Monachorum, ſed illi ab omni uſu hominum remoti loca ſolitaria captabant, nec tanto ibi cum ſplendore et luxu ſeſe oblectabant. Vide Sitzm. ad Rutil. lib. I. v. 439. Sauar. ad Sidon. lib. II. Epiſt. II. Illa *ambulacra extenta* dicit *porticibus uariis.* Fuerunt porticus fere adiunctae talibus ambulacris. Barth. ad Stat. lib. II. Achill. v. 71. V. D. ad Petr. cap. XXIX. *Id.*

XXI, 1. *proferimus,*) Siue *proferamus. Acid.*

XXI, 1, *facientia,*) Noſt. Cod. pro participio *facientia* bene refert *patentia*: continuat enim Panegyriſtes metaphoram ab aedificiis ad publicos uſus patentibus petitam, qua proxime uſus erat. Neque niſi per ταυτολογιαν dicturus fuiſſet: *ad publicos uſus facientia in commune conducere.* Deinde noſter Cod. non *partim*, ſed *parti* ſcriptum exhibet, idque ſatis opportune. Pacatus enim non ita laudat Theodoſii uirtutes resque geſtas, quaſi partim ſiue ex aliqua parte proſint, partim noceant; uerum eas nunc commemorat, quae non *parti*, ſiue quibusdam tantum hominibus, ſed omnibus in commune conducant. S.

Nemo facile hanc ſcripturam damnaret; non tamen de nihilo Cod. Guelf. *patentia.* Sed nulla ratio uidetur, cur *facientia* reiiciamus, cum *facere* dicatur de omnibus rebus, quae proſunt, et aliquam utilitatem adferunt. Ouid. Epiſt. II. Her. v. 39. ubi plura Heinſ. et Drakenb. ad Liv. lib. XXVII. cap. X. Quinctil. lib. VI. Inſt. cap. I. *in commune profutura.* Tacit. lib. XV. Annal. cap. XIV. et lib. I. Hiſt. cap. LXXXV. Ad haec *parti* pro *partim* eſt in Guelf. quod recte, quamuis *partim* etiam ſimpliciter ponatur, licet non inaequatur aliud membrum. Cato de Re Ruſt. cap. V. ubi conſule Interpr. Cicer. pro Cluent. c. XXXII. et ſic nihil mutandum apud Quinctil. Declam. X. c. XVII. V. quae dixi ad Vict. Ill. cap. XXXI. et ad Plin. c. XXXIV. §. 2. *Arntz.*

nec parietibus, ſed orbe clauduntur: nec tecto, ſed caelo operiuntur. Velut primum illud eſt, (ne ſtatim ſumma captemus,) quod creber egreſſu exſpectantibus populis te fateris, nec uideri modo patiens, ſed facilis adiri, e proximo accipis uota hominum tuorum: ut, quisquis ille conſultor eſt, etiamſi meruerit (quod eſt rarum) repulſam, ferat tamen uiſi Numinis conſcientiam. 2

XXI, 2. *Velut primum illud eſt*) *Primum, id eſt*, Diſtingue, *uelut primum, id eſt, (ne ſtatim ſumma capiamus) quod. Populi* pro multitudine ſaepe in his Scriptoribus: et *fateri ſe alicui* dictum ſic, ut alias *negare. Acid.*

Primum illud eſt: ita meus et quem ſecuta eſt Pariſienſis. Veteres: *uelut primum id eſt ne ſtatim. Scheff.* Peius Guelf. *capiamus. Captare* enim eſt ſummo ſtudio aliquid cupere, conari. Virgil. Ecl. II., v. 8. Ouid. XVII. Her. v. 262. Iuſtin. lib. XXV. cap. III. §. 8. Ideo huc pertinet, quod ſequitur, *fatetur*, quod accipiendum de actionibus, nullo teſtimonio accedente. V. Schult. ad Senec. Contr. lib. II. Contr. XI. p. 153. Senec. Herc. Fur. v. 811. Iuuen. Sat. II. v. 17.

nultu morbum inceſſuque
fatetur

ubi Grang. *Arntz.*

XXI, 2. *exſpectantibus populis*) Sic ſupr. *neque enim quia ſe diuina mortalibus dedignantur fateri. Put.*

XXI, 2. *e proximo*) Non per interpretes aut internuntios, exemplo Auguſti, de quo Sueton. cap. LIII. *Promiſcuis ſalutationibus admittebat et plebem, tanta comitate adeuntium deſideria excipiens, ut quendam ioco corripuerit, quod ſic ſibi libellum porrigere dubitaret, quaſi elephanto ſtipem. Scheff.*

XVI, 2. *uiſi Numinis*) *Vt ſui Numinis.* Legendum, *tamen uiſi Numinis*: ut iam pridem docui ad Symmach. lib. *II.* Epiſt. *VIII. Iur.*

Locus hic diu multumque fruſtra me fatigauit, ſed praeluit ad uerum ſcripta lectio, unde eruebam (ut mihi uideor) belle: *uiſi Numinis.* Ait, conſultorem, qui repulſam meruerit, hoc ſolum ſolatii referre, aſpectum Numinis. Mox *aliud Veſt. ſecretum* non auſim damnare et *aliud* pro *alterum* dixerit, quod Graeci δεύτερον: ut *aliud caelum* Statio eſt Templum

3 At quam aliter illorum Principum mos fuit, (quos loquar, notum eſt) qui maieſtatem regiam imminui et uulgari putabant, niſi eos intra repoſitum Palatinae aedis incluſos, tamquam aliquod Veſtale ſecretum, ueneratio occulta conſuluiſſet:

plum Flauium Silu. V. Abaſcantii in Priſcillam pietate (I. v. 241.)

inque alio poſuit ſua ſidera caelo.

Nam *ſua ſidera* ſuos appellat, iam conſecratos et Diuos Veſpaſianum Patrem, Titum fratrem, Iuliam ſororem, filium ex Domitia. Proxime *ſolitudo prouiſa*, id eſt, quaeſita et captata, quod Domitiano ſtudium. Sueton. cap. XVIII. Plinius Panegyrico. *Liuin.*

Sui Numinis. Leg. *uiſi Numinis.* *Acid.*

Sic proxime MSS. duo, nempe, *ut ſi Numinis*, quod omnino nihili eſt, a quo tamen longius abiere uulgati, in quibus, *ut ſui Numinis.* Hoc, quod expreſſimus, ipſamet flagitat ſententia. *Grut.*

Meus et optimi quique Liuineii ac Gruteri habent, *ut ſi*, ex quo illi fecerunt id, quod in textu retinuimus. *Scheff.*

Olim. Edit. 1476. Rhen. Bald. et alii habent: *ut ſui.* Sed melius *niſi* defendit Iuret. ad Symmach. lib. II. Epiſt. VIII. p. 79. Ed. minor. et lib. X. Epiſt. XVI. Ita ſcilicet ſolebant illis temporibus, cum adulationibus Principum non ſtatueretur modus, ipſis honorem Numinis tribuere, id quod iam ab Auguſto coeptum. Flor. lib. IV. cap. XII. §. 66. Spanhem. de Vſ. Numiſm. Diſſert. III. num. III. p. 141. *Arntz.*

XXI, 3. *At quam aliter* etc.) cf. Paneg. Nazar. c. 5. *Iaeg.*

XXI, 3. *quam aliter*) *Quam alter.* Ita omnes quotquot uidimus. Sed perperam. Non alter ille mos fuit, ſed diuerſus. Expreſſe meus et rectiſſime, *at quanto aliter illorum p. m. f.* *Alter* fuit mos iſte, hoc eſt, alius, diuerſus fuit. *Scheff.*

Guelf. *quanto alter.* et pro *quos loquar*, *quod loquor.* Puto, elegantius locutus eſt Plinius in Paneg. cap. XX. §. 4. *quam diſſimilis alterius Principis tranſitus.* In minuta dignitate ſecutus eſt ſententiam Sardanapali, qui neminem ad ſe uidendum admiſit: de quo plura huc facientia legi poſſunt apud eos, quos attulerunt V. D. ad Iuſtin. lib. I. cap. III. *Arntz.*

XXI, 3. *Veſtale ſecretum*) Non igitur intelligit, ſed

set: nisi intra domesticam umbram iacentes solitudo prouisa, et silentia late conciliata uallassent. Quin si quando in lucem uenire, et diem ferre potuissent, lecticis tensisque subuecti, et densissima circum supraque cooperti uirorum armorumque testudine, sensim atque ad numerum mouebantur. Tum longe populus abigebatur, nec otiosa uiatoris manus plebem uerbere submoue- 4

V 5 bat;

sed alia quaedam sacra recondita, neminique nisi uirginibus et aedituis nota, de quibus praeter Dionysium Halicarnassensem, etiam Plutarchus testatur in Camillo. *Scheff.*

Spectat, uod omnibus maribus interdictus esset ad eam Deam aditus. Lipsius de Vest. cap. III. et Iuret. ad Symmach. lib. IX. Epist. XCIX.

XXI, 3. *ad numerum*) certo quodam et concinno motu, gr. εν ρυθμῳ, gall. *en cadence*. Lucret. 2, 631

Ludunt, in numerumque exsultant. — — —

Virgil. Eclog. 6, 27.

Tum uero in numerum Faunosque ferasque uideres
Ludere. — — —

Et Georg. 4, 174.

Illi inter sese magna ui brachia tollunt
In numerum. — — —

Martial. L. 14. ep. 199.

Hic breuis, ad numerum rapidos qui colligit ungues,
Venit ab auriferis gentibus, Astur equus. Iaeg.

XXI, 3. *otiosa*) At quomodo *otiosa*, si plebem uerbere remoueret, quod praecipuum munus Lictorum, ut uiam facerent uenienti Magistratui. Lipsius lib. I. Elect. c. XXIII. Veram scripturam seruauit Guelf. *odiosa*, quod facit ad acerbandos animos. Hoc idem Ouid. lib. V. Trist. El. VI. v. 32.

Virgaque cum uerbis imperiosa facit.

unde Plinius Paneg. c. XXIII. §. 3. *Silentes quietosque Lictores*, ubi eodem modo *otiosa* citat Lipsius. *Submouere* uero proprium uerbum Lictorum, qui obuiam turbam repellerent et monerent, ut uenienti Magistratui darent uiam. Grang. ad Iuuen. Sat. III. v. 124. Horat. lib. II. Od. XVI. v. 9.

Neque Consularis
Submouet *Lictor miseros tumultus.*

Vbi plura Torr. Senec. Epist. XCV. et Cl. Drakenb. ad Liv. lib. XLV. cap. XXIX. Plinius Paneg. cap. LXXVI. §. 8.

bat; ut ſecretum eſſet in publico. At noſter hic omnibus ſpectandus offertur, nec magis communem hunc diem atque ſolem, quam noſtrum Imperatorem, uideri licet. Quin, quum uicinum habeant permiſſa faſtidium, numquam iſte mirantes explet oculos. magis magisque uiſus expetitur, et, nouum dictu, praeſens deſideratur.

XXII.

§. 8. ubi alia. Feſt. in uoce *Matrona*: *Matronae a Magiſtratibus non ſubmouebantur.* Sueton. Claud. cap. X. Ita in uſu uenit *ſubmouere* pro repellere. Heinſ. ad Ouid. lib. III. Triſt. El. IV. v. 41. et Sauar. ad Sidon. lib. I. Epiſt. II. *Arntz.*

Sine ullo dubio retineri debet *otioſa*. Arntzenius non animaduertit praecedens *nec*. Sententia eſt: *et* manus uiatoris, quae *non* erat otioſa, plebem uerbere ſubmouebat. *Iaeg.*

XXI, 5. *ſpectandus offertur.*) *affertur.* Leg. *offertur.* *Fab.* et *Acid.*

Suſpicantur Daniel et Liuineius *offertur*; et melius eſt, etſi tamen non diſſimulo, locum egregie ſe habiturum quoque, ſi uox illa tota deleretur. *Grut.*

affertur) Ita omnes. Suſpicati ſunt Daniel et Liuineius *offertur*: quam ſuſpicionem quia meus palam confirmat, puto omnino retinendum eſſe. *Scheff.*

affertur uitioſe antique editi anni 1476. Rhen. et ceteri. *Offerri* dicuntur illi, qui non data occaſione et ultro adueniunt. Virgil. Ecl. *III.* v. 66.

At mihi ſeſe offert *ultro, meus ignis, Amyntas.*

et lib. I. Aen. v. 450. Ouid. lib. *I.* Metam. v. 644. Senec. Octau. v. 116. Drakenb. ad Liu. lib. XL. cap LV. *Arntz.*

XXI, 3. *cum uicinum*) Iuuenal. Sat. XI.

uoluptates commendat rarior uſus. *Liuin.*

XXI, 3. *nouum dictu,*) Legit Guelf. *mirum.* Scilicet id ſapit Gloſſ. manus, cum *nouum* exponere uoluiſſet per *mirum* et quod antea non fuiſſet auditum. Ita Virgil. Ecl. *III.* v. 86.

Pollio et ipſe facit noua *carmina.*

ubi conf. V. D. et Stat. ad Tibull. lib. *I.* El. *II.* v. 1. Iungit ideo has uoces *nouum* et *mirum* Gell. lib. *XVI.* cap. *XIX.* v. Barth. ad Stat. *VIII.* Theb. v. 101. et ad Claudian. in *IV.* Conſul. Honor. v. 515. Pric. ad Apulei. lib. *XI.* Met. p. 701.

XXII. Miremur, in urbibus tuis, et a tuis populis te uideri? quem fere nulla in ſolo ſuo natio externa non uidit: idque ita crebro, ut paene tam notus ſit barbaris uultus iſte, quam nobis. Nec fruſtra; quum aeſtates omnes foris, hiemes domi ducens, ciuibus hoſtibusque pari ſorte anni ſpatia diuiſeris, et, ſi qui forte ſunt barbarorum, qui nondum uirtutis tuae fulmen exceperint, nominis terrore perculſi et uelut adflati qui-

701. Gronov. Diatrib. ad Stat. p. 39. Cl. Cannegieter ad Auian. Fab. XL. v. 7. adeoque recte exponi poſſet, quod antea non fuit, ut facit Serv. ad Virg. lib. *I.* Georg. v. 89. et lib. *II.* Aen. v. 228. Sic idem Virg. lib. *III.* Aen. v. 365. *Sola* nouum *dictuque nefas.* quod lib. II. v. 680. dixerat:

dictu mirabile monſtrum.

et quod noſter hic: *nouum dictu.* *Arntz.*

XXII, 2. *perculſi et uelut adflati*) Ita omnes. Meus habet *percuſſi*: quod opinor eſſe rectius. Refertur enim ad praecedens *fulmen.* Plinius lib. II. cap. LVII. de uitulo marino: *tutiſſima putant tabernacula pellibus eius, quoniam hoc ſolum animal ex marinis fulmen non percutiat.* Sed et ſequens *afflati* oſtendit, ueram eſſe Noſtri lectionem: nam et illud de fulminibus uſurpatur. Sueton. Tiber. cap. LXIX. *Coronam lauream capite geſtauit, quod fulmine afflari negetur id genus frondis.* *Scheff.*

Guelf. *percuſſi* et *adflicti.* *Percelli* enim dicuntur, qui aliquo animi adfectu aguntur, admiratione, metu etc. Flor. lib. I. cap. X. §. 2. Noſt. infr. cap. XXXII. *Multiplicato terrore percelleres.* Lucret. lib. I. v. 13.

perculſae *corda tua ui.*

ubi eadem uarietas obſeruatur: ut et lib. V. v. 1222.

perculſi *membra timore.*

ſed et alterum aeque bonum. Senec. Thyeſt. v. 828.

Trepidant pectora magno
Percuſſa *metu.*

Quamuis inter has uoces diſtinguere conentur Viri Docti. Conf. Cl. Drakenb. ad Sil. lib. II. v. 213. et ad Liv. lib. I. cap. XXVII. Burm. ad Petron. cap. CXI. Ego parum intereſſe puto, quid eligas. Ita iudicauit iam Barth. ad Stat. lib. IV. Theb. v. 832. et V. v. 586. et X. v. 116. cf. Plin. Pan. cap. XC. §. 5. Tamen

2 quieſcant. Tua enim, Imperator, auſpicia non hae tantum gentes tremunt, quas ab orbe noſtro ſiluarum interualla, uel flumina montesue diſtinguunt, ſed quas aeternis ardoribus inacceſſas, aut continua hieme ſeparatas, aut interfuſis aequoribus abiunctas natura diſterminat. Non Oceano Indus, non frigore Boſporanus, non Arabs medio ſole ſecurus eſt; et, quo uix peruenerat
3 nomen ante Romanum, accedit imperium. Dicamne ego, receptos ad ſeruitium Gothos caſtris tuis

men *adflati* cum Guelf. non mutandum in *adflicti*. Eſt enim ille loquendi modus, qui a fulminibus deſumitur. Virgil. lib. II. Aen. v. 649. ubi Interpr. *Arntz.*

XXII, 2. *abiunctas*) *adiunctas*. Legendum *abiunctas*. Prudent. lib. II. contr. Symmach.

Sed tantum diſtant Romana et barbara, quantum
Quadrupes abiuncta *eſt bipedi, uel muta loquenti.*
Acid.

XXII, 2. *eſt*; *et quo*) Meus coniunctionem omittit. *Scheff.*

XXII, 3. *ad ſeruitium Gothos*) Similis locus apud Pollionem in Claudio: *impletae barbaris ſeruis ſenibusque cultoribus Rom. Prouinciae, factus miles barbarus, et colonus ex Gotho.* Pacatus autem intelligit *Gothos*, qui, Athanarico, Rege ſuo, defuncto, Romano imperio ſe dediderunt. Marcellin. in Chronic. Oroſ. lib. VII. cap. XXXIV. *Put.*

Non ſuſpecto, et, quod in B. eſt *receptum ſeruitum Gothos*, id equidem non uideo, qui excuſem. Saltem legeretur: *receptos ſeruitum.* *Liv.*

Pro *ad ſeruitium*, quod eſt in omnibus, meus habet *ſeruitum*, omiſſa praepoſitione, quod omnino rectum eſt. *Scheff.*

Non male ſic loquuntur euulgata exemplaria: at nec nihili eſt lectio Cod. noſtri: *Dicamne ego receptos ſeruitum Gothos.* Optionem aliis relinquimus. *S.*

Seruitum quoque Guelf. ut et Virgil. lib. II. Aen. v. 786. *Graiis* ſeruitum *matribus ibo.* Illud enim *ſupinum* ibi cauſam notat. V. ad Vict. O. G. cap. XX. et Cort. ad Sall. Iug. cap. CII. *Arntz.*

Firmat lectionem cod. Schwarz.

tuis militem, terris sufficere cultorem? dicam a rebellibus Saracenis poenas polluti foederis expetitas? dicam interdictum Scythis Tanaim, et imbelles arcus etiam fugientis Albani? Quaecumque 4

Schwarz. Scheff. et Guelf. etiam Cic. de Senect. c. 18. *Consurrexisse omnes, et senem illum sessum recepisse.* Iaeg.

XXII, 3. *poenas polluti*) Non muto. An tamen *soluti*, id est, *rupti*? Sic certe id uerbi corruptum et emendatum nobis Mamertini Panegyrico Iulian. Imp. *Acid.*

Non dubium mihi, quin *polluti* sit uera manus Pacati, quod uerbum pertinet ad Leges foederis uiolatas. Lucan. lib. VIII. v. 399.

Polluit *innumeris* leges.

Ouid. lib. X. Metam. v. 353.

Naturae pollue *foedus*.

Mox pro *etiam fug.* Vett. Editi *esse f.* ut Edit. 1476. Rhen. et aliae. *Arntz.*

XXII, 3. *interdictum Scythis Tanaim,*) Vide Orosium lib. VII. cap. XXXIV. Zonar. III. tom. Annal. *Put.* et *Scheff.*

XXII, 4. *fugientis Albani?*) *Albani* Populi sunt Orientis inter Iberiam et mare Caspium, de quibus Strabo lib. II. ἀκοντισταὶ ἱππεῖς καὶ τοξόται etc. *Put.*

Scripta lectio, pro *arcus esse fug.* praefert: *arcus etiam fug.* Quae uarietas, opinor, orta e compendiis. Valde enim inter se uicina *ee* et *et.*, quorum illud notariis *esse*, hoc *etiam* ualet. Sed quis idoneus testis, Albani in fuga arcus metuendos, quod obuium de Partho? Itaque e uestigiis certae scripturae haud timide emendem, *arcus te fug. Albani.* *Liuin.*

Ita meus cum aliis. Ante legebatur *esse* pro *etiam*: forte fuit *etsi*, h. e. licet fugientis. Respicit enim morem Gentium illarum, quae plus in fuga nocere telis consueuerunt, quam in acie, dum confertim ea uelut nimbum in sequentes hostes effundunt. Vide Strabonem lib. II. ubi de Albanis hisce ad Caspium habitantibus. *Scheff.*

Respicit, quod Parthi fugientes, et in fuga se retrò uertentes, tela mitterent: unde huc facit Nemes. Cyneg. v. 74.

Imbellemque fugam referam, clausasque pharetras Parthorum.

ubi Burm. *Imbellis* uero est, qui nihil ad bellum facit. Conf. Barth. ad Stat. lib. II. Theb. v. 389. et lib. *IV.* v. 754.

que natio barbarorum robore, ferocia, numero grauis umquam nobis fuit, aut boni conſulit, ut quieſcat; aut laetatur, quaſi amica, ſi ſeruiat. Perſis ipſa, rei publicae noſtrae retro aemula, et multis Romanorum ducum famoſa funeribus, quidquid umquam in Principes noſtros inclementius fecit, excuſat obſequio. Denique ipſe ille Rex eius, dedignatus antea confiteri hominem, iam fatetur timorem, et in iis te colit templis, in quibus colitur: tum, legatione mittenda, gemmis ſericoque praebendo, adhoc triumphali-

v. 754. cum Broukh. ad Propert. lib. IV. El. VI. v. 36. Lucan. lib. X. v. 54. De *Albanis* confer Cellar. Geogr. lib. II. cap. X. *Arntz.*

XXII, 4. *aut boni conſulit, ut quieſcat*) V. Panegyr. V. c. 8, 5. et Ind. v. *ut. Iaeg.*

XXII, 4. *Romanorum ducum*) Oroſius lib. VII. cap. *XXXIV. Perſae, qui Iuliano interfecto, aliisque Imperatoribus ſaepe victis, nunc etiam, Valente in fugam acto, victoriae ſatietatem ructabant, ultro ad Theodoſium miſere legatos. Scheff.*

XXII. 5. *ipſe ille Rex*) Similis locus eſt in Panegyrico Mamertin. Maxim. cap. X. *Hoc eodem modo, Rex ille Perſarum, nunquam ſe ante dignatus hominem confiteri, fratri tuo ſupplicat, totumque, ſi ingredi ille dignetur, regnum ſuum pandit.* Claudian. de VI. Conſul. Honor.

miſſique rogatum
Foedera, Perſarum proceres cum patre ſedentem
Hac quondam uidere domo, poſitaque Tiara
Submiſere genu. Put.

Artaxerxes, ſiue alius fuit, qui Richomere et Clearcho Coſſ. per legatos cum muneribus miſſos, pacem a Theodoſio petiit, ut aiunt Socrates, L. 5. Marcellinus Comes, et Claudian. de VI. Conſ. Honor. v. 69. *miſſique rogatum Foedera Perſarum proceres. Baun.*

Mox pro *adhoc* Guelf. *adhaec*, et *eſſedra* pro *eſſeda*. V. Sauar. ad Sidon. lib. II. Epiſt. X. Broukh. ad Propert. lib. II. El. I. v. 86. Cicero lib. VII. Fam. Epiſt. VII. cum Douſ. ad Ouid. lib. II. Amor. El. XVII. v. 49. Barth. Adv. lib. X. cap. XVII. et Rader. ad Martial. lib. I. Epigr. LXXXIV. Praeterea pro *non eſt* Guelf. *nomine. Arntz.*

phalibus belluis in tua eſſeda ſuggerendis, etſi adhuc nomine eſt foederatus, iam tamen tuis cultibus tributarius eſt.

XXIII.

XXII, 4. *non eſt foederatus*) Poſtea fuiſſe, ex Aurelio Victore liquet, qui ſcribit, Theodoſium cum Perſis pacem pepigiſſe, quod et Oroſius tradit. F. et P. Cod. ſic legunt: *et ſi adhuc nomine foederatus.* *Put.*

Ita omnes: ſed falſiſſime. Fuit enim iis temporibus foederatus, uti accurate docet Oroſius praedicto loco, qui *in iisdem diebus*, quibus Gothi a Theodoſio ſuſcepti fuerunt, etiam cum Perſis *foedus ictum* teſtatur. At cum Gothis longe ante pugnam cum Maximo, et triumphum Romae, hoc eſt, ea tempora, quibus habita eſt haec oratio, Theodoſius pacem fecit. Itaque, ut dixi, falſa eſt haec ſententia. Contra ueriſſime meus Cod. *etſi adhuc nomine foederatus. Nomine*, pro *non eſt*, eleganter. Senſus: praefert Perſa nomen foederati, quemadmodum et tu eum appellas: ſed nomen tantum habet. Nam ſi rem bene aeſtimamus, et illas legationes, et gemmas, et belluas, tributarius tibi eſt. Porro illud *non eſt*, quod hucusque Libri habuerunt, etiam antecedens, *excuſat obſequio*, facile infirmare poteſt. *Scheff.*

Latet inprimis uitium in ultimis uerbis: *etſi adhuc non eſt foederatus.* Hoc enim primum repugnat hiſtoriae: cum inueniamus, Regem Perſiae utique ante debellatum Maximum, adeoque iam illis temporibus, quibus Pacatus orationem ſuam habuit, Romanis foederatum fuiſſe. Refert enim Oroſius, eodem tempore, quo Gothi a Theodoſio recepti fuerant, etiam cum Perſis foedus ictum fuiſſe. Libro enim VII. cap. XXXIV. *Vniuerſae*, inquit, *Gothorum gentes*, *Rege* (Athanarico) *defuncto*, *adſpicientes uirtutem benignitatemque Theodoſii*, *Romano ſeſe imperio dediderunt. In iisdem etiam diebus Perſae*, *qui Iuliano interfecto*, *aliisque Imperatoribus ſaepe uictis*, *nunc etiam Valente in fugam acto*, *uictoriae ſatietatem ructabant*, *ultro Conſtantinopolin ad Theodoſium miſere legatos*, *pacemque ſupplices popoſcerunt*, *ictumque tunc foedus eſt.* Deinde, ſi ita ſcripſiſſet Pacatus, abſurde ſtatuiſſet, foederatos demum foederatis ordinarie tributa ſoluere debere. Sententiam igitur planam ueritatique congruentem reddit Codex noſter, qui loco uulgatae particulae *non*, uocem *nomine* exhibet. Sed en! ipſa Codicis uerba: *Deinde ipſe ille Rex*

XXIII. Ne tamen, Imperator, exiſtimes, cuncta me ad aurium gratiam locuturum, triumphis tuis Galli (ſtupeas licebit) iraſcimur. Dum in

Rex eius dedignatus ſe antea confiteri hominem, iam fatetur timorem; et in iis *te colit Templis, in quibus colitur. Tum legatione mittenda, gemmis ſericoque praebendo, ad hoc triumphalibus belluis in tua exedra (eſſeda) ſuggerendis, et ſi adhuc* nomine *foederatus, iam tamen tuis cultibus tributarius eſt.* Apte ſubiicit Codex participio *dedignatus* pronomen *ſe.* Ita enim loquitur etiam Mamertinus in Panegyrico Maximiano dicto cap. X. *Rex ille Perſarum, nunquam ſe ante dignatus hominem confiteri, fratri tuo ſupplicat.* Sed *exedra* in Codice corrupte ſcribitur, cum ſcribi debuiſſet *eſſeda*; niſi quis opinetur, Gallicum illud uocabulum, quod de *uehiculis* dicebatur, forte a nomine Graeco, et in latinam linguam recepto, *exedra*, originem traxiſſe, et ueluti *eſſedra* ſcribi debuiſſe. Praeclare autem loco particulae *non*, quae forte ex compendio ſcribendi irrepſit, noſter Codex *nomine* habet, ſicque ueram ſententiam Pacato reſtituit: utpote qui his uerbis ſignificare uoluit, Regem Perſarum nomine quidem foederatum, et quaſi parem Theodoſio dici; re ipſa tamen Theodoſii cultibus tributarium eſſe, cum ad hunc deuenerandum, pacemque retinendam, tot res pretioſas ſubmittat. Sed ſubiiciam integrum Mamertini locum, quem modo excitaui, ut qui Pacati noſtro loco ualde conſimilis eſt: *Hoc eodem modo Rex ille Perſarum, nunquam ſe ante dignatus hominem confiteri, fratri tuo ſupplicat, totumque, ſi ingredi ille dignaretur, regnum ſuum pandit. Offert interim uaria miracula, eximiae pulchritudinis feras mittit, amicitiae nomen impetrare contentus, promeretur obſequio.* S.

XXIII, 1. *triumphis tuis Gallicis* etc.) Corruptio, quam f. feliciter tollo. *Triumphis tu his ac illis ſtudeas*: uel; *tu iis aut illis*: ut ſupra, *Omnium aetatum ordinumque homines iis aut illis beneficiis apprehendebas.* Niſi et ibi *his* legendum. *Acid.*

Ita omnes, quotquot extant. Senius autem uerborum nullus, nec cum hiſtoria conueniens: quem ſe Acidalius feliciter reſtituere putabat, hoc pacto; *Triumphis tu his ac illis ſtudeas*, uel, *tu iis aut illis.* Sed infelix iſthaec emendatio. Cui enim hic non iſtud, *iis aut illis*, frigi-

in remota terrarum uincendo procedis, dum ultra terminos rerum, metasque naturae regna Orientis extendis, dum ad illos primae lucis indigenas,

frigidum uideatur? Scribe igitur locum integrum ex meo Codice hoc modo: *Nec tamen, Imperator, exiſtimes, cuncta me ad aurium gratiam locuturum. Triumphis tuis Galli (ſtupeas licet) iraſcimur. Galli*, ait, *iraſcimur*, hoc eſt, ego allique, qui in Gallia nati ſumus uiuimusque: quod profecto ſtupendum fuit, coniunctos nempe et amicos Gallos uictoriis ipſius iraſci. Sed quare iraſcebantur? quoniam res tantas in remotis terris, in Oriente, et non potius in conſpectu Gallorum Theodoſius geſſerat. Habes ſenſum loci antea corruptiſſimi elegantiſſimum.

Scheff.

Mira arte Panegyriſtes excuſat rebellionem Gallorum a Maximo excitatam, eiusque culpam, non quidem ſine laudis ſignificatione, in uictorias Theodoſii alibi partas, et ſigillatim de Oriente relatas, confert, atque ideo ait, Gallos his ipſis uictoriis ac triumphis, propter triſtem rerum in Gallia euentum, quaſi iraſci. Re uera ergo in his uerbis non de *triumphis Gallicis*, ſed de triumphis ob deuictum Orientem promeritis, loquitur Pacatus. Male itaque et praeter rationem, in omnibus huius panegyrici euulgatis libris, adhuc legimus: *triumphis tuis Gallicis iraſcimur.* Suboluit corruptela uerborum Pacati Valentino Acidalio, qui uero, Muſis parum propitiis, ſcribendum exiſtimauit: *triumphis tu his ac illis ſtudeas, licebit, iraſcimur.* Tamen Laurentius Patarol, in ſecunda Panegyricorum Veterum Editione, quam A. CIↃ IↃ CCXIX. prodidit, rem acu tetigit, cum ad eum ipſum Pacati locum haec commentatus ſit: *Miror, nocem hanc* (Gallicis) *non multum negotii Criticis faceſſiſſe. Cur enim* triumphos Gallicos *memoret Pacatus, dum conqueritur de Theodoſii geſtis in Oriente? Legerem libenter* alibi, *aut una demta ſyllaba*, Galli: *nec me coniectura fallit, ut puto, ut ſit ſenſus: nos Galli iraſcimur triumphis tuis: nam dum in Oriente triumphas, inuenit tyrannus apud nos ad ſcelera ſecretum.* Gratulamur Viro Eruditiſſimo de hac ingenioſa emendatione, cui tot alii Codices manu exarati, quos in Italia conſuluit, nullas ſuppetias tulerunt. Noſter autem Codex omnino ſuffragatur: utpote in quo diſerte haec uerba ſcripta legimus:

Trium-

et in ipſum, ſi quod eſt, ſolis cubile feſtinas, in-
2 uenit tyrannus ad ſcelera ſecretum. O quam paruis ueniunt ſumma mala principiis! Sic in ultimum prope Italici generis excidium, effracto Cn. Lentuli ludo, mirmillonum agmen emicuit. ſic

Triumphis tuis Galli, ſtupeas licebit, iraſcimur. Dum in remota terrarum uincendo procedis, dum ultra terminos rerum, metasque naturae regna Orientis extendis, dum ad illos indigenas et ipſum, ſi quod ſolis eſt cubile, feſtinas: inuenit tyrannus ad ſcelera ſecretum. (i. e. occaſionem ſecretam ad res nouas et ſeditioſas moliendas). S.

Optime de hoc loco meritus Schwarzius, in cuius ſententiam pedibus ire non dubitamus, praeſertim accedentibus excerptis Cortianis: quae adhaec pro *procedis* ſcribunt *procedas*. Male id quidem, quia praeceſſit *dum*. Peius uero habent *metusque*. Aliud iubet Virgil. lib. I. Aen. v. 278.

His ego nec metas *rerum nec tempora pono.*

ubi not. et Pric. ad Apulei. lib. IV. Met. p. 212. *Arntz.*

XXIII, 1. *in ipſum*) Praepoſitionem non agnoſcit Barth. ad Claudian. in IV. Conſ. Honor. v. 42. quod pariter facit Guelf. *Arntz.*

XXIII, 1. *inuenit tyrannus*) Maximus ſcilicet. *Clementem Maximum* uocat Seuerus II. Hiſtor. *Put.*

XXIII, 2. *et fracto Cn. Lentuli*) Sequor *effracto* et indubie fruſtra eſt uetus lectio. Apud Auctorem quoque incertum Panegyrici in Piſonem, quem Lucano aſſerit Hadrianus Iunius, (meo animo) haud nimium certo, uulgatur: *ut ſitus et fracta prorumpat in agmina mandra*: itidem *effracta* fidens legerim. *Mirmillonum agmen* gladiatores vocat, a ſpecie genus, quos Spartacus armauit. Appianus Bell. Ciuil. I. Florus, Themiſtius Sermone IX. alii. *Liv.*

Iisdem uerbis Florus lib. III. cap. XX. §. 3. *Ludus* enim, ut notum, erat ea ſchola, in qua parabantur ad pugnandum tirones. Periz. ad Sanct. Min. lib. IV. cap. XVI. et Broukh. ad Tibull. lib. I. El. IV. v. 45. *Arntz.*

XXIII, 2. *emicuit.*) Dicitur talis exercitus, qui ſubito et de improuiſo adeſt, cum nemo tale quid exſpectaſſet. V. D. ad Flor. lib. IV. cap. II. §. 40. Iuſtin. lib. II. cap. IX. §. 15. *Adoleſcentis gloria* emicuit. V. ad Plin. Paneg. c. IV. §. 5. *Idem.*

sic bella Consulibus ancipiti Marte pugnata Cilix pirata conflauit. sic tenentibus arma fugitiuis, Romana diu pila cessarunt ferro ergastulorum. Quis non ad primum noui sceleris nuntium risit? 3

XXIII, 2. *bella Consulibus*) Bella piratica, quae cum plura fuerint, nullum tamen a Consule gestum est; itaque forsitan heic legendum: *Proconsulibus*. Sic Daniel acute. Sed nouum non est, *Consules* poni pro Proconsulibus, praeteritum pro praesenti. *Grut.*

De hoc bello rursum consule Florum lib. III. cap. VI. *Scheff.*

Talia tentare non debuerat Erud. Vir, cum certum sit, *Consules* poni pro Proconsulibus, ut Flor. lib. II. cap. VI. §. 43. et cap. VII. §. 12. Duker. ad eumd. lib. II. cap. XIV. §. 5. et notae ad Vict. III. cap. XLVI. §. 2. et LXXIX. §. 3. *Arntz.*

XXIII, 2. *tenentibus arma*) Bellum seruile notatur, de quo Florus lib. III. cap. XIX. *Cellar.*

In nostro Cod. scriptum est: *sic* ferentibus *arma fugitiuis*. S.

Cur non liceret praeferre scripturam Cod. Guelf. *ferentibus*, cum *ferre arma* idem sit quod inferre. Ouid. Epist. VI. Her. v. 34. et Epist. VIII. v. 18. et lib. III. Fast. v. 9. Tibull. lib. I. El. VII. v. 30. Drakenb. ad Liv. lib. IX. cap. XXIII. Mox *Romana pila* dicit, quia illud armorum genus proprium esset Romanorum, nec apud alios populos ita in usu. Barth. ad Stat. lib. X. Theb. v. 147. et Lips. de Milit. Rom. lib. III. Dial. IV. *Arntz.*

XXIII, 3. *hominem risit?*) Maximus tyrannus intelligitur, qui in Britannia a Legionibus Imperator creatus est, teste Oroſio lib. VII. cap. XXXIV. Sed meus *hominem* non agnoscit. *Scheff.*

Vocabulum *hominem* Cod. noster omittit, expungendumque suadet. S.

Non inuito intelligo Scheff. Cod. et Liuin. in marg. notare, hanc uocem abesse a suis Libris, quod fortasse ortum est, quia mox sequitur *homines*, qualis repetitio unius uocis otiosa uidetur. Accedit Guelf. et Schwarz. quare tantis subnixus auctoritatibus deleri uolui. Si tamen quis uetustati aliarum Editionum adhaereat, eam uocem hic recte exponet per contemtum, quomodo passim adhiberi solet. Petitus Miscell. lib. III. cap. XV. Burm. ad Phaedr. lib. II. Fab. XV. v. 19. *Arntz.*

nam res infra dignitatem iracundiae uidebatur, quum pauci homines et insulani totius inclendium continentis adolerent, et regali habitu exsulem suum illi exsules orbis induerent? At quantos parturiebat Fortuna motus! quantum rei publicae malum pestis augenda, quantam tibi gloriam restinguenda seruabat! praecipue quum perfidia ducum, defectione legionum contra rem publicam foret uersum, quidquid pro re publica fuerat armatum.

XXIV.

XXIII, 3. *insulani*) Britanni, in quorum insula Maximus purpuram sumsit. Epit. Victoris et Orosius lib. VII. cap. XXXIV. *Cellar.*

XXIII, 3. *exsulem suum*) Nam genere Hispanus erat, et Theodosii Principis in Britannia commilito. Auctor Zosimus. Infra: *se orbis exterrem, patriaeque fugitiuum.* *Liv.*

Nam genere Hispanus fuit, inquit Liuineius. Sed sic exul Britannorum esse non potuit. Ipsorum enim exulem intelligo, non qui apud ipsos exulat, sed qui ex ipsis. Certe Cedrenus Maximum Britannum fuisse testatur, quod et Nicephorus facit lib. XII. cap. XIX. *Scheff.*

XXIII, 4. *motus! quantum*) *Fortuna tum.* Ita quidem editum a Liuineio, sed errore, ut puto, chalcographorum: scribendum enim erat cum editis: *Fortuna motus! quantum Reip. malum.* etc. *Grut.*

XXIII, 4. *pestis*) Inepte Guelf. *petit.* Cicer. lib. V. ad Famil. Epist. VIII. Gronov. lib. III. Obs. cap. XV. Mamut. et Cort. ad Cicer. l. l. *Exsules* autem *orbis*, quia Britannia a toto orbe seu imperio Romano diuisa erat. Virgil. Ecl. I. v. 67. ubi not. *Arntz.*

XXIII, 4. *perfidia ducum*,) Merobaudis scilicet. Prosper in Chronico. *Put.*

XXIII, 4. *foret uersum, fuerat armatum*) Hiulca haec, et uerbis aliquot defecta, quae in B. C. offendi. Sic igitur est in iis: *contra Remp. foret uersum, quidquid pro Rep. fuerat arm.* Egregie. *Liv.*

Mutet quis: *ad arma itum.* Veto ego. *Armatur* hic impersonaliter positum. *At quantos parturiebat Fortuna tum Reip. malum, pestis augenda, quantam tibi gloriam restinguenda seruabat.* Corruptus omnino locus, de quo nemo quicquam monuit, nec ipse

XXIV. Nolo tamen uſquequaque miſerorum uel factum onerare, uel fatum, qui, dum carnifici purpurato, tua ſe et adfinitate et fauore iactanti, infeliciter credunt, grauiſſimum omnium nefas fecerunt adfectu innocentium. Intelligo, quam difficilem in locum ſcopuloſumque deuene-

ipſe Frater. Lluin. ad margin. notauit: *quantos motus* alicubi legi. Tentaui ego quidem uarie, ſed nihil dum inueni, quod ſatisfaciat. Superuacaneam ſane uocem unam atque alteram, ſi *te motus* retineas, uideo, uel deeſſe potius plures. Tu, Lector, uide et amplius conſidera. Ego abſtineo. *Acid.*

Reponendum amplius: *def. Legionum contra Remp. fuerat uerſum quicquid pro Rep. fuerat armatum.* Sic enim plane Editio princeps, ſic MS. unus: quod dum ignorat Daniel, probabiliter locum fractum redintegrabat reſcribendo: *armata. Grut.*

Ita cum optimis Liuiicii et Gruteri etiam meus habet. Ante prius membrum omiſſum erat. *Scheff.*

XXIV, 1. *fucum — fatum*) Elegantiam captat, cum ita iungat *facta* et *fata*, ut quoque Rutilius lib. I. v. 92. *Excedis* factis *grandia* Fata *tuis*. *Arntz.*

XXIV, 1. *carnifici purpurato*) Maximo tyranno. De *adfinitate* autem Theodoſii, quam iactabat, nihil aliunde notum eſt. *Cellar.*

Dum Caeſares erant, eo ipſo adfinitatem quamdam cum Auguſtis conſecuti ſunt. Iam uero Maximus ſe iactauit Caeſarem. S.

XXIV, 1. *adfectu innoc.*) Apud omnes lectionem hanc inuenio. Meus habet: *affectum nocentium.* Videtur ſenſus eſſe: quicquid deliquerunt, exiguum eſt, quia grauiſſimum omnium delictum eſt, quod affectum nocentium induerunt. Et ſic opinabar poſſe legi. Occurrebat illud Ciceronis in Orat. pro Marcello, ubi non prorſus diſſimili ratione ita inquit: *Eſt aliqua culpa tenemur erroris humani, a ſcelere certe liberati ſumus.* Sed monuit me Freinshemius, retinendam eſſe lectionem uulgatam. Cuius unius iudicio quemadmodum lubenter theriſoque ſemper acquieſco, ita libentius hic facio, quoniam et Florilegii Autorem a Grutero editum hunc locum ſic legiſſe animaduerto. *Scheff.*

Affectum quoque Guelf.

XXIV. 2. *ſcopuloſumque*) Malim: *Scrupuloſumque*, aut *ſcrupoſumque*. *Acid.*

rim. Nam quum reuolui id luſtrale iuſtitium aures tuae reſpuant, laudes petant; gloriaeque interſit, ad praeſentium commendationem bonorum mala decurſa reputari; contra uero clementia ſumma beneficium ſuum malit imminui, quam triſtium enumeratione cumulari: neceſſe erit, me uel tacentem publica incommoda, uel loquentem, aut ingratum uirtuti, aut oneroſum eſſe pietati.

XXIV, 2. *luſtrale iuſtitium*) *Luſtrale*, quia Maximus tyrannus cum filio Victore quinque annos Occidenti imperauit, unde Auſonius de clar. Vrb. in carm. VI. de Aquileia:

Moenibus et portu celeberrima: ſed magis illud
Eminet, extremo quod te ſub tempore legit,
Solueret exacto cui iuſta piacula luſtro,
Maximus, armigeri quondam ſub nomine lixae. Put.

Per *iuſtitium* intellige luctum publicum, quando omnis Populus a laboribus cogeretur ceſſare. Sauaro ad Sidonium lib. II. Epiſt. VIII. quod tempus publice indicebatur. Lucan. lib. II. v. 17.

Ferale per urbem
Iuſtitium.

Proprie autem illud indicebatur, quia tempore non ordinario inſtitueretur. Pricaeus ad Apul. p. 241. Briſſon. de Formul. lib. II. pag. 269. Salmaſ. Plin. Exerc. p. 13. cum Iureto ad Symmach. lib. VII. Epiſt. CIII. et Drakenb. ad Liv. lib. IV. cap. XXVI. Pro *id* Guelf. *illud*. *Arntz.*

XXIV, 2. *decurſa*) Malorum praeteritorum recordari quoddam habebatur ſolatii genus. Virgil. lib. I. Aen. v. 204.

Haec olim meminiſſe iuuabit.

Cl. Withof. Praemet. Crit. p. 108. *Idem.*

XXIV, 2. *ingratum uirtuti*) Noſter Codex pro uocabulo *uirtuti* exhibet *ueritati*. Recte ſane. Neque enim tam commode hoc loco *uirtus*, quam *ueritas* a *pietate* diſtinguitur, et utraque ſibi quaſi opponitur. Ait enim Pacatus, ſi uelit ſilentio premere calamitates publicas, et Gallorum rebellionem, ſe aduerſaturum, ingratamque operam praeſtiturum eſſe *ueritati*: ſin uelit debeatque eloqui ac publice profiteri ſeditionem in Gallia, patria ſua, excitatam, ſe id a ſua in patriam pietate et amore uix impetraturum eſſe.

S. Vix

tati. Sed tamen, Imperator, exiguam ſenſibus 3
tuis iniunge patientiam. nam ſi dulcis in bonis
miſeriarum recordatio eſt, ſi nautas tempeſtatum,
ſi medicos iuuat meminiſſe morborum; cur non
tu quoque mala noſtra audias, ut tua beneficia
recognoſcas? Vnde igitur ordiar, niſi a tuis, mea 4
Gallia, malis? quae ex omnibus terris, quas illa
peſtis inſederat, haud iniuria tibi uindicas priui-
legium miſeriarum, non auribus modo, quarum
ſenſus eſt leuior, ſed coram oculis ferre compul-
ſa uictoriam Maximi; interitum Gratiani. Alta 5

X 4 licet

Vix adſenſum praebere poſſum. *Virtus* eſt, uincere, *pietas*, ſumma clementia in uictos uti. Huc pertinet Cicero pro Marceſl. cap. V. quem inſpice cum Animadv. V. D. Nepos Timol. cap. II. §. 2. *Praeclarum ducebat uictoriam, in qua plus clementiae quam crudelitatis.* et Cicero pro Marcell. cap. IV. hoc dicit *uictoriam uincere*, ubi plura, quae Noſtri ſcripturam confirmant. Nazar. Paneg. cap. VII. *Incruenta victoria fuit, ut credas, non bello anciſi dimicatum, ſed ſolas impiorum poenas expetitas.* *Arntz.*

XXIV, 4. *ordiar*,) Guelf. *exordiar*, et *de tuis.*

XXIV. 4. *Senſus eſt leuior.*) Cicero lib. VI. ad Famil. Epiſt. IV. *Equidem, nos quod Romae ſumus, miſerrimum eſſe duco, non ſolum quod in omnibus malis acerbius eſt uidere, quam audire* etc. *Put.*

XXIV, 4. *interitum Gratiani.*) Ecce aperte intra Gallias et uictus Gratianus et caeſus. Prosper Chronico hoc amplius ait, ſuperatum in Pariſiis. Lugduni interfectum idem Prosper, Caſſiodorus, Marcellinus Comes prodiderunt. Vt uehementer Zoſimum mirer, qui, equitatu Mauruſio primum, deinde ceteris paulatim deſciſcentibus ad hoſtem, rebus ſuis diffiſum, cum trecentis Equitibus per Alpes, quae tum incuſtoditae, in ſuperiorem Myſiam fuga euaſiſſe, ibique Sigiduni in tranſitu pontis ab Andragathio Comite, qui cum expeditis inſequi iuſſus, comprehenſum et occiſum refert. Nolim id Scriptori cetera non indiligenti excidiſſe. Quamquam et alibi in Hiſtoria lapſus. *Liuin.*

Qui in Galliis ad Lugdunum interfectus eſt. Vide Pro-

licet uulnera, quod fatendum eſt, proximus nobis Italus, et contiguus oſtendat Hiſpanus: ſed in dolore ſummo habet ſuum uterque ſolatium. tyrannidem ille non uidit; hic tyrannicidium uidit. 6 Nos primi impetum belluae furentis excepimus, nos ſaeuitiam eius innocentium ſanguine, nos cupiditatem publica paupertate ſatiauimus. apud nos ſemet exercuit crudelitas iam ſecura, et adhuc

Proſper. Caſſiod. Marcellinum Liuineio citatos et Socratem, L. V. c. II. Adde Oroſium, qui id ipſum contra Zoſimum affirmat. Cedrenus non in praelio, ſed ab Andragathio per inſidias interfectum ſcribit, deceptumque fama et opinione aduentantis ad ſe coniugis. Cum quo conſentit Nicephorus lib. XII. cap. XX. Caeſus autem Gratianus *VIII.* Kal. Septembr. A. D. 383. ut annotat Iacobus Gothofredus Diſſertat. ad Philoſtorgium p. m. 418. *Scheff.*

XXIV, 5. *dolore ſuo*) Vet. et Vat. (pro *ſuo*) *ſummo*. Var. Lect. Putean. Caue mutes. Ouid. Epiſt. *XVII.* Her. v. 252. ubi Heinſ. Tamen ita quoque Ed. 1476. Rhen. *Arntz.*

XXIV, 5. *ille non uidit;*) Ille Hiſpanus; atque ita *ille* ad propinquius, *hic* ad remotius refertur. Vide quae ad Plinium lib. I. Epiſt. XX. ſect. 21. notauimus. *Cell.*

XXIV, 5. *hic tyrannicidium*) Hic Italus: quia apud Aquileiam Maximus captus et ſupplicio adfectus eſt. *Id.*

XXIV, 6. *ſatiauimus.*) Eleganter perſiſtit in metaph. cum proprie tribuendum feris animalibus ſanguine ſatiari. Eodem modo Iuſtin. lib. I. cap. *VIII.* §. 13. Lucan. lib. *V.* v. 243. Claudian. lib. *II.* de Rapt. Proſerp. v. 19. Cicer. Orat. V. Philipp. cap. *VII. Nulla res ei finem caedendi niſi defatigatio et* ſatietas *attuliſſet.* Ouid. lib. *IX.* Met. v. 178.

Corque ferum ſatia.

Quo referri poſſent illa Horatii lib. I. Od. *II.* v. 37. *Nimis longo* ſatiate *ludo.* *Arntz.*

XXIV, 6. *ſemet exercuit crudelitas*) *ſemel exercuit.* Lege: *Semet exercuit.* Balduinus repoſuit: *ſeſe exeruit;* non tam recte. *Iuret.*

Delent *apud* et mutant *ſimul* aut repetunt *nos*: *ſatiauimus apud nos; nos ſimul exer-*

huc inops auaritia. alibi malum publicum aut coepit, aut deſtitit; in Gallia ſedit.

XXV. Quis ſe nobis calamitate contulerit? tyrannum et cum aliis tulimus, et ſoli. quid ego referam uacuatas municipibus ſuis ciuitates, impletas fugitiuis nobilibus ſolitudines? quid perfunctorum honoribus ſummis uirorum bona publicata, capita diminuta, uitam aere taxatam? Vi- 2
dimus redactas in numerum dignitates, et exſutos trabeis conſulares, et ſenes fortunarum ſuperſtites, et infantium ſub ipſo ſectore ludentium flendam ſecuritatem: quum interim miſeri ueta-

exercuit. Nihil horum ſatis conuenit. Tu corrige leuiſſime *ſemet*: quod innumeris horum Scriptorum locis nihil ualet amplius quam *ſe.* Infra: *ut fatentur uni* ſemet *uictoriam, alteri debere uindictam.* Supra: *an quis ferret moleſte, ad Principis* ſemet *modum coerceri.* Infra: *Hactenus* memet *Inſp. Aug. praeteritas res tuas attrectaſſe fas fuerit. Acid.*

Scilicet in uetuſtis Editt. habebatur *ſemel.* Ita ſane Edit. 1476. Rhen.

XXV, 1. *Diminuta,*) *Deminuta* edidit Cellarius, ſed meliora ſapiunt uetuſtiores Editi *diminuta,* quomodo et Cod. Guelf. et clare oſtendit Feſtus in uoce *deminutus,* cum Cuiacio lib. *VI.* Obſ. cap. *XXV.* et toties apud illos. Ex hoc ipſo quoque loco Pacati oſtendit Baptiſt. Pius Syll. *III.* Annotat. Poſter. cap. *XLIV.* p. 456. Faber lib. *I.* Semeſtr. cap. *VIII.* Turneb. lib. *XI.* Aduerſ. cap. *XX.* cum Rittersh. ad Salvian. lib. *III.* de Gubern. Dei p. m. 154. *Arntz.*

XXV, 2. *redactas in numerum*) i. e. contemtas et uiles et deſpectas, redactas uel coactas in ordinem, ut loquitur Sueton. in uita Claud. cap. *XXXVIII.* et in Veſpaſ. cap. *XVI.* Plin. lib. I. Epiſt. XXIII. Arnob. lib. IV. Priſcian. lib. XVIII. *Extra numerum* alicubi legere memini: et *eximere numero* apud Quinctil. Vide Bud. in Pandect. *Put.*

XXV, 2. *infantium*) Guelf. *in tantum* quod corruptum, ex *infantum,* uel, ut edidimus, *infantium,* cum eae uoces in *ns* duplicem formant geni-

bamur agere miſeros, immo etiam omnes cogebamur mentiri beatos, et, quum domi atque ſecreto ſolis coniugibus ac liberis credidiſſemus furtiuum dolorem, procedebamus in publicum non
3 noſtrae fortunae uultu. Audires enim dicere dela-

genitiuum pluralem in *um* et *ium*. Cort. ad Sall. Iug. cap. *LXXXIX*. V. ad Victor. Epit. cap. *XLVIII*. §. 17. Neque hi infantes liberi erant a tyrannorum ſaeuitia, cum nec ipſis parceretur. Barth. ad Claudian. lib. I. in Rufin. v. 245. et Schulting. ad Senec. Suaſor. VII. p. 46. *Arntz.*

XXV, 2. *uetabamur*) *utebamur*. Recte emendant *uetabamur*. Niſi tamen paullo rectius *uetabantur*. Nam uim alias nullam habet, quod ſequitur, *omnes*. *Acid.*

H. e. Vetabamur fiere. Vt ſolet fieri ſub malis Principibus. Nero apud Senecam Tragoedum in Octauia v. 502. de temporibus Triumuirorum:

Expoſita roſtris capita eneſorum Patres
Videre moeſti: flere nec licuit ſuos.

De Tiberii temporibus Suetonius cap. *LXI. Interdictum, ne capite damnatos propinqui lugerent.* Porro lectionem hanc cum optimis quibusque etiam meus firmat. Ante legebatur *utebamur*. *Scheff.*

Vtebamur Edit. 1476. 1520. et aliae. Ouid. lib. X. Met. v. 362.

Flere uetat, *ficcaque genas*. et lib. V. Triſt. El. I. v. 52. *Acceptoque graui uulnere flere* uetas.

Lucan. lib. *VII*. v. 707. *Flere* ueta *Populos*.

Conf. not. ad Plin. Pan. cap. *XLVI*. §. 6. *Arntz.*

XXV, 2. *agere*) Reſpicit ad lugendi rationem ueterum, cum mortuum debito luctus honore proſequerentur, quod mali Principes prohibuerunt, ut ita facilius ipſorum ſcelera ex animis hominum delerentur. V. D. ad Sueton. Tiber. cap. *LXI*. Adeatur Cel. Trotzius Mem. Propag. cap. *VI*. qui in omnibus ſatisfecit. Expoſitio igitur haec eſt, quod Guelf. *plangere*: id enim dolentium indicium. V. D. ad Ouid. lib. *VIII*. Met. v. 527. Curt. lib. V. cap. *XII*. §. 14. Erat enim id ultimum officium, quod mortuis exhiberetur. Barth. ad Stat. lib. *XII*. Theb. v. 454. *Id.*

XXV, 2. *fortunae*.) tali uultu, qui infelicibus tempori-

delatorem: *Quid ita ille triſtis incedit? an quia pauper ex diuite eſt? non enim ſe uiuere gratulatur? quid ita hic publicum atratus inceſtat? luget, credo, fratrem, ſed habet filium.* Ita fieri non licebat amiſſa, metu reliquorum. Serenos ergo nubilis 4
mentibus uultus induebamus, et ad illorum uicem, qui, deguſtato Sardorum graminum ſucco, feruntur in morte ridere, imitabamur laeta maerentes. Eſt aliquod calamitatum delinimentum, 5
dediſſe lacrymas malis, et pectus laxaſſe ſuſpiriis. Nulla maior eſt poena, quam eſſe miſerum, nec uideri. Spes inter haec nulla praedonis explendi. 6
nec enim, ut natura fert, copiam ſatietas ſequebatur. creſcebat in dies habendi fames, et parandi

poribus adeſſe deberet, quem potius praeferre calamitatibus deceret. Eo facit Ouid. Ibid. v. 122.

aerumnae facies inuidioſa ſuae.

ubi Comment. Iterum Epiſt. *IX.* v. 125.

Nec uenit inultis captarum more capillis,
Fortunam uultus *faſſa tegendo ſuos.*

quo loco iterum non ſilent Interpr. *Arntz.*

XXV, 4. *Sardorum*) Reſpicit, quod tradidere antiqui, in Sardorum inſula naſci quamdam herbam, unde qui edunt, ſtatim in riſum ſoluuntur, ut in mortem usque rideant. Erasm. Adag. p. m. 621. et Barth. ad Claudian. lib. *II.* in Eutrop. v. 87. atque hinc optime dixerat *induebamus*, quoniam ſub tyrannis triſtiores uultus praeferre piaculum haberetur, atque praeſtaret ſaltem laetiores induere uultus. Gataker. Adv. Miſcell. lib. II. cap. *XIII.* *Id.*

XXV, 5. *laxaſſe*) male Guelf. *laſſaſſe*, quod minus huic loco conueniens. Cl. Drakenb. ad Liv. lib. II. cap. *XXV.* Adde Coler. Parerg. Iur. cap. XXX. Suet. Aug. cap. *LXXXIII.* §. 2. *animi* laxandi *cauſſa.* *Id.*

XXV, 6. *habendi fames*) Guelf. *praedandi.* Spectat ad inexplebilem diuitiarum cupiditatem. *Habere* enim referendum ad nimium diuitiarum ſtudium. Grang. ad Iuuen. Sat. *III.* v. 122. Cortius

7 di rabiem parta irritabant. Vt aegrorum ſitim potus accendit; ut ignis arentibus non obruitur, ſed augetur: ita coactae publica egeſtate diuitiae auiditatem ieiunae mentis acuebant.

XXVI. Stabat ipſe purpuratus ad lances et momenta ponderum, nutusque trutinarum pallens atque inhians exigebat. Comportabantur interim ſpolia prouinciarum, exſuuiae exulum,
2 bona peremtorum. Hic aurum matronarum manibus extractum, illic raptae pupillorum ceruicibus

tius ad Sall. Iug. cap. *II.* §. 3. Elsn. ad Luc. cap. *XVIII.* §. 24. Adeoque huc recte pertinet *fames*, quae eſt, ut Ouidius dicit lib. *I.* Met. v. 131.

amor ſceleratus habendi. Barth. ad Claudian. lib. *I.* in Rufin. v. 188. *Id.*

XXV, 7. *ignis arentibus*) MS. *ut aegrorum ſitim potus accendit, ut ignis arentibus* lignis *non obruitur, ſed augetur.* etc. S.

Lignis quoque interſerit Guelf. Ouid. lib. *IV.* Faſt. v. 510.

arſuris arida ligna *focis.* Horat. lib. *III.* Od. *XVII.* v. 13.

Dum potis aridum
Compone lignum.

et pro *auiditatem* Guelf. *auiditate.* Male. *Arntz.*

XXVI, 1. *lances*) Erant illa inſtrumenta, quibus pondera ſolebant iniri. Feſtus ea uoce. Sordidam talem pecuniae auiditatem notarunt in plurimis Imperatoribus, qui praedonum more omnia rapere et ad ſe trahere non dubitauerunt. Plura Barth. ad Claud. lib. *I.* in Ruf. v. 187. *Momenta* dicuntur, quae accedunt, ut res in alteram partem inclinetur. Duker. ad Florum lib. *II.* cap. *XV.* §. 2. Iuretus ad Symmach. lib. *III.* Epiſt. *IV.* Heinſ. ad Ouid. lib. *XI.* Met. v. 285. *Arntz.*

XXVI, 1. *nutusque trutinarum*) Vide Turnebum Aduerſ. lib. *XXVII.* cap. *II.* *Put.*

XXVI, 2. *matronarum manibus*) Alii iam emendarunt (credo Lipſius) *inauribus:* uel potius *crinibus.* *Acid.*

Sic meus omnesque alii. Itaque miror, quare Lipſius uoluerit *inauribus*, cum praeſertim non hic magis, quam ille in uſu fuerit apud feminas ornatus. Vide quae notantur Thomae Bartholino, in diſſertatiuncula de Armillis §. 5. *Scheff.*

cibus bullae, iſtic dominorum cruore perfuſum adpendebatur argentum. Numerari ubique pecuniae, fiſci repleri, aera cumulari, uaſa concidi, cuiuis ut intuenti non illud Imperatoris domicilium, ſed latronis receptaculum uideretur. Sed tamen latro raptis abutitur, et ablata aliis 3
ſibi reddit; nec ideo uias, ſaltusque obſidet, ut theſaurum ſtruat atque defodiat, et cum ſcelere miſer ſit; ſed ut gulae, uentrique ſuppeditet, nec deſit ſumtus impendiis. nam et effundit et negligit, eadem perdendi et quaerendi facilitate. No- 4
ſter

XXV, 2. *bullae*) Vide Feſtum lib. II. Aſcon. Paed. in *III.* Verr. Macrob. *I.* Saturn. cap. *VI.* *Put.*

Tales *bullae* Nobilitatis erant ornamentum. Barth. ad Stat. lib. V. Silv. *III.* v. 120. Pro *fiſci* Guelf. *fiſcus*. Conf. Coler. Parerg. Iur. cap. *XXVII.* not. ad Pauli Recept. Sentent. lib. V. Tit. *XII.* Dempſt. ad Roſin. lib. *VII.* cap. *XXXVI.* et not. ad Plin. Paneg. cap. *XXXVI.* Qui uero Fiſco non poterant ſoluere, uendebantur. Scholiaſt. Innen. Sat. *III.* v. 33. *Vt intuenti*: priorem uoculam reiicit Guelf. *Arnez.*

XXVI, 2. *pecuniae, fiſci*) *Pecuniae fiſci*, diſtinguendum. *numerari ubique pecuniae, fiſci repleri.* *Acid.*

XXVI, 2. *latronis receptaculum*) Plin. Paneg. 36, 1. *Spoliarium ciuium, cruentarumque praedarum ſaeuum receptaculum.* *S.*

XXVI, 3. *abutitur*) utendo ea conſumit. Cic. in Verr. *I.* I. c. 9. *Niſi omni tempore, quod mihi lege conceſſum eſt, abuſus ero: querere.* *Ineg.*

XXVI, 3. *aliis ſibi*) Non uideo, quod in his uerbis deſiderem, et tamen *abl. aliis ut ſibi redd.* eſt in V. B. Quod ingenue non expedio, fidei nihilominus cauſa, et quia merito ſumma apud me eſt utriusque Codicis auctoritas, proponendum putaui, ſi quid erui fortaſſe quiret: non enim omnia omnes poſſumus. *Liv.*

Dubitabam cum Liuineio de hoc loco: maxime cum et in meo deprehenderem, *aliis ut ſibi.* Sed exemit mihi dubitationem omnem Freinshemius, cum quo retinendam omnibus uulgatam cenſeo. *Scheff.*

ſter ille pirata, quidquid undecumque conuerrerat, id, nobis ſibique periturum, in illam ſpecus ſui charybdim congerebat. Charybdim loquor? quae quum plena nauigia ſorbuerit, dicitur tamen reiectare naufragia, et contortas fundo rates Tauriminitanis litoribus exponere. Bona noſtra

XXVI, 4. *quidquid conuerrerat,*) *conuenerat.* Poteſt ea lectio defendi. Balduinus tamen repoſuit *concurrerat.* *Iuret.*

Leg. *conuerrerat.* Statius, emendante Modio:

— *Quid ſi Tyriae Phrygiaeque ſub unum*
Conuerrentur *opes.* *Acid.*

Acidalius, Liuineius, Gruterus coniectarunt *conuerrerat.* Hanc eorum coniecturam meus firmat, apud quem expreſſe ita ſcriptum reperitur. *Scheff.*

Acidalius et alii ex coniectura ſcribendum cenſuerunt, *conuerrerat,* cum uulgo et adhuc in recentiſſima Editione Veneta legeretur: *conuenerat.* Cod. MS. *Noſter ille pirata, quidquid undecunque* conuexerat: *id nobis* etc. S.

Poſſet etiam legi *conuexerat*: uerum uidetur alterum magis exprimere rei indignitatem. Taubm. ad Plaut. Rud. act. III. ſc. VI. init. Adeoque non amplectimur ſcripturam Barthii ad Claudian. lib. I. in Ruf. v. 220. legentis *conuenerat,* quod aperte falſum. Firmat receptam ſcripturam Horat. lib. I. Od. I. v. 10.

Quidquid de Lybicis uerritur *areis.*

Veteſtiores quoque Editi *conuenerat.* Ita Edit. 1476. Rhen. aliaeque. *Arntz.*

XXVI, 4. *Charybdim*) *Charybdin* non *Charybdim* praefert Guelf. In priſtina ſcriptura conſentit Barth. ad Claudian. lib. I. in Rufin. v. 220. *Arntz.*

XXVI, 4. *contortas — rates*) intelligit naues ad fundum raptas, quare *eiectam naufragorum manum* dicit Cicero Orat. II. Catil. cap. XI. Terent. Andr. act. I. ſc. III. v. 18. V. Marckl. Epiſt. Critic. p. 54. Burm. ad Petron. Satyr. cap. CXV. et ad Val. Flacc. lib. VI. v. 411. unde *eiectus* notat naufragum. Terent. Andr. act. V. ſc. IV. v. 20. Ouid. Epiſt. VII. Heroid. v. 172. et lib. XIII. Met. v. 527. *Arntz.*

XXVI, 4. *Tauriminitanis litoribus*) Sic olim creditum. Vide Strab. lib. VI. et Senec. Epiſt. LXXIX. *Cellar.*

Et Lipſ. ad Senec. Epiſt. 1. 1. V. D. ad Iuuen. Sat. V. v. 93. *Arntz.*

ſtra ad aerarium una et perpetua uia ibant: nullas eorum reliquias, nulla fragmenta, uel ſero uicta faſtidio, illa communis uorago reuomebat.

XXVII. Eſt improborum Principum poſtrema defenſio, auferre donandi gratia, et inuidiam rapinarum magnitudine munerum deprecari. Quae (malum) ratio eſt, abſtuliſſe omnibus, quod nullus habiturus ſit? Et priuatorum qui- 2 dem

XXVI, 5. *reuomebat*) Perſiſtit ulterius in metaph. cum de mari iactatis quoque adhibeatur. Virgil. lib. V. Aen. v. 182.

Et ſalſos rident reuomentem *pectore fluctus.*

Lambin. ad Lucret. lib. II, v. 199. Val. Flacc. lib. I. v. 822. Ouid. lib. XV. Met. v. 513.

et patulo partem maris euomit *ore.*

et *XIII.* Met. v. 731. de Scylla.:

uomit raptas reuomitque *carinas.*

Seneca Agam. v. 500.

Hauritque et ulto redditam reuomit *mare.*

ubi non uideo, cur ſequerer Criticum legentem *mari.* Certe receptum confirmant duo apud me Codd. *Arntz.*

XXVII, 1. *donandi gratia*) Cicer. Offic. 1. *Sunt multi cupidi ſplendoris et gloriae, qui eripiunt aliis, quod aliis largiantur. Hique arbitrantur ſe beneficos in ſuos amicos uiſum iri, ſi locupletes eos quacunque ratione. Id autem tantum abeſt ab officio, ut nihil magis officio poſſit eſſe contrarium.* Porro pro *donandi gratia* in meo eſt *donando.* Rectiſſime. *Scheff.*

MS. *Eſt improborum Principum* extrema *defenſio auferre* donando. *S.*

Pro *donandi gratia* Guelf. refert *donando*, quod facit ad defenſionem ſcripturae Cod. Scheff. Nec nouum eſt, *gratia, cauſſa* etc. omitti, quare non neceſſe eſſet, illum caſum mutari. Drakenb. ad Liu. lib. IX. cap. XXXIX. quibus iunge, quae diximus ad Vict. Ill. cap. II. §. 6. Quod idem eſt, pro *poſtrema* ſcripſit Guelf. *extrema*: pro *nullus* idem praefert *nullis.* Reſpicere uidetur ad τὸ *omnibus.* *Arntz.*

XXVII, 1. *nullus habiturus*) *aditurus.* Perſpicue rectum eſt *habiturus. Aditu* pro *habitu* reſcriptum Panegyr. X. cap. XXVI. In Epiſtola quoque Sabiniana Pari-

dem auaritiae, licet mala, tamen aliqua, defensio est; timetur inopia, et reponitur senectuti, et prospicitur heredi. Quam adfert caussam concupiscendi, qui, quantum ubique est, habet?
3 Quin ego, si fas piumque mortalibus aestimare caelestia, nullam maiorem crediderim esse Principum felicitatem, quam fecisse felicem, et intercessisse inopiae, et uicisse fortunam, et dedisse
4 homini nouum fatum. Itaque Imperatori, propriam

Paridis ad Oenonen, quae Ouidianae respondet; ubi uulgatum est:

Iam dolet, et Mauors terras ultroque reliquit.
Praetulit Anchisen hinc abitura *suum.*

Olim bene mihi correctum: *huic habitura.* Sermo est de Venere. *Liuin.*

XXVII, 3. *existimare*) Malim cum Editis *aestimare*, quod et seruat Editio primaria, nisi quod in ea *extimare*. *Grut.*

Male aliae Editiones scribunt *extimare*. Sed meliora dedit Guelf. *aestimare*. Idem enim notat quod *existimare* Scheff. ad Phaedr. lib. *III.* Fab. IV. v. 6. Cort. ad Sallust. Cat. cap. *VIII.* §. 2. et ad Plin. lib. *III.* Epist. *IX.* §. 21. Plura congessit diligentia Cl. Drakenborchii ad Liuium lib. *XXXIV.* §. 2. *Arntz.*

XXVII, 3. *nouum fatum.*) *Dare homini nouum fatum.* Iuret. ad Symm. lib. I. Epist. *VII.* Vide Turneb. lib. *XXVII.* Aduers. cap. *II.* *Put.*

Principes posse regere Deorum Fata et ea in melius mutare crediderunt Principibus adulantes: inde illud Ammiani Marcell. lib. *XVII.* cap. *XIII.* *Fatum uinci Principis potestate.* ubi conf. Vales. unde dicuntur *conuertere Fata.* Barth. ad Claudian. *IV.* Cons. Honor. v. 119. p. 584. adeoque haec sunt referenda ad minora, quae superari possunt prouido consilio, et solertia humana. Cl. Burman. ad Ouid. Epist. *I.* Her. v. 28. cum ceteroquin *Fata immutabilia* iudicarint Seruius et alii ad Virgil. lib. I. Aen. v. 257. Curt. lib. *IV.* cap. *VI.* §. 17. et Bernecc. ad Iustin. lib. *XII.* cap. *XIII.* §. 5. Huc trahi posset illud Ouidii lib. *XI.* Met. v. 759.

—nisi sensisset prima noua Fata iuuenta.

Huc

priam maieſtatem bene aeſtimanti, non tam illud uideri ſinum debet, quod abſtulit, quam quod dedit. Nam quum intra ipſum uoluantur omnia, et, ut ille, qui cuncta ambit, Oceanus, quas ſuggerit aquas terris, recipit e terris, ita quidquid in ciues manat a Principe, redundat in Principem: et rei et famae bene conſulit munificus Imperator. Lucratur enim gloriam, quum det pecuniam reuerſuram.

XXVIII. Sed illi quidem ſtulta omnis ratio captandae laudis uidebatur, qui, praeter inſitum peſſimo cuique boni exempli odium, ſummam fe-

Huc et facit Senec. Agam. v. 707.

Fatorum nouas
Experta Leges.

Iuuen. Sat. VI. v. 190. V. D. ad eumd. Sat. VII. v. 189. Barth. ad Stat. lib. X. Theb. v. 194. Turneb. Adv. lib. XXVII. cap. 11. *Arntz.*

XXVII, 5. *redundat*) L. *redundet*: pendet enim a ſuperiore *quum. Nam quum intra ipſum uoluantur omnia, et ut ille* etc. Nec finita dum ſententia, cuius altera pars ſequitur. *Acid.*

Lege *redundet* cum Acidalio, etſi ueterem ſcripturam meus quoque praeferat. *Scheff.*

Redundat tamen retinet Barth. ad Claudian. IV. Conſ. Honor. v. 118. ubi alia ad hunc locum facientia reperiuntur. Nec priſci Editi diſſentiunt. *Arntz.*

XXVIII, 1. *Sed illi*) Guelf. *illa.* Sed alterum fortius uidetur: et pro *exempli odium* Editt. 1476. 1520. et aliae *exemplum*, omiſſo *odium*. Guelf. *eius boni exemplum. Id.*

XXVIII, 1. *peſſimo cuique boni exemplum*) Falſa et nihili ſententia, quam animabam, et ante inſpectos Codd. legebam: *peſſ. cuique odium boni exempli.* Et ecce diſerte eſt in C. *peſſimo cuique b. exempli odium.* In quo acquieſcamus ſane. Nam quod V. exhibet *cuius* pro *cuique* aeque ad ſenſum nauci eſt. Tentabam tamen, et mutatione parua ſcribebam: *praeter inuiſum peſſ. cuius cuius boni exemplum. Boni* i. e. uirtutis. *Liv.*

Meus pro *cuique* habet *cuius*: ſcribendum forte *cuimis.* *Scheff.*

licitatem habendi ac nocendi fine determinans, non ſolum, ut quam plurimum quaereret, ſed, ut nihil cuiquam reliqui faceret, laborabat. Nec enim, qui Regibus mos eſt, exercendis inuigilabat metallis, ut latentia naturae bona in uſum arceſſeret, et pararet innoxias, nullo pauperiore, di-
2 uitias. Parum ille pretioſum putabat aurum, quod de montium uenis, aut fluminum glareis quaeſitor

XXVIII, 1. *cuiquam reliqui*) Exemplo Neronis, de quo Sueton. cap. XXXII. *Nulli delegauit officium, ut non adiiceret, ſcis quid mihi opus ſit, et, hoc agamus, ne quis quidquam habeat.* *Id.*

XXVIII, 1. *exercendis*) Acidalius coniectauit *egerendis*, et paulo poſt *accerſeret*. Iuuatur coniectura eius a ſcriptura mei Codicis, quae plane eſt huiusmodi. *Scheff.*

Pro *egerendis* Cod. Guelf. *exerendis*, quod non meretur audiri. Tacit. lib. XV. Annal. cap. XLV. Iuſtin. lib. IV. c. I. §. 6. Lucan. lib. III. v. 166.

Gaza triumphis
Egeritur. *Arntz.*

XXVIII, 1. *arceſſeret*) Guelf. *accreſceret*, quod ferri poſſet et commode explicari. Conferendus eſt Palmer. Specil. p. 843. tom. IV. Faſc. Crit. *Id.*

XXVIII, 1. *innoxias*) *Namque honeſta ſunt lucra, per quae nemo laeditur*, inquit Caſſiodor. L. 9. c. 3. Variar. *Pat.*

XXVIII, 2. *fluminum glareis*) Interponit Guelf. *de fluminum*: ideoque uidetur illud *de* accipiendum eſſe pro *e*, ut apud Horat. lib. II. Od. IV. v. 17. Iuſtin. lib. III. c. IX. §. 2. et alibi. *Glareae* uero ſunt lapilli minores, qui reperiuntur in margine fluuiorum. Tibull. lib. I. El. VIII. v. 59. V. D. ad Auſon. Epiſt. X. v. 15.

glarea *trita uiarum.*
Gronov. ad Liv. lib. XXI. c. XXX. Lucan. lib. IV. v. 302.

Aut impulſa leui turbatur
glarea *uena.*

et *nuda glarea* apud Columellam de Re Ruſtic. lib. IV. cap. XXII. §. 8. et *glareoſa arua* et *ſabuloſa* iungit Idem lib. II. cap. X. §. 23. Barth. lib. III. Adv. cap. IV. Vulg. Verſio Iobi cap. XXI. v. 33. Quod ſequitur *eruiſſet*, melius eſt, quam alii Editi *exuiſſet*. Ita Editio 1476. Rhen. et aliae. *Eruere* de interioribus terrae uiſceribus, pro in lucem producere. Ouid. lib. III. Amor. El. VIII. v. 52.

Erui-

tor Beſſus, aut ſcrutator Callaicus eruiſſet: illud purius ſplendidiusque credebat, (quod dediſſent dolentes,) quod hominum lacrimae, non amnium aquae abluiſſent, nec e terrenis ſpecubus

Eruimus *terra ſolidum pro frugibus aurum.*
Lucan. lib. *IV.* v. 222.
Non chalybem gentes penitus fugiente metallo
Eruerent. *Arntz.*

XXVIII, 1. *Beſſus*) *Beſſi* ſunt Populi Thraciae apud Plin. lib. *IV.* cap. *XI.* Veget. lib. *II.* cap. *XI.* *Vsque eo*, inquit, *ut etiam cunicularios haberent, qui ad morem Beſſorum ducto ſub terris cuniculo murisque intra fundamenta perfoſſis improuiſi emergerent.* Claudian. de Conſul. Manlii:

quidquid fluuiis euoluitur auri,
Quidquid luce procul uenas rimata ſequaces,
Abdita pallentis fodit ſolertia Beſſi.
Put. et Scheff.

XXVIII, 1. *ſcrutator Callaicus*) In meo eſt *Gallaicus.* Rectius *Gallaicus*, uel *Gallaecus*, quoniam ex Gallaecia Hiſpaniae regione, auri foecunda, de qua Plinius lib. XXXIII. cap. IV. *Scheff.* Siue Callaecus. Guelf. *Gallicus*; corrupte.

XXVII, 2. *purius*) Peccat Guelf. *ſpurius* reponens, quod etiam aeſtimauiſſe uidetur alia manus, cum puncto infra *s* poſito illud monuerit. Martial. lib. IV. Epigr. XXXIX.

Argentum *tamen inter omne miror*
Quare non habeas, Charine,
purum.
Iuuen. Sat. *IX.* v. 141.
argenti *uaſcula* puri.

ubi tamen Grang. expoſuit: *non caelati*: cui non accedo. Adde Douſ. Praecid. ad Catull. cap. *VII.* *Arntz.*

XXVIII, 2. *quod dediſſent dolentes*) Iſthaec meus non agnoſcit. Et profecto, ſi rem bene aeſtimamus, locum hic non habent. Quomodo enim cum praecedente illo *ſplendidius* conuenit *dolentes*? Non enim, quia dolebant, ſplendidius reddebatur, ſed quia, quod mox ſequitur, lacrimis abluebant. Itaque ego quidem uerba iſta pro Gloſſemate habeo, quae primum adſcripta in margine, poſtea in textum ipſum ab imperito quodam recepta ſunt. *Scheff.*

XXVIII, 2. *animum aeque*) Leg. *amnium aquae.* *Acid.*

Franc. Modius Nouant. Lect. Epiſt. LXXIX. notat: *Aenigma hoc planiſſime. Sed bene, quod Sphingem et quidem Hortenſiana illa meliorem domi habemus. Scribendum haud dubie:*

egeſtum, ſed e ceruicibus iugulisque caeſorum
3 eſſet effoſſum. Sic, quum immitis tyranni et ſti-
lus timeretur et gladius, tranſierat in uota pau-
pertas, et, ut poſſemus effugere carnificem,
4 optabamus ſubire ſectorem. Quod ſi cui
ille,

dubie: quod hominum lacrumae, non omnium aquae abluiſſent. Elegantiſſima et maxime perſpicua oratione. Eodem modo Ranchinus Var. Lect. lib I. cap. XIV. Reſpicit Orator ad morem antiquum, cum crederent, malefacta ablui poſſe, ſi corpus ulua aqua ablueretur. Virgil. lib. II. Aen. v. 718.

Me bello e tanto digreſſum et caede recenti
Attrectare nefas, donec me flumine uiuo Abluero.

Vbi conf. V. D. *Abluere peccata* in Vulg. Verſ. Actor. cap. XXII. §. 16. Ouid. lib. V. Faſt. v. 681.

Ablue *praeteriti periuria temporis, inquit,*
Ablue *praeterita perfida uerba die.*

Propius ad Noſtrum Plinius lib. III. Epiſt. VII. §. 3. *maculam abluerat.* Cicer. lib. IV. Tuſc. cap. XXVIII. *Omnis perturbatio animi abluitur.* Deſr. ad Senec. Hipp. v. 714. Torrent. ad Horat. lib. I. Sat. V. v. 24. Barth. lib. III. Adu. cap. III. et ad Stat. lib. I. Theb. v. 332. Victor. Var. lection lib. XIII. cap. *XXIV. Arntz.*

XXVIII, 3. *ſtilus*) Sic *ſtilus proſcriptionis* in l. 4. Cod. de bonis damnat. et Cod. Theodoſ. Vide Iuret. ad Symmach. lib. *IV.* Epiſt. *LXXII. Pue.*

Suſpectum *ſtilus.* Nec ſcio ſatis an *fiſcus. Acid.*

Proſcriptio. Sic Seneca de Clementia I. *XIV. decretorium ſtilum* dixit, quo filius exheredatur. *Cell.*

Stilus de omni acerbiore ſcriptura eſt exponendus. Hinc *atrox ſtilus* apud Petron. cap. V. ubi Burm. et *audacia ſtili* apud Statium Praef. lib. *III.* Silu. Conſule porro Turnebum lib. *XIV.* Adu. cap. *XXIV. Arntz.*

XXVIII, 3. *ſubire ſectorem.*) Opportuno loco memorat illud hominum genus, qui plura ſimul in auctionibus emebant, ut deinceps ea iterum per partes uenderent. Cicer. Orat. II. Philipp. cap. *XXXI.* Illud genus infelicibus temporibus Romae admodum erat inuiſum. Burman. de Vectigal. cap. *VIII.* Barth. Adu. lib. *IV.* cap. *IV. Sector* itaque ſolus is eſt, qui emit publicata bona. Barth. Adu. l. l. Flor. lib. *II.* cap. *IV.* §. 48.

ille, pro ceteris ſceleribus ſuis, minus crudelis fuiſſe uidetur, ueſtrum is, ueſtrum, Balio triumphalis, et

48. Talem ambiguitatem in Cicerone notauit Graev. ad Cicer. pro Sext. Roſc. cap. *XXIX.* et Abram. ad eumd. Orat. *II.* Philipp. cap. *XXVI.* Manut. ad eumd. lib. *XV.* Epiſt. *XIX.* Victor Epit. cap. *XVI.* §. 9. *Arntz.*

XXVIII, 4. *ſi ille cui,*) Sic puto legendum: *quod ſi cui ille prae ceteris ſceleribus ſuis minus crudelis fuiſſe uidetur, ueſtrum is, ueſtrum, Balio triumphalis et trabeate Merobaudes, recordetur interitum.* etc. Merobaudem autem illum puto eſſe Valentiniani Iunioris propinquum, qui bis Conſul fuit in Occidente, atque eo *II.* Conſule Gratianum occiſum Marcell. in Chron. tradit. Merobaudis magiſtri militum proditione, Gratianum a Maximo ad Pariſios ſuperatum eſſe Prosper ſcribit, quem puto alium eſſe abs ſuperiori. *Balio* autem pro *Vallio* reponendum ex Ambroſii Epiſt. *XXVII.* ubi ſcribit, Balionem, bellatorem egregium, cum a Maximo occidi iuſſus eſſet, ſibi ipſum uim intuliſſe. *Put.*

Transponunt *ſi cui ille*, quod non opus. Expungunt etiam neſcio quid. Tu leniter muta et necte cum ſequentibus: *Quod ſi ille cui pro ceteris ſceleribus ſuis minus crudelis fuiſſe uidetur, ueſtrum is, ueſtrum, Vallio triumphalis, et trabeate Merobaudis, recordetur interitum.* *Aeid.*

Ita totum hunc locum ſcriptum meus Codex habet. Acidalius et Puteanus conjecturis adducti ita emendauerant, cum ante legeretur: *quod ſi ille cui p. c. ſ. ſ. m. crudele f. v.* *Scheff.*

XXVIII, 4. *Balio triumphalis*) *Vallio triumphalis, et trabeati Merobaudis.* Sic fere MSS. Codd. et Viennenſe exemplar. Nam ultima editio: *ueſtrum ſi ueſtrum Vallio triumphalis et trabeati memorandis recordetur int.* Media uero: *ueſtrum ſi ueſtrum Vallio triumphalis, et trabeate Merobaudis recordetur int.* Puteanus emendabat: *quod ſi cui ille prae ceteris ſceleribus ſuis minus crudelis fuiſſe uidetur; ueſtrum is, ueſtrum, Balio triumphalis, et trabeate Merobaudes, recordetur interitum.* Merobaudem autem illum putat eſſe Valentiniani Iunioris propinquum, qui bis Conſul fuit in Occidente, atque eo ſecundum Conſule Gratianum occiſum tradit in Chronico Marcellinus. Merobaudis magiſtri militum proditione, Gratianum a Maximo ad Pariſios ſuperatum eſſe Prosper

et trabeate Merobaudes, recordetur interitum: quorum alter post ampliſſimos magiſtratus, et purpuras conſulares, et contractum intra unam domum

Proſper ſcribit, quem putat idem Puteanus diuerſum eſſe a ſuperiore. Ceterum *Balio* pro *Vallio* reponendum putat Balduinus ex Ambroſii Epiſtola XXVII. ubi ſcribit *Balionem bellatorem egregium, cum a Maximo occidi iuſſus eſſet, ſibi ipſi uim intuliſſe.* *Grut.*

Ambroſio eſt *Balio*. Itaque ſic nomen eius hic ſcribendum cenſet Puteanus. Puto, perinde eſſe, ſiue *Balio* ſcripſeris ſeu *Valio*. Solent enim iſtae literae creberrime inter ſe permutari, uti ex Inſcriptionibus antiquis notiſſimum cuique eſt. *Scheff.*

Cod. MS. *Quod ſi ille cui* ueſtrum *pro ſceleribus ceteris ſi is minus crudelis fuiſſe uidetur*; is ualii *triumphalis et* trabeati Merobaudis *recordetur: quorum alter poſt ampliſſimos magiſtratus — — uita ſe abdicare compulſus eſt*; etc. Satius haec legi uidentur ſine Apoſtrophe ad Valium, ſiue Balionem, et Merobauden, propter nexum ſequentium uerborum. S.

Guelf. praefert *Valio*. Quae notat Scheff. de illis literis inter ſe commutatis, res certa eſt. Burm. Syllog. Epiſt. tom. *V.* p. 366. Gronov. ad Gell. lib. II. Noct. c. *IV.* Salmaſ. Plin. Exercit. p. 199. *Arntz.*

XXVIII, 4. *trabeate Merobaudes,*) Quem Marcellinus Comes in Chron. dicit iterum Conſulem fuiſſe, quo anno Gratianus interfectus eſt a Maximo. *Cell.*

Reſpicit ad id, quod Romanorum Impp. et Coſſ. olim inſigne fuerit *Trabea*. Seru. ad Virgil. lib. XI. Aen. v. 334. Manut. Quaeſt. per Epiſt. lib. *III.* Quaeſt. *III.* cum Sauar. ad Sidon. Carm. *II.* v. 2. Mamertin. Paneg. cap. *III. Trabeae ueſtrae triumphales et faſces Conſulares.* Fuit hic Merobaudes Conſul ſub Valentiniano, quod conſtare poteſt ex iis, quae notat Valeſ. ad Ammian. lib. XXX. cap. X. *Arntz.*

XXVIII, 4. *ampliſſimos magiſtratus,*) Conſulem Merobaudem bis inuenio, primum cum Flauio Gratiano A. *IV.* A. V. C. MCXXVIII. Iterum ſexennio poſt, cum Flauio Saturnino, qui hic *Vallio* eſt. Quo anno ex ante diem VIII. Kal. Septembres Gratianus occiſus eſt, ut Marcellinus Comes tradit. Caſſiodorus et Proſper in proximos Coſſ. Ricimerem et Clearchum reliciunt. *Liv.*

mum quemdam honorum senatum, uita sese abdicare compulsus est; alteri manibus satellitum Britannorum gula domi fracta, et inusta femineae mortis infamia, ut scilicet maluisse uir ferri amantissimus uideretur laqueo perire, quam gladio. Sed 5

XXVIII, 4. *gula domi fracta,*) Vt haec melius intelligantur, adscribenda uerba sunt Ambrosii ex Epistola *XXVIII.* quem locum commode hic indicarunt Balduinus et Puteanus. *Quos, inquit,* (Maximum loquentem introducit) *occidi? Respondi ei, Balionem. At quem uirum? qualem bellatorem? Haeccine fuit iusta causa exitii, quod Imperatori suo fidem seruauit? Non ego, inquit, eum iussi occidi. Respondi, hoc audiuimus, quod occidi iussus sit. Sed, inquit, si ipse sibi uim non intulisset, iusseram eum deduci Cabillonem et ibi uiuum exuri.* Patet ex his uerbis, praetulisse Maximum, quasi ponte Valio se laqueo suspenderit, metu grauioris supplicii. Hinc Noster *inussisse ei femineae mortis infamiam* dicit. *Scheff.*

XXVIII, 4. *et inusta*) Mutant *et usta.* Quorsum? Tu l. *et inusta femininae mortis infamia.* Muliebris enim mors, laqueo, uirilis, gladio perire. Quamquam magis probem simpliciter *foedae. Acid.*

et iniusta habet Cod. Guelf. Defendit uulgatam scripturam Val. Max. lib. VI. cap. *VIII.* ex. 7. *literarum nota per summam oris contumeliam* inustus. Addatur Gronov. ad Liu. lib. *IX.* cap. III. Iustin. lib XLIV. cap. IV. §. 9. *Notae corporis, quae* inustae *paruulo fuerant.* Confer Dougt. Anal. Sacr. part II. Exc. LXXXIV. Facit ad hanc rem Petron. cap. CIII. *Frontes notans inscriptione solerti, ut uideamini stigmate esse puncti.* ubi V. D. Plin. lib. IX. Epist. XIII. §. 16. *Nota Certo quasi Censoria inuratur.* Tuetur quoque hunc locum Lips. de Cruce lib. III. cap. VII. et Modius Nouant. Lection. Epist. LXXIX. *Arntz.*

XXVIII, 4. *femineae mortis*) Hoc enim genere supplicii afficiebantur. Sueton. in Tiber. cap. LXI. *Immaturae puellae, quia more tradito nefas esset uirgines strangulari, uitiatae prius a carnifice, dein strangulatae.* Tacit. Annal. VI. cap. XXV. ubi de obitu Agrippinae: *Addidit Caesar, iactauitque, quod non laqueo strangulata, neque in Gemonias proiecta foret. Scheff.*

in illos fortaſſe ſpeciales putaretur habuiſſe odiorum cauſſas tyrannus : ſteterat enim uterque in acie Gratiani, et Gratianus utrumque dilexerat. Quid de iis dicemus, qui, honorum ac Principum neſcii, et tantum inter ſuos clari, nobiles animas ſub carnifice fuderunt?

XXIX. De uirorum mortibus loquor? quum deſcenſum recorder ad ſanguinem feminarum, et in ſexum, cui bella parcunt, in pace ſaeuitum. 2 Sed nimirum graues ſuberant inuidioſaeque cauſſae, ut unco ad poenam clari uatis matrona raperetur. obiiciebatur enim atque etiam exprobrabatur mulieri uiduae nimia religio, et diligentius

XXVIII, 5. *de his dicimus*) MS. *Quid de* iis *dicemus.* S. Confirmat Bentl. ad Horat. lib. IV. Od. III. v. 49.

XXIX, 1. *in pace*) *non parce*) Abeſt V. B. negatio. Itaque Franc. Modius *pace ſaeuitum* diuinabat, quod non improbo. *Liv.*

Leg. *in pace ſaeuitum.* Vel ipſo etiam *in* pro *non* deleto. *Acid.*

non parce. Ita Editi. Meus aliique ſcripti Codices negationem non agnoſcunt. Hinc inducti Modius et Liuineius, ut pro *paree* ſcriberent *pace.* Quam ipſorum coniecturam ego quoque probo. *Scheff.*

XXIX, 2. *Vnco*) Quo trahebantur in Gemonias. Iuuenal. Sat. X.

Impacto Seianus ducitur unco.

Sidon. lib. I. Epiſt. VII. Vncum *et Gemonias et laqueum per horas turbulenti carnificis horreſcens.* *Scheff.*

Ex Romanorum more, qui damnatos uel ſupplicio adfectos unco trahebant per carnifices, et in Tiberim proiiciebant. Lipſ. ad Senec. lib. I. de Ira cap. III. Florus lib. III. cap. XXI. §. 15. Faber lib. II. Semeſtr. cap. IX. *Arntz.*

XXIX, 2. *clari uatis*) Inepte B. *clarinatis.* C. *claritatis,* Rh. *clariuatis* praeferunt. Nam Delphidium Rhetorem ſignificat, de quo Auſonius Profeſſor. Cui Euchrotia uxor, Procula filia, utraque Priſcilliano Gnoſtico familiaris. Adi Sulpicium Seuerum Sacrae Hiſtoriae lib. II. *Liv.*

XXIX, 2. *mulieri uiduae*)

gentius culta diuinitas. Quid hoc maius poterat intendere accusator sacerdos? fuit enim, fuit et

Y 5 hoc

duae) Iam enim decesserat maritus. Ausonius de Delphidio v. fin.

Minus malorum munere expertus Dei,
Medio quod aeui raptus es.
Errore quod non deuiantis filiae,
Poenaque laesus coniugis.

Proxime *niniam religionem* Priscillianismum, et impiam Gnosticorum haeresin uocat. Infra iterum: *impia religionis iniuria.* Lege omnino Sulpicium Seuerum. *Liv.*

Priscillianismum, ait Liuineius, *et impiam Gnosticorum haeresin uocat.* Recte. Sed quare *niniam religionem* appellat? Quia Priscillianistae ieiunabant die dominico et tempore Natiuitatis Domini, quod Catholici non faciebant. Deinde quia illo tempore etiam alios Viros Sanctos, quibus, ut ait Sulpicius, *aut studium inerat lectionis, aut propositum erat certare ieiuniis, tanquam Priscillani socios in crimen arcessebant.* Itaque quod illis accidit, tanquam et Euchrotiae accidisset, Noster arguit. *Scheff.*

XXIX, 3. *accusator*) Retineo *maius*, scilicet ad laudem matronae. Piget toties et tam acerbe inculcati Priscillianismi in egregio Oratore. Mox *antistites* Idacium et Ithacium intellige, qui post huius ipsius accusationis inuidiam ab Episcopis communione sunt multati. *Liv.*

Paulo superius pro *exprobrabatur* Guelf. *probabatur.* Caue consentias. *Arntz.*

XXIX, 3. *accusator sacerdos*) Idatium episcopum innuit, mox enim addit: *qui nominibus antistites, re uera autem satellites.* Idatium autem ideo excommunicatum narrat Ambrosius, quod Priscilliani errores proscribere non contentus, eius sanguinem in consistorio regis peteret, sanctos uiros bene multos, in primisque S. Martinum, tamquam eiusdem erroris reos, apud imperatorem accusaret. Quod facuitiae exemplum cum secuti essent, ex iis, qui in Maximi aula erant, plures episcopi, cum iis communicare noluit D. Ambrosius. *Baunc*

Hic Priscillianistarum persecutor fuit, excommunicatus tamen mox ipse. Hinc coniicit Patarol, Pacatum Priscillianistarum haeresi infectum, et Maximum hunc tyrannum non tam impium fortasse fuisse, qualiter ipsum Noster describit. *S.*

cf. Baelii Dictionar. v. *Priscillien*, not. D. *Ineg.*

XXIX, 2. *fuit enim, fuit*) Non sine admiratione

hoc delatorum genus, qui nominibus antiſtites, re uera autem ſatellites, atque adeo carnifices, non contenti miſeros auitis euoluiſſe patrimoniis, calumniabantur in ſanguinem, et uitas premebant reorum iam pauperum. quin etiam, quum iudiciis capitalibus adſtitiſſent, quum gemitus et tormenta miſerorum auribus ac luminibus hauſiſſent, quum lictorum arma, quum damnatorum frena

ne coniuncta cum execratione quadam haec dicuntur. Nec immerito. Debebat enim hoc genus hominum ſubducere ſe talibus negotiis, nec per prauas iſtiusmodi artes in amorem Dominorum ſe inſinuare. Quod Martinum legimus feciſſe, *qui Maximum monebat, ut ſanguine infelicium abſtineret; ſatis ſuperque ſufficere, ut Epiſcopali ſententia Haeretici iudicati Eccleſiis pellerentur.* Sed nimirum quo ſecurius ſub pietatis ſpecie ſua exercebant odia, hoc audacius adulabantur. Dederuntque exemplum bonis Principibus non audiendi, quemadmodum fraudibus inuolutos, aut flagitiis commaculatos, ſic ſpecie bonarum artium falſos et pietatis fallaces. Tacit. lib. XVI. cap. XXXII. *Scheff.*

XXIX, 2. *nominibus antiſtites*) Intelligit Chriſtianos Epiſcopos, qui plures ex diuerſis partibus ad Maximum conuenerant. Horum conſiliis deprauatus Maximus Priſcillianum Haereticum, eiusque ſocios capitis damnauit, accuſantibus Epiſcopis, ac in primis Ithacio et Idacio, qui ob id Eccleſiae communione priuati ſunt. Seuerus in uit. Mart. et lib. II. Hiſt. Sacr. Proſper in Chronic. Ambroſ. Epiſt. XXVII. in fine. *Put.*

XXIX, 2. *euoluiſſe patrimoniis*) MS. *Non contenti, auitis* ſpoliaſſe *patrimoniis. S.*

XXIX, 2. *calumniabantur*) Hoc eſt, ultra communem delatorum morem ſaeuiebant, ut qui auaritiae ſuae conſulere, et bonis tantum aliorum inhiare conſueuerunt, contenti, ſi locupletes ſe feciſſent. Martialis Spectac. Epigr. IV.

Turba grauis paci, placidaeque inimica quieti,
Quae ſemper miſeras ſollicitabat opes. Scheff.

XXIX, 2. *damnatorum frena*) Non expedio, quae haec *frena*, et audacter *funera* repono, id eſt, cadauera. Infra: *Tegit totos ſtrages una cam-*

frena tractassent, pollutas poenali manus contactu

campos, continuisque funeribus cuncta late operiuntur. Damnatorum dixit ex uero, non oratorie, et ad inuidiam. In iis Priscillianus, Latronianus, Euchrotia, alii non pauci. Ex eodem Seuero. *Liv.*

Veniebat aliquando sub ictum stili *funera*, cum recordarer loci Senecae Epist. LXX. *Scribonia, grauis femina, amita Drusii Libonis fuit, adolescentis tam stolidi quam nobilis, maiora sperantis quam aut illo saeculo quisquam sperare poterat, aut ipse ullo. Cum aeger a Senatu in lectica relatus esset, non sane frequentibus exsequiis: omnes enim necessarii deseruerant impie, iam non reum sed funus*, etc. Nunc cum ita quoque coniecerit Liuineius, est quod magis amem suspiciunculam. *Grut.*

Io. Liuineius non expedire se ait, quae sint haec *frena*, et audacter *funera* reponere, ut intelligas cadauera. Gruterus quoque sibi uenisse sub ictum stili *funera*, quum recordaretur in Senecae Epist. LXX. positum, ubi Drusus Libo uocatur, *non reus, sed funus*: quando autem etiam ita coniecerit Liuineius, esse, cur magis amaret hanc suspiciunculam. Ego uero et hunc amare, quod non amandum, et illum audere, quod minime audendum esset, existimo. Didici enim, antiquissimum fuisse morem, ut noxii damnati, ducique iussi inter cetera ludibria capistrati frenatique traherentur. Herodotus lib. III. Παρελθουσέων δὲ τῶν ὑδροφόρων δεύτερα οἱ τὸν παῖδα ἐξέπεμπε μετ' ἄλλων Αἰγυπτίων δισχιλίων τὴν αὐτὴν ἡλικίαν ἐχόντων. Τοὺς δὲ αὐχένας κάλῳ δεδεμένους ἦγον, καὶ τὰ σώματα ἐγκεχαλινωμένους. Ἄγοντο δὲ ποινὴν τίσοντες Μιτυληναίων τοῖσι ἐν Μέμφι ἀπολομένοισι σὺν τῇ νηΐ. Hinc, quod eodem libro longe inferius: Ὁ δὲ Ἰνταφέρνης δοκέων σφέας ψεύδεα λέγειν ποιέει τάδε, σπασάμενος τὸν ἀκινάκεα ἀποτάμνει αὐτῶν τάτε ὦτα καὶ τὰς ῥῖνας καὶ ἀνείρας τὸν χαλινὸν τοῦ ἵππου περὶ τὰς αὐχένας σφέων ἔδησε καὶ ἀπῆκε. Si haec uetusta nimis, non deest auctor seriorum temporum, nec a Drepanio nostro nimium remotus, Chrysostomus Homilia IV. in illud Esaiae: Εἶδον τὸν κύριον καθήμενον. Καθάπερ τοὺς καταδίκους, ἐπειδὰν σπαρτίον λάβωσιν, ἐξάγουσιν αὐτοὺς τὸ σπαρτίον ἐπὶ τοῦ σώματος ἔχοντας, οὕτω καὶ οὗτος ἀντὶ σπαρ-

tactu ad sacra referebant, et caerimonias, quas inceſtauerant mentibus, etiam corporibus impia-
4 bant. Hos ille Phalaris in amicis habebat, hi in oculis eius, atque etiam in oſculis erant: nec iniuri-

σφαγὴν ἐπὶ τῷ μετώπῳ ἔχει τὴν λίφραν ἀπαγόμενος. Homilia ſequenti: Καὶ ἐζήτει λοιπὸν, καθάπερ οἱ τὴν ἐπὶ θάνατον ἀπαγόμενοι, σφαγὴν ἐπὶ τῷ σώματος ἔχοντες, τῆς καταδικάσης σύμβολον ψήφου, ἕτω καὶ αὐτὸς. Homilia 1. in Maccabaeos. Εἰ γὰρ ὑμεῖς ἄνδρες ὄντες καταδίκων πολλάκις ἀφῶντες διὰ τῆς ἀγορᾶς ἀγόμενον, τὸ σφαγεῖον ἐπὶ τῷ σώματος ἔχοντα, ἐπὶ τὸ βάραθρον ἑλκόμενον, οἶδεν δίκαιωμα φιλίας πρὸς αὐτὸν ἔχοντες, ἀπὸ τῆς θέας μόνης καταλύομεθα. Plura ex eodem egregius Schottus ad Vaticanam appendicem prouerbiorum Graecorum. Vides, quam commode et inuidioſe accuſatores nimii, nec niſi ſanguine reorum, idque ob ſuperſtitionem placandi, *lictorum arma, et damnatorum frena tractaſſe* Pacato dicantur. Neque enim hoc grauius, quam Principem multos damnantem *carnificem* uocari; quod apud Auguſtum Maecenas auſus. *Gronouius* lib. II. Obſerv. cap. XXII. Aperte uera ſcriptura damnari non

deberet, cum recepta omni uitio careat. Tale *capiſtrum* eleganter effingitur apud Schottum Prov. e Vaticano p. 272. quaeque alia habentur apud V. D. ad Iuuen. Sat. VI. v. 43. Turneb. lib. VIII. Adu. cap. VI. V. D. ad Virgil. lib. III. Georg. v. 399. Voſſ. Etymol. hac uoce. *Tractaſſent* uero eſt frequentatiuum a *trahere*, quae uerba propria damnatis, qui ad poenam abducuntur. Pric. ad Act. cap. VIII. §. 3. Duker. ad Flor. lib. I. cap. XXIV. V. D. ad Liuium lib. XXIV. cap. V. §. 13. *Arntz.*

XXIX, 4. *ille Phalaris*) Sic Seneca de Tranquillitate cap. XIV. *Put.*

Maximum intelligere palam eſt, quem ob crudelitatem, celebrem in Phalaride, ſic uocat. V. Val. Max. lib. IX. cap. II. *Scheff.*

XXIX, 4. *in oculis eius*) *Eſſe alicui in oculis* Ciceronianus, Terentianusque loquendi modus, pro *amari unice. Eſſe* uero *in oſculis* ubi praeterea legatur, haud ſcio. *Baun.*

XXIX, 4. *in oſculis erant*) Suggillat uitam Ithacii uoluptuariam. Nam, ut teſtatur

iuria; a quibus tot simul uotiua ueniebant; auaro diuitum bona; cruento innocentium poena; impio religionis iniuria.

XXX. Tandem in nos oculos Deus retulit, et, bonis Orientis intentus, ad mala nostra respexit, et hunc sacerrimo capiti obiecit furorem, ut

tur Sulpicius, *fuit audax, loquax, impudens, sumtuosus, uentri et gulae plurimum impertiens.* *Scheff.*

In oculis esse illi dicuntur, qui in conspectum ueniunt. V. D. ad Liv. lib. XXXVII. cap. XXVII. Ouid. Epist. XXI. Her. v. 82.

Inque meis oculis *candida Delos* erat.

Tacit. lib. II. Hist. c. XXXV. *in oculis utriusque exercitus. Ante oculos* dixerat L. I. Histor. cap. XVII. Adde Lipsi. ad Senec. Consol. ad Polyb. cap. XXXIV. *Arntz.*

XXIX, 4. *uotiua*) grata et iucunda, quae uotis expetuntur. Trebell. Poll. Gallien. c. 3. *Constabat autem, censuram parentis eum ferre non potuisse, uotiumque illi fuisse, quod imminentem ceruicibus suis grauitatem patriam non haberet.* Vbi Casaubonus: „Sic Graeci εὐκταῖον. Frequens uox „apud B. Ambrosium et „Symmachum.„ *Inег.*

XXX, 1. *Mala nostra*) Τὰ *nostra* meus non agnoscit. *Scheff.*

XXX, 1. *sacerrimo capiti*) *sacrario capiti*) *Sacrarium caput*, uide Festum in *Sacer* et Macrob. lib. III. Saturn. cap. VII. *Pat.*

sacrario) Quid uerbi fuit? *scelerato?* an *sacro?* aut quid aliud. *Acid.*

XXX, 1. *obiecit furorem*) A diis iratis mala consilia in hominum mentes immitti ueteres existimabant. Quare Pacatus h. l. deo, totius Orientis patrono, Maximi furorem tribuit. Sic Homer. Iliad. A. v. 8.

Τίς δ' ἄρ σφῶϊ θεῶν ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι;

Tullius pro Milone, n. 88. (c. 33.) *Hic dii immortales, ut supra dixi, mentem dederunt illi perdito ac furioso, ut huic faceret insidias; aliter perire pestis illa non poterat.* Sic apud Virgil. Aen. 10, 72.

Quis deus in fraudem, quae dura potentia nostra
Egit? — — — — *Bauu.*

ut foedus abrumpere, ius fetiale uiolare, bellum
2 edicere non timeret. An ego ſine diuino numine factum putem, ut, qui ſub nomine pacis ludere, et primi ſceleris poenas lucrari quieſcendo potuiſſet, ſecundum tertiumque uexillum latrocinii ciuilis attolleret, et, ſuperatis Alpibus Cottiis, Iulia quoque clauſtra laxaret, tibique, Im-

XXX, 1. *foedus abrumpere,*) De foedere, quod tempori ſeruiens Theodoſius cum Maximo fecerat, lege Zoſimum IV. XXXVII. *Cellar.*

XXX, 1. *ius fetiale*) Maximum refert Zoſimus, traducto ad ſe imperio, caede Gratiani, Conſtantinopolin miſiſſe, qui foedus cum Theodoſio, bellique contra hoſtes omnino nominis Romani ſocietatem coirent, ac, ni acquieſſet, inimicitias et arma edicerent. Illum in praeſens furioſo et Auguſti appellationem et imaginum ius dediſſe, ac praeferocem palam officiis et omni aſſentatione captaſſe, cum interea bellum clam appararet. Hoc eſt, opinor, *ius fetiale*, quod hic commemorat. Id a Maximo eſt uiolatum, cum Valentiniano fugato expeditionem in Theodoſium ſuſcepit, quod *ciuilis latrocinii tertium uexillum* Auctor nominat. *Liv.*

XXX, 1. *ius fetiale uiolare*) i. e. bellum inferre ante miſſos fetiales. Neque enim licebat bellum inferre, niſi hi et iuſta cauſſa ſuſceptum declarauiſſent, et prius indixiſſent. *Brun. et S.*

XXX, 2. *poenas lucrari*) Elegans loquendi ratio, pro peccata inulta ferre, ſine poena abire. *Poenarum lucra* dixit Statius, ad quem conf. Barth. lib. IV. Theb. v. 532. Manilius lib. V. v. 314. *Defue, tue bonis ſector*, poenamue lucretur. et plura in Fraternis notis ad Caton. lib. II. Diſt. VIII. Cl. Canneg. Diſſert. de Caton. c. VII. fin. Pricaeus ad Apulei. lib. VIII. Met. p. 430. et ad Act. Apoſt. cap. XXVII. §. 21. Hegeſipp. lib. I. de Excid. Hieroſ. cap. XLIV. *Non expeto, ut eos ad tormenta uocem*, lucrentur *illi* poenam *calumniae*. *Arntz.*

XXX, 2. *Alpibus Cottiis,*) Quod hic ſcribit Pacatus, ex Oroſio explicandum eſt lib. VII. cap. XXXV. qui refert, Maximum, cum primum omnes Alpium et fluminum aditus communiſſet, poſtea ſponte eadem, quae obſtruxerat, clauſtra deſeruiſſe: ita Theodoſium nemine repugnante uacuatas tranſi-

Imperator, imponeret, ſeruanti adhuc ueniae fidem, uincendi neceſſitatem? Agebat eum, credo, praecipitem uindicanda iam proximo ultore res publica, et exſtinctus aperto dominus parricidio poenas ab eo debitas expetebat. Non id confidentia, ſed amentia; non temeritas, ſed neceſſitas erat: nec ultro laceſſebat ille te bello; ſed ulterius ſe negare ſupplicio non poterat. Alioquin quo-

tranſiuiſſe Alpes, atque Aquileiam, ubi Maximus erat, improuiſum aduenisſe. V. Mamertin. Geneth. Maxim. cap. IX. *Clauſtra laxare* Virg. lib. II.

Incluſos utero Danaos et pinea furtim
Laxat clauſtra *Simon. Put.*
In meo extat *Coctiis, Scheff.*

De his Alpibus conferri poſſunt, quae monui ad Victor. Epit. cap. V. §. 4. Sauar. ad Sidon. Carm. VII. v. 520. Haec *Iulia clauſtra* et *Cottias Alpes* iungit, utpote inter ſe uicina. V. D. ad Liu. lib. V. cap. XXXIV. *Arntz.*

XXX, 2. *ſeruatae*) F. *ſeruanti.* Mox *reſp.* leg. non *rep.* *Acid.*

XXX, 2. *fidem,*) Forte, inquit Daniel, *finem*, ut locutus ſit quomodo Tacitus *ponere ſibi finem uitae* libro V. i. e. ſe ipſum occidere. Et uero *finem* etiam ſeruat Cod. Bertinienſis. *Grut.*

Ita omnes Codd. Meus habet *ſeruanti*, quam lectionem ego uulgatae praefero. *Scheff.*

Cod. MS. *Tibique, Imperator, imponeret* ſeruanti *adhuc ueniae fidem, uincendi neceſſitatem.* Quam lectionem utique probandam cenſemus. *S.*

ſeruanti quoque Guelf. et id huic loco conuenientiſſimum putaui. *Arntz.*

XXX, 3. *praecipitem*) In ſua damna et exitium impellebat, qui uerus eſt uſus huius locutionis. Gronov. ad Liv. lib. XXX. cap. *XIV.* Drakenb. ad eumd. lib. *XLIV.* cap. *XXV.* Burman. ad Phaedr. lib. *V.* Fab. *VI.* v. 39. Senec. Phoen. v. 299. *Illos ira* praecipites agat. Salluſt. Catil. cap. *XXV.* §. 4. *Luxuria et inopia* praeceps abierat. Factum hoc ex imitatione Graecorum, ut recte obſeruat Cl. Alberti ad Act. Apoſt. cap. *XIX.* §. 36. Mox pro *id* Guelf. *illud.* *Arntz.*

XXX, 3. *dominus*) Gratianus. *Baus.*

quomodo tantam concepiſſet audaciam, ut ruere in ferrum et obuiam morti uenire tam ignauus et timens mortis auderet, ut qui ſe non potuerit poſtea

XXX, 4. *rure inferum*,) Rhenanus in ora Editionis ſuae admonet legendum, *ut ruere in inferum*, cuius coniecturam ſequitur etiam Balduinus, qui repoſuit *ruere in infernum*. At neuter illorum ueram lectionem expreſſit. Reponendum enim eſt, *ut ruere in ferrum*, quae phraſis elegans eſt, et ueteribus Scriptoribus uſitata. Sic Mamertinus grat. Action. Iulian. cap. *XIII. Propter caecam imperandi cupidinem* in ferrum ruerunt. Lactantius lib. I. cap. *XX. Cupiditatem* in *uenenum et* ferrum ruente. Ammian. Marcell. lib. *XIV. Formidabatur enim flagrans ueſania manus, et ſuperior numero, et* ruitura *ſine reſpectu ſalutis* in ferrum. D. Ambroſius lib. de Helia cap. *XII. Foetor ebrietatis horrori ſit*: *barbari* in ferrum ruunt, *uulgus in rixas*. Iuſtinus lib. XI. In ferrum *cum contemtu toties a ſe uicti hoſtis* ruebant. Silius Italic. lib. X. in princ. dixit eodem exemplo *Aſſilit in ferrum*: et Seneca Epiſt. VII. *quare tam timide incurrit in ferrum*. Tacitus lib. IV. *Ruendo in tela captiuitatem haud multa morte effugit. Iuret.*

De temerariis militibus, qui ultro ſe periculo offerunt, neque interire recuſant. Ouid. lib. II. Art. v. 379.

In ferrum *flammasque* ruit.

Horat. Epod. VII. v. 1.

Quo, quo, ſceleſti, ruitis? aut cur dexteris
Aptantur enſes conditi?

Ruere enim, ſi diligentius inſpiciamus, uim aliquam, praeſertim bellicam continet in ſe. Pricaeus ad Apulei. lib. VI. Met. p. 305. Adeoque bene Serv. ad Virg. lib. XII. Aen. v. 120. *ruit* exponit *cum impetu uenit*, ut more tonitruum et fulminum incurrat. Pric. ad Matth. cap. VII. §. 23. Heinſ. lib. II. Adv. c. V. V. D. ad Phaedr. lib. IV. Fab. XVII. v. 24. Scheff. ad Obſeq. cap. CXVI. Vt autem dicit *obuiam morti uenire*, ita Senec. Herc. Fur. v. 1032.

obuium morti *ingeris*.

Tacit. lib. XVI. Annal. cap. XXV. *Adſpiceret populus uirum* morti obuium. *Arntz.*

XXX, 1. *timens mortis*) In ea conſtructione praeiuit Lucretius lib. VI. v. 1237.

Vitaï nimium cupidi, mortisque timentes.

Pro hac ſcriptura poſſet adferri Cod. apud. Ouid. lib. XIV. Met. v. 215.

Ad

poſtea uel uictus occidere? Et te quidem, Imperator Auguſte, ad adſerendam rem publicam, uſurpandamque uictoriam, ſuffeciſſet in bella uel ſolum uenire. nam ſi olim domini, aduerſum re-

Ad ſtrepitum mortisque timens.

ubi alii habent, *mortemque.* Hoc parî modò expreſſit Horatius lib. III. Od. XIX. v. 2. *Pro patria non timidus mori.* *Id.*

XXX, 4. *ut qui — occidere*) Neſcio, an non illud *ut* ex praecedentis ſyllabae ſimilitudine irrepſerit in textum. Quanquam non reiiciam, quoniam in ſcriptis quoque deprehenditur. *Victus occidere.* Quod indicium eſt animi penitus meticuloſi ex ſententia Paganorum. Hinc illa chori apud Senecam in Agamemnone v. 608.

O quam miſerum eſt neſcire mori.

et L. Antiſtii monitum ad Plautum generum, cui Nero mortem afferri a Centurione iuſſit: *Effugeret ſegnem mortem, et magni nominis miſerationem.* Tacit. Annal. XIV. cap. LVIII. *Scheff.*

Pro *potuerit* Guelf. *poterat* et pro *te quidem* legit *equidem*, ut et Edit. 1476. Rhen. et aliae. Conf. V. D. ad Liuium lib. XXXV. c. XXXIII. Cort. ad Sall. Catil. cap. XLI. §. 15. Notae ad Plin. Paneg. cap. LXII. §. 2. *Arntz.*

XXX, 5. *ſi olim domini*) Herodotum, hiſtoriae huius auctorem, Themiſtius laudat Sermon. IX. Τίνος δὲ ἕνεκεν ἐγὼ Ἡροδότῳ τῷ συγγραφεῖ, τὸν ἀποστάντας οἰκέτας Σκυθῶν ὑποπτεύσαι μετὰ τῶν ὅπλων δίχα εἰδέναι τοῖς δεσπόταις ἐπαναστῆναι. *At enimuero adhuc Herodoto ſcriptori fidem non habebam, Scytharum ſeruos, qui deſciuerant, armatos heris inermibus uiſis ſuccidiſſe.* Tu Herodotum adi initio Melpomenes, et Iuſtinum libro Hiſtoriar. e Trogo II. Claudianus extremo in Eutropium lib. I.

Vt Scytha poſt multos rediens exercitus annos,
Cum ſibi ſeruilis pro finibus obuia pubes
Staret, et arceret dominos tellure reuerſos,
Armatam oſtenſis aciem fudere flagellis.
Notus ab inceptis ignobile reppulit horror
Vulgus, et obductus ſub uerbere torpuit enſis.
Liv. et Scheff.

Iuuenal. Sat. X. v. 109.

Ad ſua qui domitos deduxit flagra Quirites,

ubi forte non peius legeretur *dominos:* ut petierit a Virgilio lib. I. Aen. v. 282.

Ro-

belles ſeruos dimicaturi, flagra in aciem detulerunt; tantaque uis conſcientiae fuit, ut ab inermibus uertefentur armati, et, qui obtulerant mortibus pectora, darent terga uerberibus: nonne tu quoque legionibus otioſis rem totam uiſus egiſſes?

XXXI. An ſuſtinere te coram, et ſolum oculorum tuorum ferre coniectum illę quondam domus tuae negligentiſſimus uernula, menſularumque

Romanos rerum dominos, *gentemque togatam.* Vid. ad Vict. Epit. cap. V. Contra uulgarem uſum *mortibus* dixit, ut monuit Weitz. ad Seuer. Sanct. de Mort. Boum inlit. Tamen ita quoque Iuuenal. Sat. I. v. 144. Stat. lib. VI. Theb. v. 790. Iuſtin. lib. XII. cap. I. §. 5. et plures alii. *Arntz.*

XXXI, 1. *negligentiſſimus*) Ita conſtanter eſt in noſtris: ſuſpicor tamen uoluiſſe dicere *neglectiſſimus*. Mox *ſeruilium* abeſt B. plagio, ut apparet. Sed neſcio equidem, an hoc ſatis ex fide proditum. Certe parcius aliquanto *armigerum lixam* Auſonius appellat Claris Vrbibus. Sic enim ait de Aquileia, v. 7 ſqq.

Moenibus et portu celeberrima. Sed magis illud
Eminet, extremo quod te ſub tempore legit,
Solueret exacto cui iuſta piacula bello,
Maximus, armigeri quondam ſub nomine lixae.

Sulpicius quidem Seuerus Dialog. II. cap. VII. *Maximus*, inquit, *Imperator remp. gubernabat, uir omni uitae merito praedicabilis, ſi ei uel diadema non legitime tumultuante milite impoſitum repudiare, uel armis ciuilibus abſtinere licuiſſet. Sed magnum imperium, nec ſine periculo renui, nec ſine armis potuit teneri.* Liu.

Ita *negligentia miniſtrare* apud Symmach. lib. II. Epiſt. IV. Sic Petron. Satyr. cap. XXX. dixit *negligentia nequiſſimi ſerui*. Et propius ad hunc locum: cum *uerna* ſit ſeruus in domo noſtra natus, ut uideri poteſt apud Broukh. ad Tibull. lib. II. El. I. v. 25. et apud Iuuenal. Sat. I. v. 26. *Totum* male delet Guelf. cum egregie faciat ad ſententiam. Terent. Eunuch. act. I. ſc. II. v. 3.

totus *Parmeno*
Tremo horreoque.

Inſuper pro *praeterita* male habet *perterrita*. *Arntz.*

que ſeruilium ſtatarius lixa potuiſſet? non ſtatim totum ſubiſſet hominem praeterita ſui tuique reputatio? non ipſe ſibi obieciſſet, te eſſe triumphalis uiri filium; ſe patris incertum: te heredem nobiliſſimae familiae; ſe clientem: te omni retro tempore Romani exercitus ducem, libertatis patronum; ſe orbis extorrem, patriaeque fugitiuum? Iam uero te Principem in medio rei publicae ſinu, omnium ſuffragio militum, conſenſu prouinciarum, ipſius denique ambitu Imperatoris optatum; ſe in ultimo terrarum receſſu, legionibus neſciis, aduerſis prouinciarum ſtudiis, nullis

Z 2

XXXI, 1. *triumphalis uiri*) B. Ambroſius in Orat. funebri Theodoſio dicta: *Inſidiabantur ſaluti eius* (Theodoſii) *qui patrem eius triumphatorem occiderunt. Scheff.*

XXXI, 1. *patris incertum*) Recta ea eſt ſcriptura, quam etiam confirmat VT. Balduinus uidetur non bene phraſin illorum temporum obſeruaſſe, qui repoſuit *patris incerti*. Neutrum enim genitiuo iungere illi Scriptores amant, et ego iam pridem admonui ad Symmach. lib. VI. Epiſt. LXXI. *Iuret.*

Nec opus erit ita ſe expedire, cum *certus* et *incertus* cum caſu ſecundo recte ponantur. Ouid. Epiſt. *XXI.* Her. v. 31. Stat. lib. VII. Theb. v. 699.

Certus et ipſe necis.

Ouid. lib. III. Triſt. El. III. v. 4. Voluit autem his uerbis indicare, Maximum ſpurium fuiſſe. Quare Doct. Balduinus minime debuerat, expuncta priſca ſcriptura, ſubſtituere *ſe patris incerti*, qua in re peccant quoque Edit. antiquiores. Conferri poteſt Cl. Cannegieter in Brittenburg. cap. XII. p. 122. *Arntz.*

XXXI, 1. *ſe clientem*) MS. *lictorem.* S.

XXXI, 1. *extorrem*) Geminum huic, quod ſupra ait: *cum regali habitu exulem ſuum illi exules orbis induerent. Liv.*

Pulſum ex patria. Horat. lib. II. Od. *XVI.* v. 19.

Patriae quis exul
Se quoque fugit.

Namque *fugit* ſi componatur cum *exule*, idem notabit, cum *fuga* pro exſilio ponatur. Ouid. lib. IV. Triſt. El. X. v. 61. Not. ad Plin. Pan. cap. *XXXIV.* §. 5. *Arntz.*

XXXI, 2. *legionibus neſciis*)

nullis denique auſpiciis, in illud tyrannici nomi-
3 nis adſpiraſſe furtum? poſtremo tecum fidem, ſecum perfidiam; tecum fas, ſecum nefas; tecum ius, ſecum iniuriam; tecum clementiam, pudicitiam, religionem; ſecum impietatem, libidinem, crudelitatem, et omnium ſcelerum, poſtremo-
4 rumque uitiorum ſtare collegium? Res ipſas interrogemus, et, quae certiſſima conſectatio eſt, colligamus gerenda geſtis. Num tandem dubitari poteſt, quid fuerit eo praeſente facturus, quem non uidit, et fugit?

XXXII. Quamuis igitur, Imperator, hoſte tali

ſtiis) At Oroſius lib. VII. c. XXXIV. *Maximus in Britannia inuitus propemodum ab exercitu Imperator creatus, in Galliam transiit.* Et Sulpitius Dial. II. c. VI. [al. VII.] *tumultuante milite* Imperatorem dicit factum. Sed hae non unius legiones, ſed ſolae Britannicae. *Ceſt.*

XXXI, 2. *furtum*) Idem apud Senecam Thyeſt. v. 222.

Coniugem ſtupro abſtulit,
Regnumque furto.

Furari regna dixit Iuſtin. lib. XXXVIII. cap. II. §. 6. *Arntz.*

XXXI, 3. *et omnium ſcelerum*) Seuerus tamen lib. III. de Vita S. Martini uocat Maximum Virum omni uita merito praedicandum, ſi ei uel diadema non legitime, tumultuante milite, impoſitum repudiare, uel armis ciuilibus abſtinere licuiſſet. et cod. libr. *Maximus Imperator, alias ſane bonus, deprauatus conſiliis ſacerdotum* etc. et Oroſius lib. VII. cap. XXXIV. *Maximus Vir quidem ſtrenuus et probus, atque Auguſto dignus, niſi contra ſacramenti fidem per tyrannidem emerſiſſet* etc. *Put.*

XXXI, 4. *colligamus*) Eſt in unum conferamus. Senec. lib. VII. Controv. p. 206. et Drakenb. ad Liuium lib. XXVIII. cap. III. *Arntz.*

Ratiocinando exputemus, συλλογιζώμεθα. Quinctilian. Inſtit. Orat. 5, 14, 14. *Epicherema autem nullo differt a ſyllogiſmis, niſi quod illi et plures habent ſpecies, et uera colligunt ueris.* *Lacg.*

tali abutereris, nec tam ad praelium conferendum, quam ad supplicium de nefario capite sumendum, uenires: consiliis tamen tantis, tantisque rationibus bellum administrabas, ut cum Perse aliquo deeertaturus, aut Pyrrho, aut cum illo ipso Hannibale uidereris. Nam primum fidem regum, quibus limes Orientis ambitur, data atque accepta dextera firmas, quo foris securus agitares, si nihil sollicitum et suspectandum domi reliquisses. Tum copias tuas trifariam diuidis, ut et hostis audaciam multiplicato terrore percelleres, et fugam circumfusus ambires. Postremo populis barbarorum, ultroneam tibi operam ferre uouentibus, commilitonum munus indul-

Z 3 ges,

XXXII, 1. *abuteris*) Manifestum est, uerum esse quod al. *abutereris*. *Acid.*

XXXII, 2. *dextera firmas*,) Probo. In meo tamen non est *firmas*, sed *signas*. *Scheff.*

MS. *signas*. S.

Et Cod. Guelf. Sed eo facile carebimus, si cogitemus illud tritissimum Virgilii lib. XII. Aen. v. 212.

firmabat *foedera dictis*.

Ouid. lib. V. Trist. El. VI. v. 14.

dextrae firma *fit* arx *meae*.

Drakenb. ad Liuium lib. *XXIII.* cap. *XXXIV.* Terent. Hecyr. act. IV. sc. II. v. 15. *Arntz.*

XXXII, 2. *suspectandum*) Guelf. *exspectandum*: quod quamuis aliquo colore defendi posset, tamen proprior huius uocis usus ueram scripturam clarius tuetur. Frontin. Strateg. lib. II. cap. *XI.* §. 2. *Arntz.*

XXXII, 3. *populis barbarorum*,) Quibus nimio plus addictum fuisse Theodosium e Zosimo obseruo. Lege quae de Gerentii ob caedem Barbarorum, qui Tomis praetendebant, periculo narrat et Protingii (cf. Grutungis) a Promoto Istri transitu prohibitis. Proxime *uouentibus* reuincole libris, non *uolentibus*, quod Franc. Balduinus substituit. *Liv.*

XXXII, 3. *ferri uouentibus*) Balduinu reposuit *ferre*, quae lectio etiam exstat in VT. Sed idem Balduin sub-

ges, ut et limiti manus ſuſpecta decederet, et militi auxiliator accederet. Qua tua benignitate pellectae omnes Scythicae nationes tantis examinibus confluebant, ut, quem remiſeras tuis, barbaris uidereris imperaſſe dilectum. O res digna memoratu! Ibat ſub ducibus uexillisque Romanis hoſtis aliquando Romanus, et ſigna, contra quae ſtete-

ſubſtituit *uolentibus*, non tam apte. Melius enim eſt *nouentibus*, ad quam ſcripturam accedit idem VT. qui habet *fouentibus*. Facilis eſt mutatio literarum *f* et *v*. *Iuret.*

Leg. *ferre*, niſi *ferrum* accipiendum, quod non arbitror. *Acid.*

Poſſet deleri uox *ferri* tanquam ſuperuacanea, quamuis etiam commode mutari queat in *ferre*, ut eſt in ſcripto uno et altero impreſſo. *Grut.*

XXXII, 3. *examinibus*) Proprie de apibus, quae magna cum multitudine confluunt. Drakenb. ad Liuium lib. XXXVIII. cap. XLVI. Columell. de R. R. lib. IX. cap. VIII. §. 14. Quinctil. Declam. XIII. cap. VIII. Senec. Octav. v. 602. Obſeq. de Prodig. cap. CXXV. Deinde ad alia transfertur, et ad inanimata. Lucret. lib. *V.* v. 1363. et ad animata, ut ad populos et magnam hominum multitudinem. Cl. Haverk. ad Tertull. Apol. cap. XL. ta *examen iuuenum* dicitur. V. Burman. ad Quinctil. Declam. XIII. cap. III. Statius lib. XI. Theb. v. 39.

Artatur denſo fugientum examine *uallum*

De illa Scytharum incurſione praeter Hiſtoricos adi Spanhem. ad Iulian. Orat. I. p. 203. *Arntz.*

XXXII, 3. *remiſeras*) Sententia uult *permiſeras*. Sed *remittere* et *permittere*, ut plerumque contraria, ſic aliquando et eadem eſſe iam Cuiacius poſtremis Obſerv. et Lipſius ad primum Annal. Taciti docuerunt: quibus credere tamen ſatis non auſus ſum, ueritus ſemper, ne in locum τῶ *remittere* hac ſignificatione reponendum ſit ubique ipſum *permittere*: donec tandem in Claudiano reperi, ſic plane poſitum, ubi aliter uerſus ratio non patitur:

Occulte ſuetire uetat, prodeſſe remittit. *Acid.*

Mihi uero *remiſeras* ſignificatu conſueto hic accipiendum, et τῶ *imperare* oppoſitum eſſe uidetur. *Iaeg.*

XXXII, 3. *uidereris*) Meus habet *uideris*. *Scheff.*

XXXII, 4. *hoſtis aliquando Romanus*) Cum *hoſtis Romanus* dicatur, non qui populo

steterat, sequebatur, urbesque Pannoniae, quas inimica dudum populatione uacuauerat, miles impleuerat. Gothus ille, et Hunnus, et Alanus respondebat ad nomen, et alternabat excubias, et notari infrequens uerebatur. Nullus tumultus, nulla confusio, nulla direptio, ut a barbaro, erat. quin, si quando difficilior frumentaria res fuisset, inopiam patienter ferebat, et, quam numero artarat annonam, comparcendo laxabat, pro omni praemio omnique mercede id unum reposcens, ut tuus diceretur. Quanta est uirtutis ambitio! accipiebas beneficium, quod imputares,

pulo Rom. infestus est, sed ipsi Romani, alii nationi uel homini hostes: aut legendum esse in hoc loco *hostis aliquando Romanis*, aut hunc sermonem aeuo Theodosii condonandum censet I. F. Gronouius, ad Liv. l. 26. *Leg.*

XXXII, 4. *impleuerat* etc.) Forte *implebat*. *Liv.* In marg. MS. *Gothus illic*. S. Ita quoque Guelf. Nihil tamen mutarem, cum *ille* indicet contemtum et acerbitatem. V. Pricaeum ad Lucae Euang. cap. XIX. §. 27. et Grang. ad Iuuenal. Sat. I. v. 3. Notum illud Virgilii lib. IV. Aen. v. 215.

Et nunc ille *Paris cum semiuiro comitatu.*
Arntz.

XXXII, 4. *alternabat*) Atqui tres praecesserant Populi, cum proprie ad duos pertinere uideatur: uerum recte quoque ita adhiberi notauit iam Cl. Schulting. ad Senec. Controv. lib. II. p. 173. De eo sensu uerbi *alternare* conf. Sauar. ad Sidon. lib. IV. Epist. III. Quod uero sequitur *infrequens*, petitum est ex militia Romana, ut monuit Gronov. Lection. Plautin. p. 357. Ita *infrequentia signa*, si plurimi milites a signis abessent. Notae ad Liuium lib. VII. cap. VII. et Frontin. Strateg. lib. IV. cap. I. §. 46. Gronov. ad Gell. lib. XVI. cap. IV. *Id.*

XXXII, 5. *uirtutis ambitio!*) Acumen hoc melius consideretur: nam adhuc non satis capio. Nec audeo reponere, *quanta est, ut tuus, ambitio?* quia proxime praecedit: *pro omni praemio omnique mercede id unum reposcens, ut tuus diceretur.* *Acid.*

Pul-

XXXIII. Memorabile putauit antiquitas, quod Actiaco aliquando bello ducibus moribusque Romanis peregrina Aegyptus arma permiſcuit, tantumque res credita eſt habere nouitatis, ut, niſi frequenter iſſet in litteras, apud poſteros uide-
2 retur facti fides laboratura. Nam quis annalium

Pulcra ſententia, cuius hic eſt ſenſus. Virtutem omnes admirantur, omnes uehementer ambiunt. Itaque cum illa ad miraculum ſis praeditus, etiam Scythae ambiunt, ut tui dicantur. Sed ita beneficium tibi tribuunt, dum tui eſſe uoluunt, qui poſſent eſſe aduerſus te, ſi uellent. Illud ipſum tamen beneficium, quod tibi dant, ſic dant, ut imputari ſibi patiantur, tanquam non dediſſent, ſed accepiſſent, dum tuos illos appellari pateris. Beneficium accepiſſe Theodoſium ideo dicit, quia Scythae, quos ſuſpectos habuit, ſecuti eum ſunt in bellum, adeoque tutum limitem fecerunt, quod profecto beneficium fuit. Sed hoc ipſum beneficium imputare illis poterat Theodoſius, quoniam, per ambitionem uirtutis Theodoſianae, milites Theodoſii dici uolebant. Haec eſt uera Oratoris mens, quam ſe Acidalius aſſequi poſſe negat. Scilicet haerebat, ut opinor, in uerbo *imputare*, quod hic non eſt idem ac *cauſam* uel *autorem dicere*, ſed *ſupputare*, *ſubducere*. Sic Vlpianus: *Praeterea ſi matrem aluit pupilli tutor, putat Labeo* imputare *eum poſſe*: h. e. expenſum pupillo ferre, adeoque ex debita ei ſumma ſubducere. *Scheff.*

XXXIII, 1. *moribusque*) Cauſſam ullam non uideo, niſi ſolam negligentiam librarii in Cod. Guelf. qui pro *moribus* nobis dederit *militibus*. Fruſtra. Romani olim ſanctiſſime bella geſſerant, ideo aliquis *contra mores maiorum bellum gerere* dicitur Dux, ſi per dolos et artes illicitas quaerat uictoriam. Flor. lib. II. cap. XX. §. 7. Adde Cort. ad Sall. Catil. cap. LII. et in ſpecie *mores* ponuntur de moribus honeſtis. Gronov. Obſerv. lib. I. cap. *XXIII.* Ouid. Epiſt. *XVII.* Her. v. 172. cum Barthio ad Claudian. lib. I. in Ruf. v. 48. *Arntz.*

XXXIII, 1. *iſſet in litteras*,) De annalibus, qui aetatem et memoriam propagant, Stat. lib. II. Silv II. v. 145. ubi Barth. et ad Claudianum conf. Manlii v. 114. *Arntz.*

XXXIII, 1. *laboratura.*) De tali hiſtoria, cui uix fides uidetur adhibenda; quae *clau-*

lium ſcriptor aut carminum tuas illas, Cleopatra, claſſes, et eborata nauigia, et purpurea cum auratis fumibus uela tacuit? quin ita crebro hiſtoria decantata eſt, magis ut ab eisdem ſaepe dicta, quam ut ab aliquo intermiſſa uideatur. Non 3
contendam duces; (nec enim Principem noſtrum non dicam uictus Antonius, ſed uictor Auguſtus aequauerit;) quid in ceteris ſaltem ſimile deprehendimus? maxime ſi rerum temporumque facies altrinſecus conferamus, et hos illosque populos

claudicare fides dicitur apud Nazar. Paneg. Conſtant. cap. *XV.* §. 5. et Duker. ad Flor. lib. I. cap. *XIII.* in fin. *Id.*

XXXIII, 2. *recantata*) MS. *decantata.* S. Et Cod. Guelf. *decantata*: quae ſine dubio ipſa Panegyriſtae manus. *Recantare* uerbum eſt de ueneficiis: *decantare* includit laudes. *Arntz.*

XXXIII, 3. *nec enim*) Guelf. *neque.* Certum enim eſt, non obſeruare Scriptores diſtinctionem Grammaticorum, qui uolunt *nec* ponendum eſſe, ſi uocalis ſequatur: ita *nec eos* dixit Iuſtin. lib. *XXXVIII.* cap. IV. §. 2. Caeſ. lib. I. Bell. Gall. cap. V. et in primis Bentl. ad Horat. lib. III. Od. *XI.* v. 41. Sall. Iug. cap. II. *Neque melius neque amplius.* Conferas Drak. ad Liv. lib. IX. cap. *IX.* *Id.*

XXXIII, 3. *facies altrinſecus*) Valet, arbitror, *utrimque.* Supra: *Mihi uero ii omnes, quibus* altrinſecus *inctor, aeſtus diu ante meditati longeque proſpecti ſunt.* Clare in eum ſenſum Ammianus Marcellinus lib. *XXV.* cap. VII. *Quo ignobili decreto firmato, ne quid committeretur per inducias contrarium pactis, obſidatus ſpecie uiri celebres* altrinſecus *dantur, Neuita et Victor ex parte noſtrorum, ex parte uero diuerſa Bineſes, tresque alii Satrapae non obſcuri.* Trebellius Pollio Gallienis: *Proceſſerunt etiam* altrinſecus *centeni albi boues, cornibus auro iugatis et dorſualibus ſericis diſcoloribus praefulgentes.* Auctor fragmenti ad Chalcidium Grammaticum de priſco ſermone, qui uulgo eſt Fulgentius: *Baebius,* inquit, *Macer, qui faſtos dies ſcripſit, ait, Iunoni eas quae* [gemina] *geminas parerent, oues ſacrificari cum duobus agnis* altrinſecus *alligatis. Quas oues ambegnas uocari, quaſi*

animorum ſubiiciamus oculis. Illos uela facientes data uentis claſſis attulerat; hi longum iter ſub armorum faſce carpebant. Illos peregrino igne ſuſpirans regina pellexerat; hos amor laudis, et participandae gloriae cura rapiebat. Illos tepens Pharus et mollis Canopus, leuiumque populorum

quaſi ex utraque parte ignes habentes. *Liv.*

Faſces quidem proprie ad res animatas pertinet, ſed quoque refertur ad alias. Mel. lib. I. cap. *XVII.* lin. 27. Ouid. lib. I. Triſt. El. III. v. 26. Tibull. lib. IV. Carm. I. v. 100. V. D. ad Phaedr. lib. IV. Fab. *XVI.* v. 5. Iuſtin. lib. VIII. cap. V. §. 8. Neque magis inſolens erit *animorum oculis*, cum et ii animo tribuantur. *Arntz.*

XXXIII, 4. *armorum faſce*) Manifeſte expreſſum e Virgilii Georg. lib. III.

Patriis acer Romanus in armis
Iniuſta ſub faſce uiam cum carpit.

et quae ſequuntur. *Liv.*

XXXIII, 4. *peregrino igne ſuſpirans*) Antonii amore inconſa. *Baun.*

XXXIII, 4. *pellexerat*,) De omnibus rebus adhibetur, ſed in primis de illegitimo amore, unde *pellex* talis femina, quae maritum blanditiis ſuis ſeducere nouit a propria uxore. V. D. ad Iuuen. Sat. II. v. 57. *Participandae* eſt partem illarum laudum in ſe deriuandae. Sauar. ad Sidon. lib. I. Epiſt. III. et Drakenb. ad Liuium lib. III. cap. *XII.* *Arntz.*

XXXIII, 4. *mollis Canopus*) Canopus, oppidum Aegypti, ad Nili oſtium, quod *Canopicum* inde cognominatur. *Mollis*, quia incolae laſciui et luxurioſi. Strabo lib. ult. et Statius III. Silv. II. v. 111.

Terapnaei laſciuiae ora Canopi. *Cell.*

Hoc Epitheton fere additur talibus, qui impuro amore inſtigati talia patiuntur, quae uiris inhoneſta ſunt et turpia. Scholiaſt. Iuuen. Sat. II. v. 92. et Grang. ad eumd. Sat. III. v. 202. Barneſ. ad Anacr. v. Val. Max. lib. II. cap. XI. ex. 1. *effeminato eius cultu* mollire *nos erubuit.* Inde propria uoce pathici dicti ſunt *molles.* V. D. ad Petron. cap. XXIII. Iuuen. Sat. III. v. 202. Phaedr. lib. IV. Fab. XIV. §. 1. *Tepentem* quoque *Pharum* dixit ex natura rei, cum Nilo et adiacentibus terris

tepor

lorum altor Nilus emiſerat; hos minax Caucaſus, et rigens Taurus, et ingentium corporum durator Iſter effuderat. Illos, tenero perlucentes amictu, et uix leue carbaſum uitando ſole tolerantes,

tepor tribuatur. Senec. Oed. v. 686.

Tepente Nilo *penſat Arctoas niues*

Martial. lib. XI. Epigr. XII.

tepidique *toreumata Nili.*

Lucan. lib. III. v. 199.

Deſeritur Strymon, tepido *committere Nilo.*

Burm. ad Valer. Flacc. lib. III. v. 361. Achill. Tatius Erot. lib. IV. p. 269. Drakenb. ad Sil. lib. VI. v. 289. Per *leues populos* intelligit Aegyptios, qui ſemper ſua leuitate fuerunt infames. Caſaub. ad Vopiſc. Trig. tyrann. p. m. 248. Val. Max. lib. V. cap. I. ex. 10. ideo *Phariam fidem* dixit Lucan. lib. VIII. v. 624. *Altor* dicitur Nilus, quoniam inundatione ſua quotannis illam regionem fertilem reddat, quae ceteroquin pluuia fere deſtituitur. *Arntz.*

XXXIII, 4. *perlucentes*) Male Editio Bald. *perlucente.* *Iur.*

XXXIII, 4. *uitando ſole — ſiſtra*) Ita recte emendatum pro *ſiniſtra.* Forsetiam *uitando ſoli.* Id enim uſitatius. Sed ita iterum Panegyr. Conſtant. F. dicto, c. 24: *Facile eſt uincere timidos et imbelles, quales amoena Graecia et deliciae Orientis educunt, uix leue pallium, et ſericos ſinus* uitando ſole *tolerantes.* Et hic paulo poſt c. 34. eadem forma: *Iam qui ad muros* differenda morte *properauerant.* In catalectis ueterum Poëtarum, carmine de Maeuio, qui fratrem ignarus interfecerat:

Dotalemque petens Romam Cleopatra Canopo
Hinc Capitolino ſiſtra minata Ioui. *Acid.*

Reſpicit ad ueſtes tenuiores, quibus radiis ſolaribus pateret aditus, et uix ullum tegimen praeberetur corpori. Incert. Paneg. Conſtant. cap. XXIV. *Sericos ſinus* uitando ſoli *tolerantes.* Broukh. ad Propert. lib. II. El. I. v. 5. Plin. lib. XXXV. Hiſtor. cap. IX. Perizon. ad Aelian. lib. IV. cap. III. Iuuen. Sat. II. v. 77.

libertatisque magiſter
Cretice perluces.

Sauar. ad Sidon. lib. II. Epiſt. II. Martial. lib. IX. Epigr. III.

Perlucida moecha lapillis.

Tales ueſtes dicebant *Coas*, quia mulier *Coa* eius uſum inuenerat, teſte Plinio lib. XI.

rantes, alterno concussa tinnitu sistra ducebant; hos loricis onustos, inclusosque ferro, fractae uoces tubarum, ingentiumque lituorum clangor
4 acuebat. Quae tandem uel collatio posset esse po-

XI. cap. *XXII.* Prudent. Cathem. Hymn. *VII.* v. 156.

Rex ipse Coos *aestuantem* murices.

Propert. lib. I. El. II. v. 2.

Et tenues Coa ueste *mouere sinus.*

Horat. lib. IV. Od. XIII. v. 13.

Nec Coae *referunt iam tibi* purpurae.

Adde Salden. Ot. Theol. lib. I. Exerc. VI. p. 86. *Arntz.*

XXXIII, 3. *sistra*) Nam Siſtris Aegyptii in sacris utebantur, atque etiam in bello tubae uice. Hinc Virgilius lib. VIII. Aen. de Cleopatra:

Regina in medio patrio uocat agmina sistro. *Put.*

Sidonius Apollinaris Carm. V. v. 465.

Cum patrio Cleopatra ferox circumdata sistro *Milite* etc.

Ait autem *ducebant*, quia, ut obseruat Puteanus, atque ante ipsum Calepinus, sistris utebantur tubae uice Aegyptii, probatque ex Virgilii lib. VIII. ubi similia leguntur. Quamquam magis censeam cum Seruio, per ambitionem et ex aemulatione Isidis hoc a Cleopatra factum. Idque nonnihil ex Dione confirmari potest. Sistris tamen etiam Amazones sunt usae ad conuocandum exercitum, si Isidoro credimus, qui id docet et lib. II. cap. *XXI.* ubi et quid *sistrum* fuerit exponit. *Scheff.*

Sistrum crepitaculum in sactis Isiacis, quae origine sunt Aegyptia. Vide ad Minucium notata c. XXI. num. 5. *Cellar.*

Barth. ad Stat. lib. III. Silv. II. v. 103. et Burm. ad Petron. cap. CIV. cum Montfaucon. Diar. Ital. cap. XVII. Hinc *sistra Aegyptiaca* dicuntur Ouidio lib. III. Am. El. IX. v. 33. *Ducebant* uero aptissimum uerbum ambigua notione, cum de Duce belli dicatur, et choro saltantium. Tibull. lib. II. El. I. v. 56. Horat. lib. I. Od. IV. v. 5. *Arntz.*

XXXIII, 3. *fractae uoces tubarum*) Virgil. Aen. 3, 555. sq.

Et gemitum ingentem pelagi, pulsataque saxa,
Audimus longe, fractasque ad litora uoces,

Idem Georg. 4, 71.

Martius ille aeris rauci canor increpat, et uox
Auditur fractos sonitus imitata tubarum. Iaeg.

XXXIII, 4. *ut collatio*) *ut* abest L. et mox *libertas.* *Liv.*

Notant

populorum? etiamsi tanta non esset dissimilitudo causarum, ut ab illis fuerit Romani imperii appetita captiuitas, ab his repetita libertas. Quo tibi, Imperator, indignius uidebatur, eius placuit quemquam inueniri potuisse consortem, cuius se barbarus agebat ultorem.

XXXIV. Sed illi quidem, nefario sanguine belli primitias imbuentes, par poenae culpaeque documentum fuerunt. Testis est Siscia, testis pulcerrimus amne conflictus, si conflictus ille dicendus

Notant uacare *ut*. Minime: cohaeret hoc cum superioribus et figurate sententia elata per interrogationem, quae simpliciter haec est, *ut nulla collatio esse possit*. *Acid.*

MS. pro *ut* habet *uel*. S. Ita quoque Guelf. optimo sensu, et offendit alias, cum sequatur *ut*. *Arntz.*

XXXIV, 1. *Testis Fiscia*) *Siscia* ex Ambrosii Epist. XX. X. qui scribit, Maximum a Francis et Saxonum gente in Sicilia, Siciae, Petauione, ubique denique tetratum esse uictum. *Siscia* autem urbs est Pannoniae, ad quam est Savus fluuius. Plin. lib. III. c. XXV. *Put.*

Testis is locus dicitur, in quo uel ad quem aliquid accidit. Iustin. lib. XLII. cap. IV. §. 4. Flor. lib. III. cap. II. §. 4. Lambin. ad Horat. lib. IV. Od. IV. v. 36. Cerd. ad Virg. Ecl. V. v. 21. Mox *amne* negotium dedit V. D. Verum ea difficultas non difficile posset tolli, si obseruemus, ea loca circa fluuium pro ipso tali poni. Ita Flor. lib. III. cap. IV. §. 5. *tota vastauit Hebro*. Not. ad Liv. lib. XXXVII. cap. VI. §. 2. Gron. ad Plin. lib. XXI. Hist. cap. XIII. Nec ualde dissimiliter Phaedr. lib. IV. Fab. VI. v. 10. *Prima quae* Ponti *finus Patefecit*.

ad quam formam *finum Maliacum* pro terris ad eum sinum sitis dici ostendit Gronov. ad Liv. lib. XXVIII. cap. V. §. 15. *Arntz.*

XXXIV, 1. *pulcerrimus amne conflictus* etc.) Mendum est aperte et uariant libri. In V. lego *pulcherrimus aue confl.* in B. *pulcherrimis aue*, neutrum sincere. Palmaria lectio quae in C. *pulcherrimi Samae*. Scilicet *Sama* est Auctori, qui alibi *Savus*, et *Samus confluens* pugnam

cendus est, quo ita in publicos proditores animi plenus miles inuasit, ut eum nec numerus resistentium, nec maximi fluminis altitudo remorata sit, quin, ut erat ex longissimo itinere anhelus atque puluereus, equos calcaribus incitaret, amnem nando coniungeret, ripam insiliret, paratos

pugnam accipe, quae in traiectu amnis Sauae commissa. Cuius testem et consciam ait Sisciam, ad quam haud dubie is conflictus. Sectionem ergo, quae post *Fiscia*, dele. Nam profecto *testis* ad emphasin geminauit. *Siscia* denique, non *Fiscia*, aut *Sciscia*, aut *Syscia* scribe e Vetere inscriptione, quam Smetius refert pag. 90. 13.

C. VALERIVS. C. F.
FLAVIA. SPECTATVS.
SISCIA. MIL. COH.
VIII. PR. 7. VOCONI.
MIL. ANN. VI. VIX.
ANN. XXIV. H. F. C. *Liv.*

(*Si conflictus ille dicendus est.*) Tolle importunam hic parenthesin. *Acid.*

Tacit. Annal. 3, 39, 3. *Neque aciem aut praelium dici decuerit, in quo semermes ac palantes trucidati sunt, sine nostro sanguine.* S.

Non dissimiliter in re simili Sidonius Apollinaris Carm. V. v. 364.

Ad bellum per bella uenit.
Nam maximus isse est,
Non pugnasse labor. Terimus cur tempora uerbis?
Peruenit et uincit. *Scheff.*

A Puteano est *amne*: codices *aue*: unus, Cuspiniani puto, *Sauae*, quod probat Liuineius, et expressit de La Baune. Schefferus autem *amne*, id est, in amne, in traiectu amnis pugna. *Cell.*

MS. *acie.* S.

XXXIV, 1. *maximi fluminis*) Saui, cui apposita est Siscia, ubi ille Colapem amnem recipit. *Cell.*

XXXIV, 1. *sit, quoniam*) Bene mutant *quominus*. Facilius sit: *quin iam, ut erat* etc. *Acid.*

XXXIV, 1. *ut erat*) Elegans loquendi ratio, qua exprimere uolunt statum rerum praesentem. Ouid. lib. IX. Met. v. 119. Silius lib. VIII. v. 188. Manut. ad Cicer. lib. X. Fam. Epist. XXI. V. D. ad Frontin. lib. IV. cap. I. §. 28. Heins. ad Ouid. lib. X. Met. v. 4. Colulus ad Apulei. Apol. p. 238. *Arntz.*

XXXIV, 1. *amnem nando coniungeret*) Eadem ratione, qua amnes glacie uel pontibus iungi dicuntur; quia nimirum sic ex altera in alteram ripam peruenitur, et utraque quodam modo coniungitur. *Iaeg.*

tos denique exſpectantesque deprehenderet. Ser- 2
mo iſte prolixior eſt, quam illa res fuerit. Vix
fluuium manus inuicta tranſierat; iam locum belli
tenebat. uix hoſtem inuenerat; iam urgebat. uix
pectora uiderat; iam terga caedebat. Datur
debito rebelle agmen exitio; uoluuntur impiae
in ſanguine ſuo turbae; tegit totos ſtrages una
campos, continuisque funeribus cuncta late ope-
riuntur. Iam qui ad muros, differenda morte, 3
properauerant, aut foſſas cadaueribus aequabant,
aut obuiis ſudibus induebantur, aut portas, quas
eruptione patefecerant, morte claudebant. At
quorum ſe fugae imperuius ripis amnis obiecit,
trepidando collecti, et alterum quisque complexi,
per abrupta glomerantur. Spumat decolor cruo- 4
re

XXXIV, 2. *fuerit*) Melius *fuit*. *Acid.*

XXXIV, 2. *totos ſtrages*) In meo eſt: *ſtragis*. *Scheff.*

XXXIV, 3. *differenda morte*) Eſt, ut mors differatur longius. Schulting. ad Senec. Controv. lib. I. p. 76. *Arntz.*

XXXIV, 3. *ſudibus induebantur*) Caeſ. lib. VII. Bell. Gall. *Qui qui intrauerant, ſe ipſi acutiſſimis* uallis induebant. Et alibi: *Poſtea quam propius acceſſerunt, aut ipſi ſe* ſtimulis *inopinantes* induebant, etc. Vid. Veget. lib. III. cap. VIII. *Put.*

XXXIV, 4. *Spumat*) Ridicule *fumat* Guelf. Sanguis enim ille indicium erat maximae cladis. Flor. lib. II. 5. VI. §. 18. *Cruentus aliquamdiu Aufidus.* Obſeq. de Prodig. cap. CXIII. *ſanguinis riuus manauit.* Val. Max. lib. I. cap. VII. ex. 5. *aquas ſanguine mixtas fluxiſſe.* Drakenb. ad Silium lib. I. v. 126. Lucan. lib. III. v. 372.

Cruor altus in undis
Spumat.

Virgil. lib. IX. Aen. v. 456.

Pleno ſpumantes *ſanguine* riuos.

ubi V. D. Itaque hic utitur hyperbole Poetica, ut Claudian. III. Conſ. Honor. v. 99.

Turbaque vadentum
Staret.

Cort. ad Plin. lib. VIII. Epiſt. VIII. Idem Lucan. lib. II. v. 217.

reddit-

re fluuius, et cunctantes meatus uix eluctatis cadaueribus euoluit: utque se tibi posset speciali imputare militia, ipsum illum uexillarium sacrilegae factionis auidis gurgitibus absorbuit; et, ne morti sepultura contingeret, cadauer abscondit. nonne utroque credendus tuae studuisse uindictae, et adiuuando uictoriam, et occupando clementiam?

XXXV. En tibi alteram pugnam, alteramque uictoriam. Dilectas in praelium Marcellinus cohortes, et ipsum factionis nefariae robur, illa belli ciuilis Megaera rapiebat, tanto ceteris satelliti-

redditque cadauera campo,
Tandem Tyrrhenas uix eluctatus in undas,

Turbam igitur interfectorum militum uoluit indicare. Barth. ad Claudian. l. I. Virgil. lib. V. Aen. v. 805.

Millia multa daret leto, gemeretque repleti
Amnes, nec reperire uiam, atque euoluere posset
In mare se Xanthus. Arntz.

XXXIV. 4. *eluctatis cadaueribus*) Sic supr. Nazar. cap. XXX. *Vix* eluctantibus *gurgitibus exeuntem.* Put.

XXXIV, 4. *uexillarium*) Dux quidam Maximi, cuius nomen latet, historia silente. Nec enim Andragathius est, quia is postea, interfecto Maximo, e naui in undas se praecipitauit. Oros. VII. XXXV. nisi hic in temporis notatione aberrauit. *Celt.*

XXXIV, 4. *mortis sepultura*) Nota *mortem* pro ipso mortuo. *Acid.*

Suauior mihi uidetur lectio Cuspinianaei codicis *ne morti sep.* *Grut.*

MS. *mortuo.* Quae lectio calculum nostrum meretur. S.

Per *sepulturam* intelligit eum honorem, quem praestare solebant in ultimis exsequiis siue officio funebri. Broukh. ad Tibull. lib. I. El. V. v. 45. Ouid. lib. III. Trist. El. III. v. 45. Guelf. pro *morti* scripsit *mortis*, ubi sequens *s* forte adhaesit uoci priori, ut centies. Mox pro *clementiam* inepte *dementiam* est in Guelf. V. ad Victor. Ill. cap. XLIII. §. 4. et ad Plin. cap. XXX. §. 4. *Arntz.*

XXXIV, 4. *occupando*) clementiae locum non relinquendo. *Baun.*

XXXV, 1. *belli ciuilis Megae-*

tellitibus audentior, quanto exſertiorem operam nauabat tyranno frater tyranni. Quo quidem maxime tuus gaudebat exercitus, quum ſe ultro uideret laceſſi: qui nihil magis timuerat, quam timeri; adeo quidem, ut caſtris ad caſtra colla-

Megaera) Frater Maximi Marcellinus: qui Baunio uidetur in pugna ad Petauionem, quam Ambroſius memorauit, occubuiſſe: quam *alteram pugnam alteramque uictoriam* hoc loco putat ſignificari, *Cell.*

Supra pro *dilectas* Guelf. *deletas* ſcribit. Minus congruum et orationi nihil ineptius excogitari poſſet. V. ad Vict. III. cap. XLVIII. §. 2. et Burm. ad Ouid. lib. X. Met. v. 527. *Arntz.*

XXXV, 1. *excellentiorem*) Perſpicue uerum eſt *exertiorem*, hoc eſt, προφανεστέραν. Eandem uocem reſtituo et Statio Siluar. V. Protreptico ad Criſpinum:

quod tempus amicum
Fraudibus, exerto *quaenam*
bona tempora bello.

i. e. aperto marti. Inepte editur *extorto*. Apud Agellium quoque X. cap. *XXIV.* in C. Matii mimiambis ſcripſerim:

Nuper die quarto ut recordor, exerte
Aquarium urceum, etc.

Pro *recordor et certe*, quod editiones referunt. *Liv.*

Placuit iſtud prae aliorum *excellentiorem*. *Exerit* enim ſeſe, qui omnes exercet neruos, qui nihil reliquit inexpertum. Vir magnus conſiicit ad Symmachi lib. *II.* cap. *XXXI. execrationem operam* non neceſſario. Nam reſpicit Auctor eo, quod frater enixius iuuet fratrem, gnarus ſe appendicem futurum eius qualiscumque fortunae. *Grut.*

MS. *execrationem.* S Guelf. *execrationem.* Omnino uera eſt lectio recepta, quam defendit Waſſ. ad Salluſt. Cat. *XLIV.* et Burm. ad Quinctil. Declam. *CCLXV.* Ideo aliquid tentare ex corrupta ſcriptura etiam non debuerat Scheffer. Epiſtol. ad Heinſ. *XVIII.* tom. V. Syll. Burm. *Arntz.*

XXXV, 2. *quum timeri*) Eiusdem acuminis eſt illud Nazar. Paneg. Conſtant. cap. *XVIII. Nihil magis timuiſti, quam ne timereris.* Adde Barth. ad Claudian. lib. I. de Laud. Stilicon. v. 340. *Arntz.*

XXXV, 2. *praecipiti die*) Sic Liuius lib. IV. Tacit. lib. *XIX.* dixit: *praecipitante in occaſum die. Put.*

tis, quod praecipiti die manum conferre non poterat, ſpe uictoriae cum luce uenturae peruigil ageret, tardum ſolem, deſertorem diem, annuum noctis aeſtiuae tempus criminaretur. Ecce lux tandem, et iam omnis campus horrebat exercitu: diuiſi in cornua equites, leues ante ſigna uelites, diſpoſitae manipulatim cohortes, et gradu pleno ferentes agmina quadratae legiones, uni-

Curtius lib. *IV.* c. *XVI.* §. 18. Praeceps *in noctem diei* tempus. Virgil. lib. *VIII.* Aen. v. 8.

Nox *humida coelo*
Praecipitat.

Ouid. lib. IX. Met. v. 485. et I. Triſt. El. *III.* v. 47. Iuret. ad Symm. lib. *IV.* Epiſt. *LIV.* Senec. Agam. v. 461.

In aſtra iam lux prona, iam praeceps dies. *Arntz.*

XXXV, 2. *annuum*) Iudicat pugnandi deſiderium, cum omne etiam tempus cupidis uideatur longum eſſe. Virgil. Ecl. *VII.* v. 43.

Lux toto mihi longior anno.

Terent. Heaut. Act. II. ſc. 1. v. 11.

Dum moliuntur, dum communtur, annus *eſt. Id.*

XXXV, 3. *et iam — horrebat exercitu*) Veteres Editiones iſtud *et iam* omiſerunt. In meo reperitur, ſed coniuncte. Contra illud *omnis* abeſt. *Scheff.*

Verbum in bello de ui armata, cum *horror* proprie pertineat ad caedes et bella. Not. ad Plin. Paneg. c. *LVI.* §. 5. Drakenb. ad Silium lib. XI. v. 421. Barth. ad Statium lib. *VI.* Theb. v. 457. Heinſ. ad Ouid. lib. *VI.* Faſt. v. 140. Seneca. Agam. v. 221.

Equos et arma, claſſibusque horrens *fretum.*

Lucan. lib. *V.* v. 343.

orbis liberi
Horror *et Arctoi noſtro ſub nomine miles.*

Guelf. legit corrupte *etiam tempus horrebat, diui.* De diſpoſitione illa aciei conf. Spanhem. ad Iulian. Orat. *I.* p. 231. et Columb. ad Lactant. de Mort. Perſecut. c. XXXI. cum Lipſio lib. *IV.* de Milit. Rom. Dial. II. *Arntz.*

XXXV, 3. *in cornua equites,*) Equites enim in cornibus locabant. Veget. lib. II. cap. XV. et lib. *III.* cap. XVI. *Put.*

XXXV, 3. *depoſitae*) L. *diſpoſ. Acid.*

XXXV, 3. *gradu pleno*) Vide Veget. lib. I. cap. IX. *Put.*

uniuerſa late, qua uiſus agi poterat, occuparant. Nondum ſe uirtus experiebatur; iam diſciplina 4
uincebat. at poſtquam intra coniectum teli acies utraque promouit, et effuſis hinc inde iaculorum ſagittarumque nimbis res uenit ad capulos; milites priſtinae uirtutis, Romani nominis, Imperatorum denique memores, cauſſam publicam manu agere. Hoſtes uenditam operam, laceratam 5
Italiam, ſpem in ferro reliquam cogitantes, gla-

XXXV, 4. *coniectum*) Sic Liuius: *ubi ad* coniectum teli *uentum eſt.* *Put.*

Telique) L. *teli* abiecto *que.* *Acid.*

Pertinet, quod olim pugnae initium ſumtum fuerit a iactu telorum. Sanar. ad Sidon. lib. *V.* Epiſt. *XVII.* Tacit. lib. XV. Annal. cap. XI. Iuſtin. lib. II. cap. IX. §. II. Drakenb. ad Liv. lib. XXVI. cap. XL. *Arntz.*

XXXV, 4. *ſagittarumque nimbis*) Frequens metaphora. V. Silium lib. IX. v. 311. et XII. 186. Sex. Rufum cap. XXVII. Prudent. Pſych. 129. Liuius XXXVIII. cap. XXVI. *nubem telorum* dixit. *Cellar.*

Male omittit Guelf. *iaculorum*, quod idem fecit Edit. 1476. Rhen. et Bald. Lucan. lib. II. v. 501.

Crebroque ſimillima nimbo
Trans ripam ualidis torſerunt tela lacertis.

Flor. lib. *III.* cap. *VIII.* §. 4. *ingenti lapidum et ſaxorum* nimbo: ubi Duker. Silius lib. IX. v. 580.

Celſus telorum *fundit Libys aggere* nimbum.

Barth. ad Claudian. lib. I. de Laud. Stilic. v. 263. et Cel. Bot. ad Epiſt. ad Hebr. cap. XII. §. 1. *Arntz.*

XXXV, 4. *res uenit ad capulos*) Id eſt, *on en vint aux mains.* Veget. lib. I. cap. XX. *Sed cum*, inquit, ad pilam, *ut appellant*, uenitur, *et manu ad manum gladiis pugnatur.* Idem lib. *III.* cap. XIV. *Prima autem et ſecunda acies cum* ad *ſpathas et* pilam, *ut dicitur*, uentum *fuerit* etc. *Put.*

XXXV, 4. *Imperatorum*) Cod. MS. *Imperatoriſque. S.*

XXXV, 5. *laceratam Italiam*) Ideo ueniam deſperabant. *Cellar.*

diatoria desperatione pugnare, nec gradu cedere, sed in uestigio stare, uel cadere.

XXXVI. At ubi impulsa acies, fronsque laxata,

XXXV, 5. *gladiatoria desperatione*) Infelicissimum illud hominum genus poenis quasi addicebatur et ad uoluptatem Populi depugnare cogebatur. Primo ad sepulcra interfectorum Ducum, inprimis si sine missione pugnarent. Freinsh. ad Flor. lib. *III.* cap. XX. §. 13. Erhard. ad Petron. cap. XXI. Recte itaque hic dicit *gladiatoria desperatione*, de qua pluribus Lindenbrog. ad Donat. in Terent. Phorm. act. *V.* sc. *VII. In uestigio* retinuimus cum Guelf. et posterioribus Editis. Delet tamen illud Edit. 1476. Rhen. et aliae. Retinuit Liuineius ex suo Cod. et Bertinienſ. *Arntz.*

XXXV, 5. *in uestigio*) Sic Catilinae socii, de quibus Florus lib. *IV.* cap. *I. Quem quisque in pugnando ceperat locum, eum amissa anima corpore tegebat. Scheff.*

Ea praecipue militum laus, ut ordines non relinquerent, et eum locum, quem occupauerant, strenue defenderent. Val. Flacc. lib. *III.* v. 104.

Manibusque dari quem comminus optem
Quo steteris, moriere loco.

ubi Burm. et Lipſ. lib. *II.* Sat. cap. XX. Drakenb. ad Liv. lib. *VI.* cap. XXXIV. *Arntz.*

XXXVI, 1. *impulsa* etc.) Emendaui hunc totum locum ad Symmach. lib. I. Epist. XLVII. hoc modo: *At ubi impulsa acies, fronsque laxata et fiducia in pedes uersa est*, (forte inſerendum *et fiducia manuum in pedes uersa est.* Ita quidem Panegyr. Nazar. Constant. c. 28. *Relaxauerit acies, aut frons impulsa tituabauerit; fiducia manuum ad pedes migrat.*) Porro *ire praecipites* (uulgo hic inſeritur *aut*) *glomerando* (ita Modius LXXIX. Nouant. al. *gloriando*) *fugere, et se inuicem festinando* tardare: *armati inermes, integri saucii, primi posterique miſceri: miles urgere cominus gladiis, eminus hastis* (uel forte *eminus hastis, cominus gladiis*) *punctim caesim ferire, alii poplitibus imminere* (ſic Modius recte: uulgo: *urgere eminus cominus gladiis hastis punctim caesim fevire, alii populi tibi imminere*) *alii terga configere* (an *conficere*?) aut quos *cursu non poterant continere* (fruſtra ſit qui *contingere* malit ſcribere) *iaculis occupare, arma telaque homines uita pereuntes, prona supinaque corpora passim uel in acerud iacere.* Elegantiſſimus locus paullo minus priſtino et uero nitori a Modio reſtitutus.

Inſunt

xata, et fiducia in pedes uerſa eſt, ire praecipites, aut globo fugere, et ſe inuicem feſtinando tardare, armati, inermes, integri, faucii, primi, poſtremique miſceri. Miles urgere eminus, cominus, gladiis, haſtis, punctim, caeſim ferire, alii

Inſunt etiam paucula uitia quaedam, quae nos tollemus. Quid enim eſt *curſu aliquem continere?* Leg. *continuari* hoc ſignificatu, quo eſt in Symmacho. Sed porro etiam ſcribendum: *arma, telaque, uiua peremta; prona ſupinaque corpora paſſim uel in aceruo iacere.* Deleui uocem *homines*, quae et Gloſſa uidetur: niſi ſit retinenda et addenda etiam altera *homines*, *equi*. Quod tamen dubie pono. Non enim ueſtigia in reliquis uerbis uideo equeſtris pugnae, neque certe fuit praelium equeſtre. An potius ſcribendum *ſeminuia* pro *homines*, *uita?* *Acid.*

Qui recedit et fugam meditatur, ut bene Gronov. ad Liuium lib. *XXVI.* cap. *VI.* *In pedibus uerſa.* Guelf. *uerſata eſt ne*; admodum intempeſtiue. *Arntz.*

XXXVI, 1. *gloriando*) Scribe *glomerando fugere*. *Lipſius* lib. I. Quaeſt. Epiſt. *XXVII.*

Veteres habuere *gloriando* pro *globo*. Ex quo Muretus fecit *glomerando*. Sed *globo* etiam in meo repe-

ritur, qui porro pro *et ſe* habet *aut ſe*. Et ſic omnino ſcribendum eſt. *Scheff.*

Globus eſt multitudo militum condenſata. Silius lib. *XI.* v. 231.

Concitus armis
Inuadunt globus.

Lucan. lib. *IV.* v. 780. Curt. lib. *X.* cap. *VII.* §. 1. Val. Max. lib. VII. cap. IV. ex. 1. *Arntz.*

XXXVI, 1. *feſtinando tardare.*) Exemplum ſimile habes apud Curtium, lib. *IX.* cap. *XXIII.* *Ingens*, ait, *multitudo in unum metu conglobata, ac ſemet ipſam turba impediens in medio caeſa eſt.* *Scheff.*

XXXVI, 1. *Miles urgere*) Optima haec loci huius lectio, quae plane eadem in meo Codice. Veteres uarie eum tentarunt. *Id.*

XXXVI, 1. *punctim, caeſim*) *Frapper d'eſtoc et de taille.* Sic loquitur Liuius et Vegetius lib. I. cap. *XII.* *Put.*

alii poplitibus imminere, alii terga configere, aut, quos

XXXVI, 1. *poplitibus imminere*) Elegans et coloribus ſuis inſigniter deſcriptus fugiens re perdita fuſusque exercitus: ſed ita contaminatus, ut multum genuinae eius uenuſtati ſcripturae uitia detrahant. Quae eſt enim in fuga gloria, aut quis gloriando fugit? Dein, quale eſt illud? *alii populi tui imminere*, aut quem ſenſum commodum eiicit? Denique, quis eſt ordo in illis uerbis? *miles urgere eminus, cominus gladiis, haſtis punctim caeſim* etc. Equidem, ut in pauca dicta conferam, arbitror ex ductu literarum et ſententiae poſtulatis ita totum locum legendum: *At u. i. a. f. l. et f. i. p. u e. i. p. glomerando fugere, et ſ. i. f. t. a. i. i. ſ. p. p. m. miles urgere, cominus gladiis, eminus haſtis, punctim, caeſim ferire, alii poplitibus imminere, alii terga configere, aut quos curſu non poterant continere, iaculis occupare* etc. *Modius* Nouant. Lection. Epiſt. LXXIX.

MS. *Frontibus*. Bene. S. Non ſatis propriam uim et elegantiam huius loci cepit librarius Guelf. cum reponat *frontibus*, cum utique agatur de fugientibus, id quod clarius adparet ex eo, *terga configere*. Tamen illud placere potuit Schwarzio: cum tamen *poplitibus* firmari poſſet ex eo, quod ueteres Editt. exhibeant *populi tibi* Ed. 1476. aliaeque: et ex quibus clare poſſet conſtare, ad haec uerba Oratoris non facere *frontibus*, cum id non pertineat ad fugientes. Confirmat Pacati ueram manum Ouid. lib. VI. Met. v. 256.

Ictus erat, qua crus eſſe incipit, et qua
Mollia neruoſus facit internodia poples.

et praecipue lib. *VIII.* Met. v. 363.

Trepidantem et terga parantem
Vertere ſucciſo liquerunt poplite *nerui.*

Apulei. lib. *IV.* Met. p. 106. *Diſtricto gladio* poplites *eius totos amputant.* Liv. lib. XXII. cap. LI. *Vinos ſucciſis* poplitibus *inuenerunt.* Prie. ad Apulci. lib. VIII. p. 473. Petron. Sat. cap. I. *Succiſi* poplites *membra uix ſuſtinent.* Lucan. lib IX. v. 771.

Surae fluxere: ſine ullo
Tegmine poples *erat.*

Sil. Ital. lib. *IV.* v. 343.

Vſentem collapſum poplite *caeſo*
Enſis obit.

ubi plura V. D. et praecipue illud Iſcanii de Bell. Troian. lib. *VI.* v. 268.

Timi-

quos curſu non poterant continere, iaculis occupare. Arma, tela, equi, homines, uiua, peremta, prona, ſupinaque corpora paſſim uel in aceruo iacere. Illi, mutilis exciſisque membris, 2

A a 4 reli-

Timidusque ſuperbit
Poplitibus *caeſis, humilem infamare triumphum.*
Horat. lib. *II.* Sat. *VII.* v. 97.

Contento poplite *minor.*
Dict. Cretenſ. lib. *III.* Bell. Troi. cap. *VII. Hoſtem complectitur, manu dextra* poplitem *ſuccidens.* Val. Max. lib. *VII.* cap. *IV.* ex. 2. Poplites *pugnantium ceciderunt.* Val. Flacc. lib. *VI.* v. 551.

Poplite *flexo*
Deiicit.

Virgil. lib. IX. Aen. v. 763. Notiſſimus locus Horatii lib. *III.* Od. *II.* v. 15.

Nec parcit imbellis iuuentae
Poplitibus, *timidoue tergo,*

ad quem locum Bentl. pro *continere* h. l. mauult *contingere*, non uideo cui uſui, cum *continere* idem ſit quod *retinere.* Cort. ad Sall. Iug. cap. XV. in fin. et *poplites* ad milites ſpectare patebit, quia cum *galeis* iungit Iuuenal. Sat. *VI.* v. 262.

Galeae *curetur pondere, quanta*
Poplitibus *ſedeat.* *Arntz.*

XXXVI, 1. *continere*) Non damnem praefracte: ſed malim tamen immiſſa litera *contingere, iaculis occupare.* *Grut.*

Bert, *continuare*, i. e. ſequi. v. ſupra, Paneg. VI. c. 8, 5. adnot. *Ideg.*

XXXVI, 2. *telaque homines*) Otioſa *que* coniunctio et obſcura uetus lectio. Sed eruebam ſub manu (abſit inuidia) feliciter, *tela, equi, homines,* quo nihil ueriius. *Liv.*

MS. *Arma, tela,* iaculari; hominum *peremptа, prona, ſupinaque corpora, paſſim uel in aceruo iacere.* *S.*

XXXVI, 2. *paſſim*) Variis partibus diuiſa. Cort. ad Sall. Iug. cap. *XVIII.* §. 3. V. D. ad Liuium lib. XL. cap. *XXXII.* *Arntz.*

XXXVI, 2. *in aceruo*) Vox uſitata, ſi de ingenti clade agatur, ſi cadauera in unum quaſi cumulentur. Cicer. Orat. *III.* Catil. cap. X. *Omnis locus* aceruis *corporum et ciuium ſanguine redundauit.* Not. ad Vict. Epit. cap. XLII. §. 14. Val. Flacc. lib. *III.* v. 274.

Exſangues confertae caedis aceruos.
Merul. ad Enn. p. 106. *Id.*

XXXVI. *inutilibus*) *mutilis* V. B. L. C. Recte. Ita olim etiam coniecceram. *Rittersh.*

Veteres habuere *inutilibus.* Cre-

reliqua ſui parte fugiebant; hi dolorem uulnerum ſequebantur; iſti mortes receptas in ſiluas et flumina deferebant; illi poſtremum ſpiritum in admiratione nominis tui, et ſui ducis deteſtatione fundebant. Nullus finis caedendi inſequendique, niſi ſubtraxiſſet aliquando uictoribus mors
3 hoſtem, et nox diem. At quanto melius manus illa conſuluit, quae ſubmiſſis precabunda uexillis petiit

Credo ex non intellecta ſcriptione antiquorum. Nam in meo quoque inuenio non *inutilibus* ſed *mutilis*. Quod neſcio an non rectum ſit. *Inutilis* hic enim pro *inutiles* antique, ſicuti non infrequenter. Intelliguntur autem inutiles ad arma praeliumque, propter praeciſa membra. *Scheff.*

MS. *Illi* inutiles, *exciſiſque membris, reliqua ſui parte fugiebant; hi dolorem uulnerum ſequebantur.* S.

Veteres Editi *inutilibus*. Sic Edit. 1476. Rhen. Bald. et aliae: et certe in MSS. uſitatiſſimum eſt M. et IN inter ſe confundi. V. ad Vict. Ill. cap. LXVI. §. 2. et ad Plin. Pan. cap. XXXV. §. 2. *Inutiles* praetulit Scheffer. Epiſt. ad Heinſ. XVIII. p. 28. tom. V. Syll. Burm. *Arntz.*

XXXVI, 2. *dolorem uulnerum*) Ita Iuſtin. lib. XXIV. cap. VIII. §. 11. *Cum* dolorem uulnerum *ferre non poſſet.* Plura ad Victor. Ill. cap. IV. §. 7. *Id.*

XXXVI, 2. *mortes receptas*) acceptas letales plagas. *B.*

XXXVI, 2. *deferebant*) Meus habet *differebant*: quod hic puto eſſe elegantius. *Scheff.*

MS. *Iſti mortes receptas in ſiluas et flumina* differebant, illic *poſtremum ſpiritum* etc. *S.*

Et Guelf. *differebant*, de qua commutatione diximus ad Plin. Paneg. cap. LXXXII. §. 5. Parum intereſt, cum dicat *ſiluas* et *flumina*: uidetur enim uelle indicare locorum diuerſitatem, ut id uerbum adhiberi ſolet de diuerſis inter ſe locis. Vell. lib. II. cap. LXXIX. §. 3. *lacerauit ac* diſtulit. Cort. ad Plin. lib. *VIII.* Epiſt. XX. Voces autem ſequentes *nominis tui et ſui ducis* non agnoſcit Guelf. *Arntz.*

XXXVI, 3. *manus illa*) Pars exercitus. *Cell.*

petiit ueniam neceſſitatis, et terram in oſculis premens, calcanda ueſtigiis tuis corpora et arma proiecit? quam tu non ſuperbe, ut uictam, non irate, ut ream, non negligenter, ut parum ne-

XXXVI, 3. *in oſculis*) Del. f. *in*. Niſi Apuleiano more abundat. Vt f. etiam Paneg. incert. Conſtant. Fil. cap. III. *Quod nos fugit* in amore *trepidantes*. *Acid.*

Guelf. *oculis*, minus concinne: cum talia oſcula a deuictis, et minores ſe fatentibus exhiberi moris eſſet. Dougt. Anal. S. Part. I. Exc. CXXI. et Raphel. ex Polyb. et Arrian. ad Luc. Euang. c. VII. §. 38. *Submiſſis uexillis* dicit, ut ita ſe uictos faterentur, cum obſequii ſui teſtimonium darent, et maiorem illum agnoſcerent. Ea conſuetudo originem ſumſit ex prima Reip. libertate, cum Coſſ. ad captandam populi auram ſuos faſces pro concione ſubmitterent. V. ad Quinctil. lib. III. Inſtit. cap. VII. Propius ad h. l. Lucan. lib. VI. v. 243.

Adorato ſubmittat Caeſare ſigno.

Notae ad Ammian. lib. XXVI. cap. *VII. Signorum apicibus, aquilisque ſubmiſſis. Arntz.*

XXXVI, 3. *calcanda ueſtigiis*) Pertinet ad morem, cum ſuperbiores uictores ex inſolentia pedes imponerent uictis a ſe hoſtibus. Ouid. lib. III. Amor. El. *XI.* v. 5.

Domitum pedibus calcamus *Amorem.*

Torrent. ad Horat. lib. III. Od. XX. v. 11.

Arbiter pugnae potuiſſe *nudo*
Sub pede *palmam.*

Victor. lib. XV. Var. Lect. cap. *IV.* Symmach. lib. X. Epiſt. XXXII. *ut caduca calcauit.* Stephan. ad Saxon. Grammat. Hiſtor. Danic. lib. I. p. 36. *Id.*

XXXVI, 3. *proiecit*) Arma abiicere in bello ſignum timidi militis, et ſummum flagitium, cum *ſcutum* quaſi ſacrum haberetur, quod amittere ingens erat dedecus, et morte luendum. Stewech. ad Veget. lib. II. cap. XIV. Multo magis, ſi talia arma traderentur hoſtibus, quorſum pertinet Frontin. lib. II. cap. *V.* §. 17. *Scuta noſtris tradiderunt.* Per *arma* uero proprie intelligimus ſcuta. Duker. ad Flor. lib. II. cap. XV. p. 8. et paſſim Vellei. lib. II. cap. LXXXV. §. 5. *Aegre ſubmiſſis* armis *ceſſere* uictoriam. Et ipſa arma tradere moris erat, ut oſtenderent, ſibi in animo non eſſe rebellare. Freinshem. ad Curt. lib. VII. cap. IV. §. 38. *Id.*

ceſſariam, praeteriſti, ſed blande liberaliterque
4 tractatam iuſſiſti eſſe Romanam! Iunguntur ſocia agmina, et ſub uno capite diuiſa rei publicae membra coaleſcunt. Ambo pari gaudio feruntur exercitus. hic opera ſua gaudet, hic uenia; uterque uictoria.

XXXVII. Nec pia Haemona cunctantius, ubi, te adfore, nuntiatum, impulſis effuſa portis obuiam prouolauit, et, ut eſt omne deſiderium poſt

XXXVI, 4. *diuerſa Reip.*) Sic uulgati, quotquot uidimus. Meus habet *diuiſa*, quod rectiſſimum eſſe, uel uerbum ſubſequens *coaleſcunt*, probe oſtendit. Iuſtin. lib. III. cap. II. *Graecia omnis ducibus Lacedaemoniis et Athenienſibus, in duas* diuiſa *partes, ab externis bellis, uelut in uiſcera ſua, arma conuertit. Scheff.*

XXXVII, 1. *Hac mora*) Praeferam *Haemona*, ex quo corruptum, quod in B. eſt *Hacinona*. Vrbs obiacens Alpibus, ut mox ſequitur, Aquileiam Siſcia tendenti in itinere. Quam a Maximino, et ipſo in Italiam mouente, uacuam deſertamque inuentam Capitolinus refert Maximinis. Omnino confer locum. Meminit iterum Maximino iuniore. Sed *Narona* ſubſtitutum Rhenano, meo animo, parum circumſpecte, qui exercitum properantem, *ut ſpatio lucis unius Illyrico continuaret Aquileiam*, (uerba ſunt Auctoris) longiſſimo tractu retroagat in imum paene Illyricum. Adi tabulas, mi Lector, et omnem hunc terrarum ſitum explora. *Liv.*

Ita meus Codex cum optimis aliis. Veteres *hac mora*, inepte, uti Liuineius uidit. *Scheff.*

Sic codex ſcriptus Schefferi; et dudum aliis ſuboluit, hanc genuinam lectionem eſſe. In uia enim eſt inter Siſciam et Aquileiam. In Lapidibus *Aemona* et *Emona* ſcriptum eſt. Vid. Notit. Orbis Antiqui. *Cellar.*

XXXVII, 1. *prouolauit*) Guelf. male *praeuolauit*. *Volare* et inde compoſita maximam in perficiendo negotio notant celeritatem. Liv. lib. I. cap. LVII. Iuſtin. lib. XXVII. cap. I. §. 6. Ouid. lib. VI. Faſt. v. 443.

Prouolat *in medium*. Eamdem celeritatem indicat per *effuſa*. Eumen. Paneg. Flav. nom. cap. *VIII.* §. 1. *Tanta ſe obuiam* effunderet *mul-*

poſt ſpem impatientius, parum credens, patere uenienti, feſtinauit occurſare uenturo. Fingit quidem, ut ſcimus, timor gaudium: ſed ita intimos mentis adfectus proditor uultus enuntiat, ut in ſpeculo frontium imago exſtet animorum. Velut illa ciuitas a longa obſidione reſpirans, quod eam tyrannus Alpibus obiacentem, tamquam belli limen, attriuerat, tanta ſe et tam ſimplici exſultatione iactabat, ut, ni eſſet uera laetitia, nimia 2

multitudo. Liuius lib. XXXIV. cap. *XXI.* §. 8. Effuſis *omnibus ad ſequendos.* *Arntz.*

XXXVII, 2. *fingit*) Plinius Paneg. cap. *LXXII. Multa quidem excogitat metus, ſed quae appareant quaeſita ab inuitis, aliud ſollicitudinis, aliud ſecuritatis ingenium eſt, alia triſtium inuentio, alia gaudentium: neutrum ſimulationes expreſſerint.* *Scheff.*

Confirmat id Barthius pluribus ad Statium lib. I. Theb. v. 188. et Pric. ad Apulei, lib. X. p. 606. *Arntz.*

XXXVII, 2. *ſpeculo frontium exſtat*) Vult ſpeculum quoddam animorum eſſe frontes, et *in ſpeculo frontium* ualet in frontibus tanquam ſpeculo. Tibullus:

Hei mihi difficile eſt imitari gaudia falſa,
Difficile eſt triſti fingere mente iocum.

Erratum in ueteribus libris, quod indignor, quorum in V. *fortium*, in B. *fontium* eſt, utrum ſue inepte. *Liv.*

XXXVII, 2. *imago exſtat*) Recte *exſtet* Liuineius reſcribit, quem ſequor. *Ineg.*

XXXVII, 2. *obiacentem*) Aptius credo *ſubiacentem.* *Acid.*

XXXVII, 2. *ni eſſet uera laetitia*) Non adquieſco in his poſtremis. An fuit, *ut eſſe uera laetitia, uel quia nimia, uideretur.* Vt appareret ueram eſſe laetitiam uel inde, quod nimia erat. Cui tamen ſententiae ſententia repugnare illa uideatur Pliniana Paneg. *Ingenioſior eſt ad excogitandum ſimulatio.* Tacit. f. multo magis lib. I. Hiſtor. *Quanto magis falſa ſunt, quae fiunt, tanto plura facere.* Vel ſaltem immitte copulam *et.* Paneg. Nazar. Conſtantino. *Non enim ſe capit exundans laetitiae magnitudo, ſed dedignata pectorum latebras, ita multa et candida foris prominet, ut intelligatur non ingentior eſſe quam uerior.* *Acid.*

Sic reponendum duxi, motus-

3 mia uideretur. Ferebant se obuiae tripudiantium
cateruae. cuncta cantu et crotalis personabant.
hic tibi triumphum chorus; ille contra tyranno
funebres naenias et carmen exsequiale dicebat.
hic perpetuum uictis abitum; ille uictoribus cre-
brum optabat aduentum. Iam quocumque tulis-
ses gradum, sequi, circumcursare, praecedere;
uias denique, quibus ferebaris, obstruere. Nullus
cui-

motus suadela Codicis scripti, minus bene editi hactenus: *ut messe uera laet.* etc. *Grut.*

Feliciter Gruterus, qui in quodam reperit *inesse*, ex quo id, quod palam in meo legitur, *ni esset* fecit. *Scheff.*

In Stephani et Buchneri editionibus haec uerba pro desperatis habentur. Liuineius relinquit intacta, nisi quod moneat, in uno aliquo libro pro *inesse* sibi uisum *ni esset*, quod interpolatorum est commentum; sed quia tamen prae uulgatis uideretur aliquem sensum non incommodum gignere, cupide arripuit in sua ἐκδόσει Cellarius, probauit etiam Schefferus in notis ad hunc Panegyricum, in textum uero non recepit. Et recte; quae enim haec argumentandi ratio, *nimia laetitia, ni uera*? quasi illud, quod uerum sit, etiam simul nimium esse nequeat. Cum tripudiaret Dauid, uera erat laetitia, non simulata, et tamen uidebatur nimia Michali uxori eius. Verissime reliquit Pacatus: *tanta se et tam simplici exsultatione iactabat, ut inesse seueris laetitia nimia uideretur.* Prima syllaba in uoce *seueris* ob praecedentis eandem neglecta, fuit labes orta. Sic idem patres *seueros* uocat cap. VIII. et alibi saepius hac uoce utitur, de qua praeterea consule Ian. Guilielm. Plautin. Quaestion. in Rud. c. V. Gebhard. ad Nepot. Epam. cap. *II. Seueri*, ἀγέλαστοι. Et sane, quae mox in Pacato de tripudiis, crotalis, cantu ceterisque sequuntur, propemodum nimia poterant uideri *seueris* hominibus, et grauitatem amantibus. *Withof.* Specim. Gunther. p. 83.

XXXVII, 3. *exsequiale*) Guelf. *exitiale*. Alterum praeferendum, cum tale sit carmen, quale cani solebat in exsequiis, ut eiusmodi integrum

cuiquam ſui tuiue reſpectus: blandam tibi faciebat iniuriam contumacia gaudiorum. Quid ego referam pro moenibus ſuis feſtum liberae nobilitatis occurſum, conſpicuos ueſte niuea Senatores, reuerendos municipali purpura flamines, in-

grum exſtat ap. Senec. Lud. Claud. p. 856. ubi *aeneatorum tanta turba, tantus contentus* puto legendum pro *conuentus*, quem audire non potuiſſet Claudius. Vid. ad Plin. Pan. cap. *II.* Seru. ad Virgil. lib. *I.* Georg. v. 422. exponit per *ſymphoniam* et *commixtum cantum*. Cuper. lib. *I.* Obſ. cap. *II.* Dougt. Anal. Part. *I.* Exc. *LXXXVI.* *Arntz.*

XXXVII, 3. *reſpectus*:) Intuitus, conſideratio, ut bene Schulting. ad Senec. lib. I. Controv. p. 87. Burm. ad Phaedr. lib. *V.* Fab. *IV.* v. 7. Illud *contumacia gaudiorum* non agnoſcit Guelf. et pro *cuique* idem *cuiquam*, quod non damnarem. Eodem enim ſenſu ponitur. Dauſſius ad Minuc. Fel. Oct. cap. *XIII.* Not. ad Plin. Paneg. cap. *LXVIII.* §. 3. V. D. ad Liuium lib. *I.* cap. *XXIV.* et Frater ad Caton. lib. *I.* Diſt. *IX.* Idem Cod. *tuique* pro *tuiue*. *Arntz.*

XXXVII, 3. *contumacia gaudiorum*.) Hanc lectionem, cum unico Liuinii, meus quoque habet. Innuit autem illam gaudiorum uim, quae homines ea ſaepe cogit admittere, quae alias per uerecundiam pudoremue non auderent. *Scheff.*

Contumacia gaudiorum Codex noſter non agnoſcit. S.

XXXVII, 4. *ueſte niuea Senatores*,) Togas intelligit, quibus utebantur in feſtis. Prudent. contr. Symmach. *Gaudida toga, et niueus pietatis amictus.* Dicebatur autem *niuea*, quae lota eſſet a fullone, cretaque ac ſulphure albedini priſtinae reſtituta. *Scheff.*

v. omnino *Lipſ.* Elect. I. c. 13. *Iaeg.*

XXXVII, 4. *purpura flaminea*) De praetextis loqui cenſeo. Iis enim Sacerdotes utebantur. Valerius apud Liuium lib. *XXXIV.* cap. *VII. Purpura uiri utemur praetextati in magiſtratibus, in ſacerdotiis liberi noſtri praetexti purpura togis utentur.* *Scheff.* et *Cell.* Ideo, quia municipia ſua retinuerant ſacra adeoque et flamines. Sauar. ad Sidon. lib. *V.* Epiſt. *VII.* et Sirmond. ad eund. l. l. *Arntz.*

inſignes apicibus ſacerdotes? quid portas uirentibus ſertis coronatas? quid aulaeis undantes plateas, accenſisque funalibus auctum diem? quid effu-

XXXVII, 4. *inſignes apicibus*) Hoc eſt, ſummis quibusdam conis in illorum pileis, de quibus uidendus eſt Rubenius Elect. lib. II. c. *XXV.* ubi effigiem earum egregie depictam habet. *Scheff.*

XXXVII, 4. *portas*) Eae nempe in laetitiae et publici gaudii ſignum uariis ſertis aliisque ornamentis decorabantur. Rutil. lib. I. Itiner. v. 425.

Exornent uirides communia gaudia rami.

ubi not. et Briſſon. de Rit. Nupt. p. m. 71. cum Riuino ad Pernigil. Vener. v. 50. *Arntz.*

XXXVII, 4. *tardantes*) Citra controuerſiam probum *undantes*. Virgil. Georg. II.

Et iuuat undantem *buxo ſpectare Cytorum.*

Mox *turbam domorum* inſulſa et inſolens translatio. Coniecerâm *bonorum*, nunc librorum omnium conſentiente ſcriptura appoſui aſteriſcum, ualdeque ſuſpicor de hiatu. *Liv.*

Non placet explicatio τῷ *tardantes*: quod ſubſtituunt *radiantes* placet paullo magis. Lipſii e libro emendatio tamen f. ueriſſima, *undantes*. *Acid.*

Edit. anni 1476. Rhen. 1650. et aliae praeferunt *tardantes*. Male. Verbum enim *undare* de maxima multitudine uſurpatur. Pric. ad Apulei. lib. VI. Met. p. 305. Cl. Hauerc. de Numism. Alex. p. 21. et ita ex Codice ſuo reponit Lipſ. ad Tacit. lib. III. Annal. cap. X. Guelf. *auellis*: quod corruptum ex ſcriptura priſtina. Claudian. lib. II. de Rapt. Proſ. v. 320.

Pars aulaea *tenent*: *alii praetexere ramis*
Limina.

Hoc idem accidiſſe nouimus in feſto Seruatoris introitu, cum populus floribus et frondibus uiam, qua ingreſſurus eſſet, conſpergeret. Dougt. Anal. Part. II. Exc. XXVI. Adam. Obſerv. Theol. Philol. p. 149. Recte uero *funalia* memorat. Tales enim faces accendebantur in honorem et quaſi triumphum uiri magni et de Rep. bene meriti. Exemplum eſt apud V. D. ad Florum lib. II. cap. II. §. 10. *Praelucere* funalia, *praecinere ſibi tibias iuſſit.* *Arntz.*

XXXVII, 4. *aulaeis undantes plateas*) Hypallage, ἀντὶ τοῦ: *aulaea undantia*, i. e. quae undarum modo aura ſurſum et deorſum ferebantur; *in plateis.* v. Plaut. Epid. act. 3. ſc. 3. in f. Erythr.

effuſam in publicum turbam domorum? gratulantes annis ſenes, pueros tibi longam ſenectutem uouentes, matres laetas, uirginesque ſecuras? nondum omne confeceras bellum, iam agebas triumphum.

XXXVIII. Ibat interim Maximus, ac te poſt terga reſpectans, in modum amentis attonitus auolabat. nec ullum ille conſilium, ullamue rationem, aut denique ſpem, quae poſtrema homines deſerit, ſequebatur: quin ipſos uiae implicabat errores, et nunc dexter, aut laeuus, nunc ueſtigiis ſuis obuius, incertum iter ancipiti ambage,

thr. in Ind. Virg. ad *undantem Cytorum buxo.* *Iaeg.*

XXXVII, 4. *gratulantes*) Cod. MS. *Quid effuſam in publicum turbam domorum: gratulantes* anus, *ſenes, pueros.* *S.*

XXXVII, 4. *ſeruitutem*) Cod. MS. *tibi longam* ſenectutem *uouentes.* Mirum eſt, nullo aduertente Editore et Critico, uocem *ſeruitutem* hoc loco omnia exemplaria typis exſcripta occupaſſe. *S.*

XXXVII, 4. *ngebas triumphum*) Quem ciuitas laeta ſponte ſua inſtituerat, et ita omen uictoriae triumphique ueri dederat. Nec enim ab ipſo inſtitutus triumphus hic intelligendus eſt, quem nemo ante uictoriam niſi imprudens ſuperbusque inſtituit. *Scheff.*

XXXVIII, 1. *auolabat.*) Veteres Editi *euolabat* Rhen. Ed. 1650. Liuin. in margin. *Auolare* uſurpatur de tali, qui celeri curſu abit, et citato greſſu aduenit. Virgil. lib. X. Aen. v. 15. Liv. lib. I. cap. LXVII. Iuſtin. lib. XXVI. cap. III. §. 3. Quod dicat de *ſpe, quae poſtrema deſerit hominem,* id confirmat Cato, ſeu quis alius in Diſtich. lib. II. Diſtich. XXV. *Spes una hominem nec morte relinquit.* ubi alla in notis Fraternis. Weitz. ad Prudent. Pſychom. v. 201. Pro *ſequebatur* Guelf. habet *ſequebat*, quales corruptelae non ſunt infrequentes. *V.* ad Plin. Paneg. cap. XL. §. 1. Conferri hanc in rem poſſet Barth. ad Claud. Conſ. Probin. v. 108. *Arntz.*

XXXVIII, 1. *ipſos uiae implicabat*) Non haec ad ſtomachum meum. Emendem

ipſo.

2 bage texebat. Quoties sibi ipsum putamus dixisse: Quo fugio? bellumne tentabo? ut, quem uiribus totis ferre non potui, parte sustineam! Alpes Cottias obserabo, quia Iuliae patuerunt? peto Afri-

ipso se uiae implic. errore. Addicunt clare quae sequuntur. Lucanus lib. VIII. v. 5.

Cornipedem exhaustum cursu stimulisque negantem
Magnus agens, incerta fugae uestigia turbat,

Implicitasque errore uias. *Liv.*

XXXVIII, 1. *texebat.*) Nescio cui bono Pric. ad Apulei. lib. IX. Met. p. 498. *tenebat.* Immo aperte falsum, cum h. l. agatur de dubiis et incertis uiarum ambagibus et inuolucris. Virgil. lib. V. Aen. v. 589.

Parietibus textum *caecis iter ancipitemque.* *Arntz.*

XXXVIII, 2. *quem uiribus totis*) Dialogismus quidam secum Maximi est, breuis et acutus, ac subobscurus, ut ante quidem legebatur. Nos lucem ei a distinctione dedimus. In C. est *aut quem uir. a* minuscula inepte. Sibi ipse enim respondet κατὰ εἰρωνειαν. Scilicet quem uiribus totis etc. Statim *obseruabo*, haud scio an non sincerius, id est, τηρήσω. Statius Siluar. IV. ad Marcellum.

Forsitan Ausonias ibis frenare cohortes,
Aut Rheni populos, aut nigrae littora Thules
Aut Istrum seruare latus. *Liv.*

Codex noster pro *quem* habet *quod.* S.

XXXVIII, 2. *obserabo,*) Sic interpunge: *Alpes Cottias obserabo? quia Iuliae profuerunt.* Subiicit ironice: Scilicet Iuliae multum profuere, per quas nempe Theodosius perruperat, et irruperat. *Acid.*

Guelf. *obsecrabo.* Commode alterum uerbum de angustiis, per quas aditus pateat in aliquam regionem, ut respiciatur ad aedium aditus, qui sera claudebantur, ad quos proprie refertur. Iustin. lib. XVIII. cap. III. §. 12. *Obseratis foribus mortem sibi consciuit.* et lib. XXVI. cap. I. §. 9. Horat. Epod. XVII. v. 52. Liv. lib. V. cap. XLI. *Obseratis aedificiis*, ubi a Librariis eodem modo peccatum est. Cl. Duker. ad Flor. lib. III. cap. VI. §. 10. *Ipsas fauces sic obditis nauibus quasi portam obserauit.* Confer Pricaeum ad Apulei. lib. IX. Met. p. 481. et 485. Mox pro *profuerunt.* Guelf. scribit *paruerunt*, corruptum sine

Africam? quam exhauſi. repeto Britanniam? quam reliqui. credo me Galliae? ſed inuiſus ſum. Hiſpaniae committo? ſed deuotus ſum. Quid 3
ergo faciam, inter arma et odia medius? a tergo premor hoſtibus, a fronte criminibus. Si morerer, euaſeram. Sed ecce, nec animum ſequitur manus, nec manum gladius: labitur ferrum, tremit dextera, mens fatiſcit. O quam difficile eſt 4
miſeris etiam perire! Ergo ut clauſae caſſibus ferae, quaeſito diu exitu deſperatoque, conſiſtunt, et prae timore non fugiunt: ita ille ipſo, quo agitabatur, metu adligatus, in oppidum ſemet Aqui-

ne dubio pro *patuerunt*, ut bene habet eod. Schwarz. Sall. Catil. cap. x. §. 1. *Cuncta mari et terra* patebant. Val. Max. lib. I. cap. VIII. ex. 2. *Arntz.*

XXXVIII, 2. *notus ſum*) Codex habet *deuotus*. S. Confirmat Guelf. cum tamen corrupte ſcribat *deuota*. Recte, modo terminationem mutes. Ouid. Epiſt. VI. Her. v. 164. Pric. ad Apulei. lib. VII. p. 366. *Arntz.*

XXXVIII, 3. *crinibus.*) Ad margin. Rh. al. *criminibus*, ueriſſime et elegantiſſime. *Acid.* Senec. Herc. Fur. v. 736.

Suoque premitur exemplo nocens.

Cort. ad Plin. lib. III. Epiſt. IX. §. 20. Symmach. lib. X. Epiſt. LI: *Accuſatione ciuili premebatur.* Ouid. lib. XIV. Met. v. 401.

Criminibusque premunt ueris.

Cl. Drakenb. ad Liuium lib. XXXIV. cap. XXXI. §. 1. *Arntz.*

XXXVIII, 3. *euaſeram*) Liv. *euaderem*; fruſtra. v. de ratione et uſu temporum Clark. ad Homer. Il. A. v. 37. Gronov. ad Liv. 34, 11. et de indicatiuo loco ſubiunctiui uſurpato Cl. Hoogeveen, ad Viger. p. m. 165 ſq. *Iaeg.*

XXXVIII, 4. *agitabatur,*) Guelf. *augebatur.* Corruptum ex nota illarum uocum confuſione, cum per ſe recepta ſit clariſſima. Liuius lib. XLI. cap. IX. *Lupus etiam Romae interdiu* agitatus. Ouid. lib. III. Met. v. 356.

Trepidos agitantem *in retia cernos.*

Nep. Datam. cap. III. §. 2. *Arntz.*

XXXVIII, 4. *metu adligatus*)

leiense praecipitat; non ut uitam defenderet resistendo, sed ne poenam frustrando differret. Quamquam quae poterat ulterior esse dilatio? quum ita uestigiis eius a tergo ardens miles insisteret, ut paene omnem, quae est secuta, pompam ultio festinata praeceperit.

XXXIX. Recte profecto germana illa pictorum

gatus) De animi affectibus, quibus continentur homines. Ita *beneficiis adligatus*. Cicer. pro Planc. cap. XXXIII. Symmach. lib. IV. Epist. XXXIII. Broukh. ad Propert. lib. I. El. V. v. 12. et Barth. ad Stat. lib. I. Achill. v. 411. *Id.*

XXXVIII, 4. *poenam frustrando differret*) Ambrosii de hac re prope simile iudicium Ep. XXIX. nisi quod, quae Noster ad pauorem, ille ad Deum, incutientem Maximo pauorem, subtilius refert. Sic enim Deum loqui fingit: *Ego perturbaui hostis tui consilia, ut se ipse nudaret. Ego usurpatorem Imperii ita uinxi, ac mentem eius ligaui, ut, cum haberet adhuc fugiendi copiam, tamen cum omnibus suis, tanquam metuens, ne quis tibi periret, ipse se clauderet.* *Scheff.*

XXXVIII, 5. *perceperit*) Recte alii *praeceperit*. Sed et lego *poenam ultio fest.* *Acid.*

Legendum omnino est ex meo *praeceperit*, quemadmodum et Liuineius se in aliquo reperisse testatur: qui tamen frustra, et contra fidem omnium pro *pompam*, *poenam* legit. Pompam hic intelligit supplicii, in qua exsutus Maximus purpura, spoliatus diademate, priuatus alio ornatu regio, uinctus, proiectus in terram, et quae huius generis sunt alia. *Scheff.*

Ea omnino uera est manus Oratoris, id quod additum *festinata* iubet: cum *praecipere* sit aliquid ante capere. Plura Cl. Drakenb. ad Liuium lib. VI. cap. V. §. 4. Not. ad Victor. Ill. cap. V. et ad Plin. Pan. cap. LVIII. *Ardentem* autem *militem* dixit pro uincendi et bellandi cupidum. Duker. ad Flor. lib. I. cap. VIII. §. 2. Barth. ad Claud. III. Consul. Honor. v. 73. *Arntz.*

XXXIX, 1. *germana*) Ita optime Editiones. Fallitur Balduinus, qui substituit, *ingeniosa illa pictoribus*. Eleganter enim Pacatus *germana* uocat *pictorum poetarumque commenta*. Eodem exemplo Prudentius lib. II. in Symmach

rum poëtarumque commenta Victoriam finxere pennatam, quod hominum cum fortuna euntium non curſus eſt, ſed uolatus. Ille ab ultimo Orientis ſinu feſtinatis itineribus raptus exercitus, tot nationibus relinquendis, tot fluminibus enatandis, tot ſcandendis montibus fatigatus, in alio orbe, et ſub alio paene dixerim ſole poſitus, ſpatio lucis unius Illyrico continuauit Aquileiam.

mach. *pigmenta cognatum malum Camoenarum* uocat.

Somnia concipiunt Homerus, et acer Apelles,
Et Numa, cognatumque malum pigmenta Camoenae.

Notum eſt illud Plutarchi lib. de aud. Poët. *Poeticam eſſe loquentem picturam, picturam uero mutam Poëticam.* Horatius in arte,

Vt pictura poeſis erit.

et ibidem utrosque coniungit:

Pictoribus *atque* Poëtis
Quidlibet audendi ſemper fuit aequa poteſtas.

Hunc lapſum Balduini iam pridem aliis indicaui. *Iuret.*

XXXIX, 1. *finxere pennatam*) Virginis enim alatae habitu, capite laureato, manu palmae ramulum oſtentans pingebatur. Conſule Dempſterum ad Roſin. lib. II. cap. x. Porro in meo Codice *pinnatam* legitur. Curt. lib. VII. cap. x. *Sine pedibus dicunt eſſe Fortunam, quae manus et pinnas tantum habet.* *Scheff.*

Nazar. Panegyr. cap. XXXII. *Ad celeritatem nuntii pennata victoria.* Heinſ. ad Ouid. lib. VIII. Met. v. 13.

Iuter utrumque uolat dubiis Victoria pennis.

Notae ad Vellei. lib. II. cap. XXVII. et Statius ad Tibull. lib. I. Eleg. VI. *Arntz.*

XXXIX, 2. *fluminibus enatandis*) Vulgo *natandis.* Acidalius mallet *tranandis.* Meus *euacuandis.* Prodigioſe. *Scheff.*

XXXIX, 2. *ſole*) Quid, ſi transpoſitis duabus uocibus et earum altera leuiſſime mutata legas: *in alio ſolo et in alio paene dixerim orbe poſitus?* *Acid.*

XXXIX. 2. *lucis*) At ex Pannonia, a Siſcia, Petauione, Haemona ueniebat Theodoſii exercitus in Italiam. Non igitur proprium Illyricum, ſed Illyricum magnum, quod medio aeuo erat, et in eo Pannonia, hoc loco pro ſaeculi more eſt notatum. *Cellar.*

Pro *diei.* Senec. Herc. Oet. v. 1472.

Fata

3 leiam. Nihil tamen ſibimet hoc nomine milites tui uindicant: et, ſi quando mirantium circulos contrahunt, aut conuiuia noſtra ſermone producunt, operam omnem ſuam fine Alpium terminantes, deberi ſibi abnuunt illam cele-

Fatu noſtro explicant, Lux iſta ſumma eſt. Quod Virgil. lib. II. Aen. v. 322. dixit:

Venit ſummi dies.

Vide Serv. ad eumd. Ecl. VII. v. 43. Lucan. lib. VIII. v. 29. *Arntz.*

XXXIX, 2. *Illyrico continuauit Aquileiam.*) Ex Illyrico peruenit Aquileiam: hanc urbem, feſtinato itinere, Illyrico fecit quaſi finitimam. Tacit. Germ. c. 45, 11. *Suionibus Sitonum gentes continuantur*, i. e. finitimae ſunt. *Ineg.*

XXXIX, 3. *hoc nomine uindicant*) Meus Codex inter iſta *nomine uindicant*, inſerit *milites tui*. Quod neceſſarium exiſtimo, quia alioquin nihil eſt, quod uerbi numerum pluralem ſatis regat. *Scheff.*

Cod. MS. *Nihil tamen ſibimet hoc nomine* milites tui *uendicant, et*, ſi *quando* etc. Recte. S.

Pari modo clariorem reddit ſententiam Guelf. cum interſerat *milites tui*. Nep. Thraſyb. cap. 1. §. 4. *Itaque iure ſuo nonnulla ab Imperatore miles, plura uero fortuna uindicat.* Cic. pro Marcello cap. VI. *Arntz.*

XXXIX, 3. *circulos*) Guelf. *oculos*. Sed *circulos* uerius eſt, quam ut dubitare elegantia uocis nos ſinat. Eſt enim multitudo populi, qui in unum contrahitur ad nouas res audiendas. Cicer. II. ad Attic. Epiſt. XVIII. *Sermo* in circulos *duntaxat*. Liv. lib. XXXIV. cap. LXI. *In* circulis *conuiuiisque celebrata ſermonibus.* Sauaro ad Sidonium lib. I. Epiſt. XI. Vnde profecta uox *circulatores*, qui circulos contrahunt. Pric. ad Apulei. lib. I. Met. p. 9. *Arntz.*

XXXIX, 3. *producunt*) De tempore, quod ita ſermonibus extenditur. Cl. Duker. ad Liuium lib. XXXVIII. cap. L. §. 1. Ouid. Epiſt. XII. Her. v. 6.

Quidquid ab illo
Produxi *uitae tempore.*

Hoc Virgil. lib. I. Aen. v. 748. dixit:

Noctem uario ſermone trahebant.

Cicer. Somn. Scipion. cap. I. *Sermonem in multam noctem* produximus. *Idem.*

celeritatem, quod, expertes laborum, peruenisse se uiderint, quo ire non sensérant. Negant immo se suis uectos esse corporibus, sed, tamquam per aliquas imagines somniorum ferrentur absentes, praebuisse gestantibus uentis otiosorum ministeria membrorum. Nec fides anceps. Nam si olim 4 seueri credidere maiores, Castoras geminos, albentibus equis et stellatis apicibus insignes, puluerem cruoremque Thessalium aquis Tiberis ab-

luen-

Bb 3

XXXIX, 3. *absentes*,) Falsum *absentes*, necdum apte muto. F. *obsequentes*. *Acid.* Nescio cur falsum dicat τὸ *absentes* Acidalius. Absentes utique ferebantur, qui recumbentes in lectis per quietem et imagines somniorum in loca alia transferuntur. Ferebantur enim, sed in somnio; et non ferebantur, quia iacebant in lectis, et reuera absentes erant ab eo loco, in quem ferri per somnium sibi uidebantur. *Scheff.*

Blanditur coniectura Acidalii. Simili enim modo Ouidius lib. IX. Met. v. 117.

Obsequio deferri *sperare aquarum*,

et alibi Claudianus:

Tibi militat aether,
Et coniurati ueniunt ad classica uenti. *Arntz.*

XXXIX, 4. *Castoras*.) Intelligit duos fratres Castorem et Pollucem. Dauis. ad Cicer. I. Tusc. cap. XII. qui quamuis nominibus distincti essent, tamen usu obtinuit, ut una uoce *Castores* dicerentur. Cicer. Philipp. V. cap. VIII. et V. in Verr. cap. LXXII. Torrent. ad Horat. lib. III. Od. III. v. 9. Cuper. Obs. lib. III. cap. XVII. *Id.*

XXXIX, 4. *Thessalicum*.) Puto antiquam scripturam seruasse Guelf. *Thessalium*. Inspice, quae sunt dicta ad Victor. III. cap. LXXXII. Adde Heins. ad Ouid. lib. IV. Fast. v. 362. Duker. ad Flor. lib. II. cap. V. §. 1. Paria scribit noster idem Florus lib. II. c. XII. §. 15. *Duo iuuenes candidis equis apud Iuturnae lacum puluerem et cruorem abluebant*, ubi in notis alia. *Imputasse*. uero erit pro beneficio adposuisse, inscripsisse, Symmach. lib. IV. Epist. II. Eumen. Paneg. Constant. c. XX. infr. hoc Paneg. cap. XI. in fin. et Lips. ad Senec. de Tranquill. anim. cap. VI. Florus lib. IV. cap. XII. §. 62. *Longinquitatem uiae* imputabant. ubi not. Burm. ad Phaedr. lib. I. Fab. XXII.

Id.

luentes, et nuntiaſſe uictoriam, et imputaſſe militiam: cur non tuae publicaeque uindictae confeſſam aliquam immortalis Dei curam putemus adnixam? niſi forte maiorem diuini fauoris operam res Romana poſcebat, Macedonico augenda regno, quam tyrannico eximenda ſeruitio. Ego uero, ſi caeleſte ſtudium pro dignitate cauſſarum aeſtimandum ſit, iure contenderim, equites tuos Pegaſis, talaribus pedites uectos ac ſuſpenſos fuiſſe. Neque enim, quia ſe diuina mortalibus dedignantur fateri, idcirco, quae uiſa non fuerint, dubitabimus facta, quum facta uideamus, quae dubitauerimus eſſe facienda.

XL.

XXXIX, 4. *confeſſam — adnixam*) Ita omnes. Meus habet *adniſam*, et mox *diuini ſeruoris operam*. *Scheff.*

Confeſſam eſt certam, manifeſtam. Schulting. ad Senec. Controv. lib. V. p. 304. Burm. ad Phaedr. lib. IV. Fab. xxv. v. 23. cum Pric. ad Apulei. lib. II. p. 66. *Arntz.*

XXXIX, 5. *aeſtimandum*) Ita pro ratione illius ſeculi pro *exiſtimandum*. Pluribus egimus ad Victor. Caeſ. cap. XXVII. Supr. cap. XXVII. §. 3. Coler. Parerg. Iur. cap. XX. et praecipue in hoc loco notauit Scheff. ad Phaedr. lib. III. Fab. IV. v. 5. *Id.*

XXXIX, 5. *talaribus — ſuſpenſ.*) Qualibus alias Mercurium uti fabulantur. *Scheff.*

Quod dicat *ſuſpenſos*, pertinet ad aues leni delapſu deſcendentes. Conferatur Virgil. lib. IV. Aen. v. 235. ubi otium nobis fecerunt V. Docti. *Id.*

XXXIX, 5. *Neque enim, quia ſe* etc.) Etenim cum diuina mortalibus oculis ſe ſubducant, dubitare non debemus, illud contigiſſe, quod uiſum non fuerit, cum factum uideamus, i. e. uictum Maximum, (uel *ſpatio unius diei Illyrico continuatam Aquileiam*, I.) quod uix fieri poſſe putabamus. *Baun.*

XXXIX, 5. *dubitauimus*) Leg. *dubitabimus*. *Fateri*, id eſt, oſtendere. Non multo aliter quam ut ſupra c. 21. notabamus de eodem hoc uerbo. Sic infra: *ac ſe confeſſa mors fuerit*. Nazar. Paneg. *Confeſſus eſt ſe inconſultior*

XL. Anguſte fortunam tuam, Imperator, expendit, quisquis id de te tantum, quod fieri poteſt, credit. An ego, quum ab Alpibus Iuliis otioſo feriatoque ferro non praelium fuiſſe uideam, ſed triumphum, dubitauerim, illam ſpecialem quamdam felicitatis tuae dixiſſe militiam? Scimus quidem, Imperator, ita te cuncta adminiſtraſſe, ut non poſſint ſe tibi imputare ſucceſſus; ſed fatearis neceſſe eſt, quantum tu in bello, tantum fortunam tuam egiſſe poſt bellum. cui ſi uocem demus et iudicem, nonne prolixe ſuam 2

tior dolor, nec timuit deprehendi. *Acid.*

MS. habet *dubitabimus.* Recte. S.

XL, 1. *Anguſte*) Ridicule Guelf. et al. *auguſtum*, quaſi omnia Panegyrici uerba componenda eſſent ad auguſta nomina Imperatoris, cuius laudes ſuſceperat Orator. Is tamen lapſus eſt frequens librariis. Conf. not. ad Liuium lib. V. cap. XLI. *Arntz.*

XL. 1. *feriatoque ferro*) Durior uideri poſſet loquendi ratio, cum *feriae* proprie pertineant ad res animatas. Barth. ad Stat. lib. I. Silv. VI. v. 2. Male aberrat Guelf. cum pro *praelium* ſcribat *praelio*, quaſi pertineret ad praecedens *ferro*, cum per ſe clarum ſit reſpicere *triumphum.* *Id.*

XL, 2. *uocem — iudicem*) Si fingamus, fortunam pro ſe coram iudice dicere. *Cell.*

Hic locus optime illuſtrari poterit a Cicerone pro Marcell. cap. II. *Fortuna in iſtius ſe ſocietatem gloriae offert.* etc. Reſpicit ad opinionem ſeu potius adulationem, Principes largiri fortunam ſuis belli Ducibus. Multus in hac re eſt Barthius ad Statium lib. II. Theb. v. 197. Nec ſolum talis fortuna adſcribitur uni homini, uerum etiam integris gentibus, unde a Romanis Scriptoribus celebratur *Fortuna Populi Romani.* Waſſ. ad Salluſt. Catil. cap. XLIII. Duker. ad Flor. lib. III. cap. XVIII. §. 12. Drakenb. ad Liuium lib. VI. cap. XXX. plura olim diximus ad Victor. Caeſ. cap. XLII. §. 17. *Arntz.*

XL, 2. *prolixe*) Vid. Pric. ad Apul. lib. X. p. 637. Symmach. lib. VI. Epiſt. XLVIII. *Prolixe ſcribere.* Nazar.

enumerabit operam, et, ut uirtutibus tuis multa concedat, aliqua sibi uindicabit? et cur, quaeso, non demus, ut accipiamus utriusque partis adserta, quum sit, quae uicerit, tua? Audio Constantiam dicere: *Bellum atrox periculosumque suscepi*; memorare Patientiam, *immensum iter, tempus anni graue, semper armata, saepe ieiuna toleraui*; tenere Pru-

zar. Paneg. Constant. cap. XI. Porro orationem inuertit Guelf. *enumerabit suam operam*, minus eleganter. *Id.*

XL, 2. *sibi aliquam*) Cod. MS. legit *aliqua*. S.

Codici Schwarz. adsentitur Cod. Guelf. quod melius uidetur satisfacere praecedenti *multa*. *Arntz.*

XL, 2. *aliqua sibi uindicabit*) Respicit ad locum Tullii pro Marcello, n. 6. (c. 2.) *Baun.*

XL, 2. *quae uinceret*) F. *quum sit, quae uincet, tua*. *Acid.*

Vetere: *cum sint, quae uinceret, tua*. Lege ex meo Codice, *cum sit, quae uicerit, tua*. Sensus est: audiamus disputantes inter se Fortunam Virtutesque Tuas, quia nil nocebit, quaecunque pars uicerit. Tua enim ea pars est. Virtutes Tuae, Fortuna Tua. Siue haec, siue illae uincent, glorioſum Tibi erit. *Scheff.*

XL, 2. *Patientiam*) Minus defendere possum in scripturam Cod. Guelf. reponentis *patriam*; quod quidem alia in re conuenientius esset, sed cum *graui tempore anni* quod sequitur, minus conuenit. *Arntz.*

XL, 2. *semper armata,*) Aut *arma* muta, si *ieiunia* retines: aut *ieiuna*, si *armata*. *Acid.*

Scribo *semper arma*. *Meursius* Auctar. Philolog. cap. XXX.

Tempus anni graue est illud tempus, quod noxium est corporibus. Grang. ad Iuuenal Satyr. I. v. 24. et Burman. ad Ouid. lib. II. Art. v. 231. Pro *saepe* Guelf. *semper*, quod male imitatum uidetur ex praecedenti. *Arntz.*

XL, 2. *tenere Prudentiam*) *tenere* nihili et ineptum ad sententiam. Corrigebam *referre*, litteris qua inuersis, qua leuiter et in uicinas commutatis. Tu, mi Lector, si melius quid habes, imperti. *Lio.*

Corruptum. An *recensere*? Longius abit. *Tinnire* non audeam, neque etiam *tendere*, ut Terent. Eunuch. *Miles tendere*. An tamen *tenere* est dicere? ut Nazar. Paneg. *Neque enim in hoc ue-*

ri

Prudentiam, *partita sum militem et multiplicaui arte terrorem*; adserere Fortitudinem, *bis conflixi cum hoste, bis uici*; omnes postremo clamare: *Quid tibi debemus, Fortuna, quam fecimus?* Sed si illa dicat, *properationem militum ego iuui, ego fugam hostium praepediui, ego Maximum in muros coegi, et, quem uos cogebatis mori, uiuum Domino reseruaui*: non uideo, quod possit esse iudicium, quin, cum ista pars imputet tyranni fugam, illa custodiam, res publica, quae utrique pariter obnoxia est, ita utramque coniungat, ut fateatur, uni semet uictoriam, alteri debere uindictam.

ri interpolatrix tenenda. Illud uero ibi tueare, *censere*, ut mox ibidem: *coniectura mentium tenebamus. Etsi nondum ad fidem patebat oculorum.* Et ibidem mox: *Vt iam inauditae magnitudinis obsidem teneremus.* *Acid.*

Ita omnes, etiam meus. Liuineius corrigit *referre*, Acidalius *recensere*, *tendere*. Mox exponit per *censere*. Puto idem esse ac *argumentis euincere*. Cicer. in VII. Verrina: *Neque solum argumentis, sed et certis testibus illius audacia tenebatur. Scheff.*

XL, 2. *partita sum militem*) Trifariam, ut supra dixit, c. 32, 3. *Baun.*

XL, 2. *cum hoste*) Guelf. *hostibus*, sine ulla necessitate, cum ille singularis collectiue formetur pro *hostibus*. Late id docebit Drak. ad Liuium lib. V. cap. L. et passim alii. *Arntz.*

XL, 2. *Quid tibi debemus, Fortuna*) Fabius apud Liuium, L. 22. c. 25. *Propediem effecturum, ut sciant homines, bono imperatori haud magni fortunam momenti esse: mentem, rationemque dominari.* *S.*

XL, 2. *ego*) maluit hoc omittere Guelf. cum tamen facere uideatur ad energiam loci, quare melius oportet retineri. De ui uero illius uoculae olim iam diximus ad Victor. Illustr. cap. LVIII. post Broukh. ad Tibull. lib. I. El. IV. v. 29. Cort. ad Sallust. Catil. cap. LII. §. 24. *Arntz.*

XL, 2. *praepediui*,) Caussa sui, ut non possent pro lubitu fugere. Heins. ad Ouid. Epist. XIV. Her. v. 18. Drakenb. ad Liuium lib. XXXVIII. cap. I. *Id.*

XLI. Sed nec tu debitam gratiam beneficii infitiator abiuras. nam etsi per te confeceris, quae uolebas, per fortunam tamen plus adeptus es,
2 quam uolebas. Agedum, si uidetur, praeteritas cogitationes tuas consule, et uota conueni. Num amplius sperauisti, quam ut Maximus tibi nuntiaretur occisus, quam ut semiuiuum eius caput, nondum clausis tota morte oculis, ex acie referretur, quam ad summum, ut fugiens, resi-
3 stensue caperetur? Ceterum quando, quod factum est, uel optasti, ut se tibi ipse seruaret, ut conscisceret sibimet interitum nollet, et posset? Magno qui-

XLI, 1. *abiuras.*) Siue potius, *abiures*, potentiali modo. *Acid.*

Abiurare is dicitur, qui creditum negat, cum adfirmet iureiurando, se nihil accepisse. Cort. ad Sallust. Catil. cap. XXV. §. 4. Barth. ad Statium lib. VI. Theb. v. 151. Cicero. lib. II. ad Attic. Epist. 1. *Arntz.*

XLI, 1. *plus adeptus*) Recte. Illa enim uolumus, quae fieri posse uidentur. At Fortuna ea etiam effecit, quae fieri posse non uidebantur, adeoque uelle nemo poterat. *Scheff.*

XLI, 2. *Agedum*) Aperto errore Guelf. *agendum*, ut antique Editi plures. Minus recte. Praeter ceteros v. Drakenb. ad Liv. lib. XXXIII. cap. XLVII. Etenim *dum* in hoc dictionis genere etiam poni solet. Colv. ad Apulei. Apolog. p. 250. Plaut. Trinumm. act. II. sc. II. v. 88. Et ita saepius peccatum a librariis, ut *agedum* mutarent in *agendum*, quod iam notauit Drakenb. ad Liuium lib. VIII. cap. IX. §. 3. *Arntz.*

XLI, 2. *tota morte*) Cum non penitus periisset. Barth. ad Stat. lib. I. Theb. v. 81. V. D. ad Virg. lib. I. Aen. v. 185. Cort. ad Sallust. Iug. c. XIII. Sauaro ad Sidonium lib. III. Epist. II. *Semianimis* dixit Iustin. lib. VI. c. VIII. §. 11. et Tacitus lib. III. Histor. cap. XXV. Aberrat Guelf. pro *ex* reponens *et*. Corrupte. Ad sententiam pertinet Senecae locus Epist. XXV. p. m. 113. *Id.*

XL, 3. *interitum nollet,*) Mutare, *uellet, nec posset*, superiora ista suadeant: *ut qui se non potuerit postea uel uictus occidere.* Et: *Si moreretur,*

quidem, fateor, pectoribus humanis, atque adeo maximo lux amori, interitus horrori eſt; ſed quatenus aut iſta optari poteſt, aut ille uitari. at ſi ultima ſupra caput ſteterit hora, et uenerit dies numquam reuerſurus, ac ſe confeſſa mors fuerit, non

rer, euaſeram: ſed ecce nec animum ſequitur manus, nec manum gladius: labitur ferrum, tremit dextera, mens fatiſcit. Diſſuadent ſequentia omnia, quae huc eunt, ut noluiſſe eum dicant, cum tamen maxime licuerit. *Acid.*

Ipſe non agnoſcit Guelf. culpa librarii, qui non ferebat caſu differre *ipſe* a *tibi*, quod elegantius, ut diximus ad Plin. Paneg. cap. XCI. §. 6. Drakenb. ad Liv. lib. II. cap. XIX. §. 5. *Arntz.*

XLI, 3. *luxamori)* Seneca Epiſt. LXXXII. *Sui amor eſt, et permanendi conſeruandique ſe inſita uoluntas, atque aſpernatio diſſolutionis.* Euripides in Oreſte:

Πᾶς ἀνὴρ γὰρ δοῦλος ἢ τις, ἤδεται τὸ φῶς ὁρᾶν·
Πᾶσιν γὰρ ὑπερφὺ ἡ φίλη ψυχὴ βροτοῖς.

Vnusquisque, et ſi fuerit ſeruus, lucis aſpectu gaudet; mortalibus enim cunctis anima chara miſericordiam mouet. *Scheff.*

XLI, 3. *interitus horrori)* Guelf. *bonori*, quo modo paſſim aberrarunt librarii. V. ad Plin. Paneg. cap. LVI. §. 5. Sed per ſe clarum, nihil mutandum eſſe, cum *horror* dicatur de metu mortis et omni grauiori timore. Iuuenal. Satyr. III. v. 7. Senec. Herc. Oet. v. 1208.

Non Lethaeos horreat *amnes.*

Horrida mors ibid. v. 1948. Ad eum modum Cato lib. I. Diſtich. XXII.

Ne timeas illam, quae uitae eſt ultima finis.

Ita capienda illa *horrida uirga* apud Horat. lib. I. Od. XXIV. v. 16. Sequentia pari ſententia exponit Senec. Epiſt. XXX. *Mors admota et imperitis animum dedit non uitandi ineuitabilia.* *Arntz.*

XLI, 3. *ultima)* Vitandi ominis cauſa ita dicebant tempus mortis. Ouid. Ibid. v. 195. *ſupremus dies.* ita Sueton. Auguſt. cap. XCIX. §. 1. Burm. ad Calpurn. Ecl. III. v. 91. *Id.*

XLI, 3. *confeſſa mors)* Eſt mors certa, indubitata. Virgil. lib. II. Aen. v. 590. Burm. ad Phaedr. lib. IV. Fab. XXV. v. 22. Barth. ad Calpurn. Ecl. I. v. 55. Ratio loquendi ex iure petita, cum adſit manifeſta reorum probatio, de qua Salmar. ad Sidon.

non timentur extrema, quum certa sint. Hinc reorum usque ad damnationem metus, postea attonitus stupor et ex desperatione securitas; et ad locum supplicii uoluntaria, carnifice non trahente, properatio. Vt de his taceam, qui, cum fatis fortius pacisentes, incertum exitum certo occu-

don. lib. I. Epist. VII. Symmach. lib. III. Epist. XV. *Quis pudor est uinci post confessionem.* Plaut. Trucul. act. II, sc. VII, v. 57.

Confessus *omnibus reus.* Et tales in iure pro condemnatis habentur. Sauaro ad Sidon. lib. I. Epist. VII. Schulting. ad Senec. Controv. XXXIII. p. 304. ubi huic loco lux adfunditur. Comment. ad Pauli Sentent. lib. V. Tit. V. §. 2. Pric. ad Apulei. lib. II. Met. p. 66. *Id.*

XLI, 3. *certa sunt*) Mortem intelligit, quae ultima rerum linea, ut infra: *Certo extremorum leuior uideri debuit uoluntarius quam coactus interitus.* Franc. Balduinus, pro *extrema*, temere *externa* edidit. *Liv.*

Leg. *sine.* Alias integra haec uideatur et generalis sententia, distinguenda a reliquis uerbis, quibus tamen ad sensum perfectum quaedam deerunt. *Acid.*

XLI, 4. *postea attonitus stupor*) Cod. MS. pro *postea* refert *poena.* Sic forte legendum: *poena attonitis stupor.* §.

XLI, 4. *fortunis pacisentes*) Praeclare al. *fortius pac.* Sed audi fabulam et ride. Adscripserat margini Rhenanus *uel fortunis.* Is in contextum idem, quem proxime dixi, (*Balduinus*) admisit. Hominem credulum! Ego uero utrumque res suas sibi habere iubeo, et mecum cuicumque cor salit. *Liv.*

Al. *fatis* uel *fortunii.* Neque id recte. Forte *fatis fortuitis*, id est, incerta et ambigua morte. *Acid.*

Puto reipicere Catonem et id genus, qui, cum difficulter crederent, se cum dignitate uicturos, mortem sibi ipsis intulerunt. Id enim Viri fortis esse putabatur. Vulteius ad suos, monens, ut captiuitatem imminentem morte uoluntaria effugerent:

Non gloria leti
Inferior, iuuenes, admoto occurrere fato.

Lucanus lib. IV. v. 479. Igitur frustra lectio uetus, in qua pro *fortius* habebatur *fortunis*, ex quo Acidalius faciebat *fortuitis.* *Scheff.*

Corrupte *parcentes* Guelf. *Arnt.*

occupauerunt: ut nihil de ſeruis loquar, qui uerbera uitauere ſuſpendio, et motus heriles usque ad praecipitia fugerunt; quis umquam ultra ſpem timuit? quis idcirco ſemet occidere noluit, ut occide-

XLI, 4. *motus heriles*) Suſpectum. An *merus*? *Acid.*

Suſpectum Acidalio eſt *motus*, emendatque *metus*. Ego rectum puto. *Motus* enim hic eſt *ira*. *Scheff.*

Haec ita confundi ſolent. Cort. ad Salluſt. Catil. cap. XLII. §. 1. Burm. ad Petron. cap. XIII. Cl. Drakenb. ad Liuium lib. VI. cap. VIII. Et cum dicat *uerbera*, reſpicit fortaſſe ad Dominos, qui pro telis in aciem attulerant *uerbera*, poenam utpote Seruorum. Not. ad Iuſtin. lib. II. cap. V. §. 6. et Schulting. ad Senec. Suas. VI. p. 44. *Arntz.*

XLI, 5. *ultra ſpem*) Perſpicue rectum *ultra ſpem*, hoc eſt, nulla reliqua ſpe. Pulchre Seneca Troadibus, v. 425.

Miſerrimum eſt timere, cum
ſpēres nihil. *Liv.*

Non aſſequor ulla cogitatione hoc acumen, quod eſt forte nullum. An legendum potius: *Quis unquam ultro ſemet timuit*? Scilicet ut noluerit a ſemet ipſo occidi, quod ſubiicitur. *Acid.*

Nemo. Quid eſt enim ultra ſpem? deſperatio. Vbi uero deſperatio, ibi non amplius eſt timor. Conſule Senecam de Ira cap. XVIII. Liuium lib. II. cap. XLVII. Iuſtin. lib. XX. cap. III. Et hoc acumen ſententiae, quam ſe non aſſequi Acidalius ulla cogitatione fatetur, ideoque *quis unquam ultro ſemet timuit*, ſcribendum putat.

Scheff.

Vltra non debuerat tentare Acidalius. Eſt enim elegantioris uſus. Senec. Herc. Fur. v. 93.

Vltra nocentum exſilia.

Vell. Patetc. lib. II. cap. LXVIII. §. 3. *Vltra fortem temerarius.* Et *ultra fidem* de ea re, quae uix poteſt credi: V. D. ad Val. Max. lib. III. cap. II. ex. 24. Iuſtin. lib. II. cap. VI. §. 1. *Vltra geſti fidem patrata ſunt.* Tacit. lib. II. Hiſtor. cap. CXIV. *Vltra feminam ferox.* Gronov. ad Senec. lib. VI. de Benef. cap. XXXII. Barth. ad Stat. lib. I. Silv. I. v. 20. Drak. ad Liuium lib. VIII. cap. XXIII. *Arntz.*

XLI, 5. *occidere noluit*) Multi ſane, ſatisque cordati, e quibus et Darius: qui ſic apud Curtium lib. V. cap. XII. *Forſitan miteris, quod uitam non finiam: alieno ſcelere, quam meo, mori malo.* Sed et Libonem Druſum reum, ſupplicium imminere ſibi ſcientem, ideoque interficere ſe

cideretur? niſi uero uel leuior manus aliena quam propria, uel foedior mors priuata quam publica, uel longior poena ferro incumbere, et corpore uulnus onerare, et recipere interitum ſtatim totum, quam ſupplicium diuidere, poplitem flectere, ceruicem extendere ad plagam fortaſſe non unam.

XLII.

ſe deliberantem Scribonia ſic affatur apud Senec. Epiſt. LXX. *Quid te delectat alienum negotium gerere.* *Scheff.*

MS. habet *uoluit.* S. XLI, 5. *uulnus onerare,*) Dubito de hoc uerbo: forte ſcripſerat *urgere.* Senec. de Ira lib. III. cap. III. *Inſtare ferro et tela corpore urgere.* Sed *onerare* omnes habent. Igitur magis eſt, ut uitium in nomine praecedente exiſtimem. Certe in meo pro *uulnus* eſt *ultius* uel *ulcius*, aut quid ſimile, quod non aſſequor. *Scheff.*

Fluctuat hic ualde Scheffe-rus, nec ſatis capit, quid ſibi uelit *corpore uulnus onerare.* Mihi illi hoc facere uidentur, qui, ut ante dixit, ferro incumbunt, qui ſe dum ipſi occidunt, inclinando corpus in enſem, onus quaſi uulneri uel gladio, quo uulnus infligitur, cuiusque capulus in terra poſitus, imponunt; et, ut eleganter aeque Seneca loquitur, *inſtant ferro et tela corpore urgent.* *Cuperus* ad Heinſium tom. II. Syll. Burm. p. 728.

Nihil, tentandum, cum haec ſcriptura eloquentior uideatur, et ex rei natura, cum ſuperincumbens corpus uulnus altius adigat. Lucan. lib. III. v. 725.

Adnuitque ſuo procumbens pondere ferrum.

Totum interitum dixit ſupra §. 2. *tota morte.* *Arntz.*

XLI, 5. *fortaſſe non unam*) Ita enim conſuenit, poenae maioris ac ſupplicii cauſſa. Sueton. de Calig. cap. xxx. *Non temere in quemquam, niſi crebris et minutis ictibus animaduerti paſſus eſt, perpetuo notoque iam praecepto, ita feri, ut ſe mori ſentiant.* Quanquam et carnificum ipſorum iſta fuerit crudelitas nonnunquam. Igitur pecunia emtum legimus, ut uno ictu caput amputarent. Cicero in Verrem V. ex perſona lictoris Seſtii: *Quid? ut uno ictu ſecuris afferam mortem filio tuo, quid dabis? ne diu crucietur, ne ſaepius feriatur, ne cum ſenſu doloris aliquo aut cruciatu ſpiritus auferatur.* Et mox:

Atque

XLII. Et tamen, quando ſecum ille ferro tranſigendum putabat? non potius ignem, laminas, crucem, culleum, et, quidquid merebatur, timebat? numquam profecto tam bene de ſceleribus ſuis ſenſit, ut mortem potuerit ſperare, qua periit. Si

Atque ipſe etiam adoleſcens cum Seſtio de eadem plaga, et de uno illo ictu loquebatur, idque poſtremum parentes ſuos liberi orabant, ut leuandi cruciatus ſui gratia lictori pecunia daretur. Porro in meo iſta inſeruntur: *plagam exſpectare, fortaſſis u. u.* Quam lectionem ualde probo. Vult enim, tarditatem negotii ſingularum partium minuta expoſitione demonſtrare. *Scheff.*

MS. *ceruicem extendere, plagam accipere, fortaſſe non unam.* S.

XLII, 1. *et tamen, quando*) Interrogatione efferenda haec. *Quando* his Scriptoribus ſaepe ſic uſurpatum, ut *quomodo* uel *quia*. *Acid.*

Guelf. *transgrediendum.* Non audiendus. *Tranſigere*, ex iure petitum uerbum, notat controuerſias quascumque etiam dirimere et decidere. Cl. Schulting. ad ff. de tranſaction. th. 2. Florus lib. IV. cap. *VII.* §. 13. *Tranſactum de partibus ratus.* et Cl. Drakenb. ad Liuium lib. *IX.* cap. *XIII.* §. 11. *Arntz.*

XLII, 1. *laminas*) De his Cicero Verrina V. *Quid cum ignes, candentesque laminae ceterique cruciatus admouebantur.* Prudentius:

Nec ſic inuſta laminis ardet cutis,
Vt febris atro felle uenas exedit. *Scheff.*

XLII, 1. *culleum*) Quo inſuebantur parricidae. V. Senecam lib. I. de Ira cap. *XVI.* et Dempſterum ad Roſini lib. VIII. cap. *XXIV.* Facit porro huius mentionem, quia Principem, id eſt, publicum parentem interfecit. *Id.*

MS. habet *eculeum.* S.

Guelf. quoque *eculeum.* Sed *equuleus* non poena erat, at potius ipſam poenam, ut fontes ſua ſcelera aperirent, praecedere ſolebat. Not. ad Ciceron. pro Deiotaro cap. I. Turneb. Aduerſ. lib. *XV.* cap. *XVI.* nec negligendus Weitz. ad Prudent. Hymno 11. Periſt. v. 110. Ex aggeratione poenarum, quas iunxit hoc loco, praefero *culleum.* Sueton. Auguſt. cap. *XXXII.* §. 2. *Reum, ne culleo inſueretur.* Notae ad Doſitheum Sentent. Hadr. lib. III. p. 875. et in primis Ampl. Otto praefat. ad tom. *IV.* Theſ. iur. p. 8. *Arntz.*

2 Si igitur nec praesumere ueniam reus, nec spera-
re fugam clausus, nec mortem potuit timere mo-
riturus, et certo extremorum leuior uideri de-
buit uoluntarius quam coactus, honestior priua-
tus, quam publicus, postremo breuior occupatus,
quam exspectatus interitus: num cui dubium est,
in eo, quod non habuit rationem, fuisse fortu-
nam? Illa, illa tyranni consilia caecauit, illa et
animum eius obtudit et gladium, illa expeditam
3 in uulnus manum percussit et tenuit. Nisi uero
tu

XLII, 2. *praesumere*) Votis ante exspectare, quam tale gaudium euenireț quod uotis uix potuisset cogitare. V. D. ad Nemesian. Cyneg. v. 78. Eo modo *praesumere spem* apud Tacitum lib. III. Histor. cap. *XLVI.* V. D. ad Lucan. lib. VI. v. 759. Symmach. lib. VIII. Epist. VI. *Praesumo reddendum, si modo ipse plenus spei laetis cogitationibus elucteris aduersa.* *Id.*

XLII, 2. *habuit rationem*) Nam Fortuna bonum malumue, quod uenit citra rationis auxilium: ut definiunt Pythagoraei. Anaximenes apud Stobaeum Eclog. Eth. lib. II. τὸ συνελόμενον τῶν βίᾳ τοῖς ἀνθρώποις, τύχην προσαγορεύομεν εὐδαιμονίαν. εἰ γὰρ ταῖς γνώμαις πάντα κατώρθουτο, ἐνόμιστο τύχης ἐκ ἂν εἴη. *Quod in humana uita ratione caret, fortunam solemus appellare. Si enim consilio cuncta gererentur, fortunae nomen haud extaret.* *Scheff.*

XLII, 2. *percussit*) Leg. *repressit.* *Acid.*

Forte *perculit* h. e. terrefecit. *Scheff.*

Exponerem per: effecit, quo minus animum sequeretur manus; quo modo hoc uerbum de animo accipi docet Burm. ad Ouid. lib. IV. Met. v. 137. Manut. ad Ciceron. lib. *IX.* Fam. Epist. *XXV.* Barth. ad Statium lib. V. Theb. v. 831. Petron. Satyr. cap. *CXI.* Cort. ad Sallust. Catil. cap. VI. §. 5. Confirmatur id ex sequenti *tenuit*, quod idem erit ac retinuit, et ita impediuit, ut propositum suum non posset perficere. Marckland. ad Statium lib. II. Silu. I. v. 120. Lucan. lib. VI. v. 301.

Dum tenuit *gladium.* *Arntz.*

tu tuum, uenerabilis Gratiane, carnificem diris comitatus ultricibus obsidebas, et irata minax umbra ob os eius oculosque fumantes infernis ignibus taedas, et crepitantia torto angue flagra quatiebas, ne morti honestae uacaret, ne regalem illum sacrosanctumque uestitum impio cruore polluueret, ne cultus olim tuus, ac deinceps fratrum futurus, funestum sanguinem, uel dum uin-

XLII, 3: *diris*) Cod. MS. pro *diris* habet *furiis*, pro *minax*, *minis*. Quae posterior vox placet; nisi legi debeat *irata minaxque umbra*. S. Guelf. *furiis*. *Dirae* ultrices scelerum, quae alio nomine *Furiae* dicuntur. Seruius ad Virgil. lib. VIII. Aen. v. 701. Valer. Flacc. lib. V. v. 446.

Vltrices spectant a limine dirae.

Notae ad Victor. Epit. cap. XXI. Mox pro *minax* Guelf. *minis*. *Arntz.*

XLII, 3. *taedas*) Describitur ita ornatus Furiarum, quae ad terrorem mouendum facibus armatae depinguntur, cum innexos haberent serpentes crinibus. Barth. ad Statium lib. I. Theb. v. 90. Florus lib. I. cap. XII. §. 7. Broukh. ad Tibull. lib. I. El. III. v. 69. Senec. Herc. Fur. v. 86.

Adsint ab imo Tartari fundo excitae
Eumenides: ignem flammeae spargant comae,
Viperea saeuae uerbera incutiant manus.

Periz. ad Aelian. lib. IX. Var. cap. XXIX. Per *taedas* igitur intelligit, quibus furibundos in rabiem incendebant hae scelerum omnium artifices. V. Barth. ad Claudian. lib. I. in Rufin. v. 49. *Id.*

XLII, 3. *torto angue*) Abit a uera manu Panegyristae Guelf. cum *certo* rescripserit. Ne dubitemus, facit Senec. Herc. Oet. v. 1003. ubi de Furiis:

Quaenam ista torquens angue uipereo comam.

Martial. lib. VIII. Epigr. LXXIII.

Aurea cui torto *uirga* dracone *uiret.*

Propius Val. Flacc. lib. VIII. v. 20.

Velut torto *Furiarum electa flagello.*

et pluribus aliis Vir. Doct. in Miscell. Britannic. A. 1731. Septembr. p. 671. Pro *flagra* scribit *flagella* Barth. ad Claudian. IV. Conf. Honor. v. 85. *Id.*

dicatur, acciperet, ne poſtremo te manus ulciſceretur tyranni, et deberes Maximo uel ſuam mortem.

XLIII. Et plane ita cuncta ceciderunt, ut non ſeruata modo ultio, ſed ordinata uideatur. nam unde, quaeſo, tam repentina conuerſio? ut, qui oppetere timuerat interitum, non timeret expetere, et, quem incluſerat metus, proferret audacia. Hic nulla iam reliqua feſtinandis rebus mora. Actutum fortiſſimi duces inſtruendo accinguntur triumpho, capiti diadema decutitur, humeris ueſtis aufertur, pedibus ornatus euellitur, totus denique homo aptatur ad meritum. Publice publi-

XLII, 3. *acciperet*) L. *ulciceret*, ut ſupra prope initium. *Acid.*

In nonnullis olim editis eſt *ultus olim tuus*, ut anni 1476. Rhen. aliique. Errore non nouo. *Arntz.*

XLIII, 1. *ordinata*) Vt legitime perageretur. Senec. Thyeſt. v. 715.

Saeuum ſcelus.
Iuuat ordinare.

Senec. Epiſt. X. *Malas cupiditates* ordinant. Burman. Obſ. Miſcell. A. 1737. p. 387. Notae ad Val. Max. lib. IX. cap. I. ex. 2. Cl. Drakenb. ad Liuium lib. XXIV. cap. XLVIII. §. 7. *Id.*

XLIII, 2. *diadema decutitur*) Proſper in Chronico, Theodoſio II. et Cyneg. c. LV. *Maximus Tyrannus a Valentiniano et Theodoſio Imperat. in tertio ab Aquileia lapide ſpoliatus indumentis regiis ſiſtitur, et capite damnatur.* *Scheff.*

Cod. MS. *capiti diadema deducitur.* S.

Pro *decutitur* Guelf. *deducitur.* Alterum fortius. *Arntz.*

XLIII, 2. *pedibus ornatus*) Qui ex auro gemmisque fuit. Noſter infr. cap. XLV. *Quisquis aurum gemmasque priuatis pedibus aptabit.* Intelligit autem calceos Imperatorios ſic ornatos. Curopalates de Off. Conſtant. *Eſt et calceamentorum genus, quae dicuntur tzhggia, habentia ad latus, ſecundum ſuras, et in tarſis, aquilas ex lapillis et margaritis, quae fert etiam Imperator ad ambulationes.* *Scheff.*

XLIII, 2. *aptatur ad meritum*) Ita omnes. Meus *ad meritum.* Expende, quae praecedunt et ſequuntur, forſan rectum iudicabis. *Id.*

Cod. MS. *totus denique homo*

publicus ſpoliator exſuitur, nectuntur manus rapaces, nudantur crura fugitiuo: talis deniqui tuis offertur oculis, qualem offerri decebat uictori captum, domino ſeruum, Imperatori tyrannum. Nec tu illum, qua es clementia, in conſpectum tuum uenire uoluiſſes, ne oculos iſtos, omnibus ſalutares, homo funebris impiaret, niſi famam confutare mendacii, teque purgare eodem teſte, quo inſimulatore, uoluiſſes. Habet uero, habet

mo aptatur ad meritum. Rei publicae publicus ſpoliator exſuitur. S.

Quod ex ſuo Cod. Schwarzius praefert *ad meritum*, id uidetur admitti poſſe ſine iuſta reprehenſione, praeſertim accedente Guelf. Hanc enim uocem tam peiori notione, quam benigniori accipi notum. Douſa ad Tibull. Praecid. cap. VII. Terent. Heaut. act. I. ſc. I. v. 31. Sed parum intereſt. *Euellitur* idem eſt quod per vim detrahitur, cum *euellere* uim adhibitam notet. Drakenb. ad Liuium lib. XXXIII. cap. V. Senec. Oed. v. 592. *Arntz.*

XLIII, 3. *manus rapaces*) Aut *rapaci* muta, aut *fugitiua*, et hoc potius. *Acid.*

XLIII, 3. *captum*) *Captiuum* praefert Barthius ad Claudian. IV. Conſ. Honor. v. 84. et pro *nudantur* ſcribendum iudicauit *nodantur*, quomodo et correxit Delrio ad Senec Hippol. v. 36. Sed ego nullam cauſſam uideo, cur quidquam tentemus. Etenim certum eſt, damnatos ad poenam ductos eſſe exſutis ueſtimentis. Senec. de Ira lib. I. cap. XVI. *Sunt ueſtimenta ſcindentem, quia tardius ſcindebantur aliena.* Prid. et alii ad Act. Apoſt. cap. XVI. comm. 22. *Arntz.*

XLIII, 4. *funebris*) corrupte Guelf. *funeris*. Cauebant autem diligenter, ne mortuorum conſpectus temeraret et funeſtaret oculos uiuentium, cum ita ſe polluí crederent. V. Barth. ad Stat. lib. IV. Theb. v. 510. *Id.*

XLIII, 4. *noluiſſes*) Leg. *uoluiſſes*, aut *ſi*, non *niſi*, ſcribe eodem ſenſu, ſed obſcuriore, nec locutione tam uſitata. *Acid.*

Edidimus *uoluiſſes*, cum alii habeant *noluiſſes*. V. Rittershus. ad Gunther. Ligurin. lib. X. v. 171. Confuſione uſitatiſſima, de qua uide ad Plin. Paneg. cap. XXXVI. §. 5. et alios apud Clar. Drakenb. ad Liuium lib. XXXIX. c. XV. §. 11. *Arntz.*

XLIII, 4. *Habet uires*) Nihil

neſcio quos internos mens ſcelerata carnifices, aut ipſa ſibi carnifex conſcientia eſt; aut, quod magis credo, omni ſeuerius quaeſtione eſt, a te interrogari. Ad primam tuam uocem nefario pectori excuſſa confeſſio eſt, nec cunctari ſaltem aut muſſitare potuit, quin conſilium omne nudaret, ſe uidelicet fauoris tui obtendiſſe praetextum,

Nihil huic facit *uires*. F. *uero*: immo *habet mens, habet neſc.* etc. ut uocem *mens* repetat, item ut uerbum *habet*, quod elegantiſſimum. *Acid.*

Ita uulgo. Acidalius uult: *habet mens, habet* etc. In meo pro *uires* eſt *utres*, uel *ueres*: forte ſcripſit *acres*, id eſt, *acerbos*, *duros*, uel potius *ueros*. Nam in aliquibus ſcriptis legitur *hic uero*. Nec diſcedit *mutum*, quod in meo eſt. De re ipſa uide Lipſium lib. I. Politic. V. *Scheff.*

Cod. MS. pro *inſimulatore* profert *inſimulabare*, et pro *uires* recte habet *uero*. *S.*

Guelf. *habet uero*, quod rectius puto ex conſenſu Codd. cum inſit quaedam acrior uis. V. Stephan. Schediaſm. lib. II. Sched. XXIII. Drak. ad Liuium lib. XXXVI. cap. VII. §. 1. *Arntz.*

XLIII, 4. *Habet uero, habet* etc.) Tacit. Annal. 6, 6, 2. *Vt corpora uerberibus, ita ſaeuitia, libidine, malis conſultis animus dilaceratur.* Iuuenal. Sat. 13, 194. ſq.

— — — — *Surdo uerbere caedit*
Occultum quatiente animo tortore flagellum. *S.*

XLIII, 4. *omni ſeuerius quaeſtione*) Quaeſtionem hic intelligit, quae fit per tormenta. Cicero pro Cluentio: *Saſcia habere* quaeſtionem *e uiri morte conſtituit.* *Scheff.*

Et ita paſſim. Cicer. pro Milon. cap. VII. Iuſtin. lib. XII. cap. V. §. 2. *De utroque prius* quaeſtionibus *habitis.* Budaeus ad ff. p. 36. *Arntz.*

XLIII, 4. *a te interrogari*) Qui praeſens arguere mendacium poteras. Nihil enim animum mendacis plus percellit, quam ſi eum uideat, qui re ipſa uincere mendacium poteſt. *Scheff.*

Potius referrem ad dignitatem oris et maieſtatem, quibus reus percellebatur. Not. ad Plin. Panegyr. cap. IV. fin. *Arntz.*

XLIII, 5. *nudaret*) A nuditate corporis, ubi omnes partes conſpici poſſunt, loquendi

tum, quod aliter non potuiſſet allicere militum ſocietatem, niſi ſe auctoramenti tui finxiſſet auctorem.

quendi ratio petita, ut *conſilium nudare* notet, illud aperire, palam facere. Curt. lib. VII. cap. IV. §. 4. *Non antea conſilia nudare.* Not. ad Liuium lib. XXXIII. cap. XXII. §. 8. *Id.*

XLIII, 5. *auctoramenti*) Non haec aſſequor, ac ne ſana quidem ſunt, opinor. In B. eſt: *niſi tui ſe auctoram. finxiſſent auct.* meo animo, partim ad uerum propius. Quod eruebam ſub manu, *niſi ſui te auctoram. finxiſſet auct. Sui*, inquam, et *finxiſſet*, non *tui* et *finxiſſent*. De Maximo ſermo, qui apud militem ſe ut a Theodoſio uelut auctoratus ferebat. Eſtque auctoramentum hic ἀυθεντία et imperium, pleneque ei geminum eſt, quod praeceſſit, fauoris. Adi quae e Zoſimo ſupra ſcripſimus ad hunc Panegyr. cap. XXX. *Liv.*

Puto uerum eſſe: *allicere mil. ſocietatem, niſi te auctoramenti ſui finxiſſet auctorem. Rittersh.*

Locus minime liber a mendo; praeſto, legendum: *niſi auctoramenti ſui te finxiſſet auctorem*, quod omnibus litteris uiſitur in editione Viennenſi. *Grut.*

Liuineius: *niſi ſui te auctoram.* Rittershuſius: *niſi te auctoramenti ſui.* Gruterus: *niſi auctoramenti ſui te.* Sermonem eſſe dicunt de Maximo, qui, cum a Theodoſio ab initio in foedus eſſet ſuſceptus, uelut auctoratum, hoc eſt, in ſocietatem imperii laborumque conductum ſe ferebat. In meo ita legitur: *Niſi auctoramenti tui te finxiſſet auctorem.* Forte ſcripſit: *ſeſe.* Certe *auctoramenti tui* omnes praeferunt, non *ſui*. Puto itaque iactaſſe Maximum, ſe Theodoſium iuuaſſe, ſe fuiſſe cauſſam, ut a Gratiano in laborum partem ac imperii ſuſciperetur; Siue quod in bello eum iuuerit aduerſus Thracas, ſiue quod in tanta illo tempore apud Gratianum fuerit auctoritate. Nam aperta hiſtoria hic nos credo deſtitui. Quanquam non negauerim, expoſitionem alteram magis quodammodo conuenire iis, quae de ſocietate militum praemittuntur. *Scheff.* et *Cell.*

Nihil uideo, quod turbare poſſet Viros Doctos, cum indicet miſſionem a militia, adeoque milites ſolutos eſſe ſacramento. Vide Turneb. Aduerſ. lib. II. cap. XX. et Lipſ. lib. II. Saturn.

XLIV. Et poſt hanc tu uocem non illum in cru-

ſaturn. cap. V. Clariſſime patet uera notio ex Seneca Epiſt. XXXVII. *Decipit, ſi quis tibi dixerit, mollem eſſe militiam et façilem. Nolo te decipi. Eadem honeſtiſſimi huius et illius turpiſſimi auctoramenti uerba ſunt, uri uirgis, ferroque necari.* Briſſon. de Formul. lib. VIII. p. 734. Cl. Schulting. ad Collat. Leg. Moſaicar. et Romanar. tit. IV. §. 3. *Arntz.*

Non ſatis adſequor mentem uiri doctiſſimi, nec uideo, quid locis Turnebi et Lipſii, ad quos prouocat, effici poſſit. Lipſius, l. c. tantummodo docet, liberos homines, qui in arenam ueniebant, proprie *auctoratos* dictos; pretium, mercedemque eorum, *auctoramentum*: porro uim et effectum auctorationis, item ſollemne gladiatorum iuramentum ita explicat, ut nihil plane lucis huic loco feneret. Turnebus „*auctorati quoque*, inquit, „cuntur milites et *exauctora*„*ti*; illi ſacramento militiae „et ſtipendio obligati; hi „tamquam aere diruti et ſa„cramento ſoluti.„ Hic uero, cum non *exauctorationis*, ſed *auctoramenti* mentio fiat, qua ratione milites, ſoluti ſacramento, intelligi queant, non uideo. Aeuo Theodoſii *militiae auctoramentum* pro *ſtipendio militari* uſurpari coepit; ut patet ex L. 9. Cod. Theodoſ. Tit. 35. ubi Imperatores Valentinianus, Valens et Gratianus, *Nullus omnino, ob fidiculas perferendas, inconſultis ac neſcientibus nobis, uel militiae auctoramento, uel generis aut dignitatis defenſione nudetur.* Et hinc quoque in Onomaſtico Labbaei *auctoramentum* eſt ὀψώνιον, *ſtipendium*. v. eruditam *Bernardi Diſſertat. de Auctoramento funebri M. Tull. Ciceronis, ad Velleii L. 2. c. 66. Vitemberg.* 1720. §. 10. et 11. ubi et ſupra memoratam Turnebi ſententiam confutat, docetque, fruſtra eſſe omnes eos, qui *exauctorare* contrarium τῷ *auctorare* eſſe uolunt, et hoc de militibus quoque dici temere ex illo colligunt; *auctorare* ſeruile eſſe uerbum et contemtorum hominum, *exauctorare* militum tantum, etiam eorum, qui iuſta ſtipendia emeruerunt, et honeſtam miſſionem habent, quamquam plena miſſio ab exauctoratione interdum fuerit diſtincta. Quodſi in re obſcura licet hariolari, putem, Maximum finxiſſe, eum primum arma contra Gratianum caperet, ſe id facere inſtinctu Theodoſii, ab eo ſe quaſi accipere ſtipendium, eique militare. Hoc erat mendacium famae; huius mali-

crucem tolli, non culleo infui, non diſcerpi. in fruſta iuſſiſti? non poſtremo illam tanti ream

malitiae inſimulabatur Theodoſius a Maximo, qui poſtea captus et haç de re interrogatus ſtatim aperuit, crimen id eſſe commenticium, et ideo a ſe fictum atque excogitatum, quia haec ſola erat ratio, quae militum ſibi animos conciliaret. Haec explicatio ſi admittatur, legendum erit, ex ſententia Liv. Rittersh. Gruteri, confirmata Excerpt. Schonhov. et exemplo Cuſp. Baunioque et Patarolo probata *niſi auctoramenti ſui te finxiſſet auctorem.* *Iaeg.*

XLIV, 1. *in crucem*) Duriſſima poena, ut plurimum adhibita in ſeruos. Cicer. pro Deiotar. cap. IX. Iuſtin. lib. XVIII. cap. III. §. 18. ubi adde quae V. D. attulerunt. Etiam in extremae nequitiae homines adhibita, licet ciues Romani eſſent. Cicer. pro Rabir. cap. III. et ſqq. Gataker, Adv. Poſtum. cap. XLV. cum Salden. Otiis Theolog. lib. III. Exercit. I. *Arnzz.*

XLIV, 1. *in crucem tolli*) Lipſius, qui de Cruce, L. 3. c. 14. oſtendit, crucis uſum a Conſtantino ſublatum fuiſſe, in notis ad caput illud ita: „Atqui in Panegyrica ora„tione, ſane diſerta, quae „Theodoſio dicta, mentio „etiam crucis quaſi licitae et „manentis. Et fieri ſane pot„eſt, ut apud gentiles et Chri„ſto aduerſos ſupplicium „etiam manſerit: ſicut de „Slauis in Helmoldi Chroni„co ſcriptum, L. 1. *In illis „diebus Slaui quemdam Da„num ſuffixerunt cruci.* In „ignominiam ſcilicet diuinae „crucis.„ Ex Sozomeni tamen L. I. c. 8. colligas, Conſtantinum illud teterrimum ſupplicium ex uſu tantummodo iudiciorum remouiſſe; idque adeo in uſu priuato adhuc permanſiſſe. Qua ratione Maximus, captus a Theodoſio, tamquam ſeruus, eo adfici potuit. Fieri etiam poteſt, ut Pacatus, oratorie locutus, magis indignationis uehementiae indulſerit, quam morem et uſum temporis ſpectauerit. *Iaeg.*

XLIV, 1. *in fruſta*) Vitio ſine dubio aperto Guelf. *fruſtra.* Senec. Thyeſt. v. 1060.

In parua carpſi fruſta.

et Munck. ad Hyg. Fab. CLV. Sontes ita per omnia membra puniebantur: manus abſcindebantur, ut apud Flor. lib. III. cap. XXI. §. 26. Anton. Liber. cap. XXXIX. et ceterae partes, Iun. Animadu. lib. V. cap. III. Pro *illam* Guelf. ſcribit *illi. Radicitus* eſt, ut penitus euelleretur. Cicer. pro Domo cap. XIII. Not. ad Flor. lib. III.

mendacii linguam radicitus erui praecepiſti, cum eorum parte uitalium, quorum fuerat locuta
2 commentum? Quin iam coeperas de eius morte dubitare, et deieceras oculos, et uultum rubore ſuffuderas, et cum miſericordia loquebaris. Sed bene eſt, quod non omnia potes. tui te uindicant et inuitum. Rapitur ergo ex oculis, et, ne quid licere poſſet clementiae, inter innumeras
3 manus fertur ad mortem. Ecce iterum, Imperator, auerteris, et illam tyrannici exitus relationem

III. cap. XII. §. 37. Ouid. lib. VI. Met. v. 556.

Compreſſam forcipe linguam
Abſtulit enſe fero, radix micat ultima linguae.

Prudent. Periſt. Hymn. XIV. v. 891.

Linguam priorem detrahat radicitus. *Arntz.*

XLIV, 1. *uitalium*) Cor intelligit. Cor enim ex Philoſophia ueterum cuncta comminiſcitur, ſeu potius mens et animus, cuius ſedes eſt in corde. Hinc illud Plauti Moſtell. act. III. ſc. 1. fin.

Hoc conceſſero,
Dum mihi ſenatum conſilii in cor conuoco. *Scheff.*

XLIV, 2. *omnia potes.*) Plane ad eandem faciem dixit Eumenius Panegyr. ad Conſtant. cap. XX. *Sed (ignoſce dicto) non omnia potes. Dii te uindicant et inuitum.* Ex qua collatione utriusque loci, quis non uidet hoc loco legendum eſſe: *Dii te uindicant*, non autem: *tui te* etc. *Rittersh.*

Alludit ad uulgatam de Principibus ſententiam, ex qua dicebantur poſſe tantum, quantum uellent. Plinius in Paneg. cap. LXI. *Felicitatis eſt, quantum uelis, poſſe.* Apud Senecam lib. I. de Clement. cap. I. Nero intra ſuum adhuc quinquennium conſtitutus: *Ego uitae necisque gentibus arbiter, qualem quisque ſortem ſtatumque habeat, in mea manu poſitum.* *Scheff.*

XLIV, 3. *auerteris*) Damnanda ſcriptura in Guelf. *aduerteris. Auertere oculos, faciem* etc. dicuntur, qui inuiti aliquid audire, uel uidere coguntur. Ouid. lib. XV. Met. v. 586.

Toruamque a moenibus Vrbis
Auertens faciem.

Val. Max. lib. I. cap. V. ex. 6. *Auertis oculos ab illis tectis.* Senec. Herc. Oet. v. 261.

In

tionem grauaris. Iam, iam eſto ſecurus; geram clementiae tuae morem; quod noluiſti uidere, non audies. Huc, huc totas, pii uates, doctarum noctium conferte curas, hoc omnibus linguis litterisque celebrate, nec ſitis de operum 4

Immane, dirum, horribile, quo uiſo Hercules
Auertat oculos.

Fulgent. Mythol. lib. I. cap. XXVI. *Auerſus uolat, quod uirtus terrorem nunquam adſpicit.* *Arntz.*

XLIV, 3. *grauaris*) Aegre fers. *Grauari* enim eſt aliquid inuito animo audire uel facere. Aegre ſcilicet tuliſſe dicitur eam relationem, quae ipſi odioſa uidebatur. Pricaeus ad Apulei. lib. V. p. 264. Cort. ad Plin. lib. III. Ep, XVIII. §. 6. V. D. ad Frontin. Strateg. lib. III. cap. XI. §. 2. ideo bene exponit hunc locum Cl. Drakenborch ad Silium lib. II. v. 598. Non hanc relationem aegre ferebat Imperator, uerum auertendo uultu indicabat, ſe uelle, ut hoc argumento diſcederet Orator: quo pertinet geminatio particulae, *iam iam*, quae celeritatem indicat. Broukh. ad Tibull. lib. I. El. III. v. 78. Waſſ. ad Salluſt. Iug. cap. XVII. et opportune utitur, cum ea particula inſeruiat tranſitioni, ut bene docuit Graev. ad Iuſtinum lib. XLI. cap. V. §. 4. et quos adfert Cel. Drakenb. ad Liuium lib. V. cap. LI. §. 6. Male corrigit Guelf. pro *ſecurus* legens *ſeuerus*, quod ad haec minime pertinet: cum *ſecurus* potius dicatur de tali, qui nihil mali timet, et *ſecurum* ſit id, quod ſecurum et tranquillum faciat hominem. Broukh. ad Tibull. lib. II. El. I. v. 46. quo modo Lucanus lib. II. v. 287.

Virtus ſecura ſequetur. ut bene defendit Burman. ſic *ſecura mens* apud Senec. Hercul. Fur. v. 650. quare Deos *ſecurum aeuum agere* dixit Horatius lib. I. Sat. V. v. 101. et *ſecura uiue* apud Senec. Agam. v. 797. *Arntz.*

XLIV, 4. *doctarum*) Ex uoce *uates* per ſe ſequitur, reſpicere ad Poëtas, qui ſingulari honore prae ceteris ita dicti ſunt. Horatius lib. I. Sat. IX. v. 7.

Noris nos, inquit, docti ſumus.

Quomodo et additum Epith. *pii uates*, quod proprium quaſi Poëtis, penes quos olim cura et cognitio religionis et cultus Deorum. Ouidius lib. V. Triſt. El. III. v. 47.

Conſortes ſtudii, pia turba, Poëtae. *Id.*

ueſtrorum perennitate ſollicíti, illa, quam praeſtare hiſtoriis ſolebatis, ab hiſtoria ueniet aeternitas. Vos quoque, quibus ſecunda ſors ceſſit dare famam rebus, artifices, uulgata illa ueterum fabularum argumenta deſpicite, Herculeos labores et Indicos Liberi triumphos, et anguipedum bella monſtrorum. Haec potius, haec geſta ſollertes manus ducant; his fora, his templa decoro-

XLIV, 4. *perennitate*) Poëtae enim talem ſuis ſcriptis perennitatem promittere ſolebant. Superbius loquitur, et id tamen euentus confirmauit. Ouid. lib. XV. Met. v. 871.

Iamque opus exegi, quod nec
Iouis ira, nec ignes,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere uetuſtas.

Barth. ad Statium lib. XII. Theb. v. 810. Eo pertinet Phaedrus lib. V. Fab. V. v. 43.

Chartis nomen uicturum meis,
Latinis dum manebit pretium litteris.

Virgil. lib. IX. Aen. v. 446.

Si quid mea carmina poſſunt,
Nulla dies unquam memori uos eximet aeuo.

Et pari fiducia Horatius lib. III. Od. XXX. init. *Id.*

XLIV, 4. *ueniet aeternitas.*) Hoc eſt: rei magnitudo faciet, ut aeterna ſint ueſtra opera, quibus alias res facere aeternas uulgo ſoletis. *Scheff.*

XLIV, 5. *Vos quoque, quibus ſecunda ſors* etc.) Vos quoque, artifices, in quibus altera poſtuates ac ſcriptores immortalis gloriae ſpes poſita eſt. *Baur.*

XLIV, 5. *anguipedum bella*) Gigantum biformium. Vide ad Genethliaci cap. III. ſect. 4. notata. Et Ouidius Metam. lib. I. v. 183.

Qua centum quisque parabat,
Iniicere anguipedum captiua brachia coelo. *Cell.*

Vid. Barth. ad Statium lib. V. Theb. v. 506. et V. D. ad Hygin. Fab. XXVIII. Pari compoſitione Apollod. lib. I. Bibl. cap. VI. §. 1. Φολίδας ἑκατόντων dixit. Senec. Med. v. 772.

Tibi haec cruenta ſerta texuntur manu,
Nouena quae ſerpens ligat:
Tibi haec, Typhoeus, membra qui diſcors tulit.

et not. ad Val. Flacc. lib. II. v. 28. *Arntz.*

XLIV, 5. *manus ducant*) De operibus affabre factis, Plinius lib. XXVIII. Hiſtor.

corentur; haec ebore reddantur, haec marmore, haec in coloribus uiuant, haec in aera moueantur, haec gemmis augeant pretium.

XLV. Pertinet ad securitatem omnium saeculorum, quod est factum, uideri; ut, si quis umquam nefaria uota conceperit, monumentis nostrorum temporum recensitis per oculos hauriat innocentiam. Quisquis purpura quandoque 2 rega-

Histor. cap. IX. *In aere pellibusque colore aureo ducendis.* Tibull. lib. I. Eleg. III. v. 47.

Nec ensem
Immiti saeuus duxerat arte faber.

Persius Sat. V. v. 40.

Artificemque tuo ducit sub pollice uultum.

Iuuenal. Sat. XIII. v. 152. *Bracteolam de Castore ducat.* Barth. ad Claud. lib. IV. de Laud. Stilicon. v. 612. *Id.*

XLIV, 5. *in aera moueantur*) Sic libri. Sensus apertior, *incidantur*. *Cell.* Rudior ars statuaria olim fuit, postea uero non solum pedes manusque addiderunt, sed ita ad artem effinxerunt, ut uiuere crederentur. Pric. ad Apul. lib. XI. p. 682. *Arntz.*

XLV, 1. *factum uideri*) Faciunt: *Securitatem omnium, seculorumque, id fact.* Non apte. *Quod* muta *perpetuo*, uel *ubique id.* Mox *recensitis* uerum, non *recensitus*. *Acid.* Conspici, lustrari oculis. Ideo enim uult in aere ista, in picturis formari, ut ipsis oculis uirtutem uulgus hauriat. Et profecto id, quod ceteris sensibus percipit, breue ferme est, memoriamque eius facile elabitur. At quod aspicit quotidie, id in mente altius recondit. Igitur non imprudenter illi, qui primi statuarum honores in re publica instituerunt. *Scheff.*

XLV, 1. *hauriat*) De aliis sensibus quoque adhibetur hoc uerbum praeter uulgatam notionem, ut apud Virgil. lib. IV. Aen. v. 359. *Vocemque sub auribus hausi.* Donat. ad Terent. Hec. act. III. sc. III. v. 3. Ouid. lib. XV. Met. v. 63.

Quae natura negabat
Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit.

Iterum Virgil. lib. XII. Aen. v. 745.

Ille, oculis postquam saeui monumenta doloris,
Exuuiasque hausit.

Senec. Oedip. v. 386.

Voces

regali ueſtire humeros cogitabit ; Maximus ei exſutus occurrat. quisquis aurum gemmasque priuatis pedibus optabit ; Maximus ei plantis nudus appareat. quisquis imponere capiti diadema meditabitur ; auulſum humeris Maximi caput, 3 et ſine nomine corpus adſpiciat. Scimus quidem, nihil umquam nouandum, quum Romanum ſemper

Voces aure non timida hauriam.
Cicer. pro M. Coelio cap. XXIV. *Vidi enim, uidi, et dolorem hauſi.* Ita *haurire uoluptates* dixit Tacitus lib. III. Hiſtor. cap. II. *Arntz.*

XLV, 2. *optabit*) Paruum eſt, quod monebo, ſed tamen legendum : *quisquis aurum gemmasque priuatis pedibus aptabit.* Alioqui uota libera ſunt, regni inſignia ſibi aptare non item. *Modius* Nouant. Lection. Epiſt. LXXIX.

Malim *aptabit*. *Rittersh.*

Guelf. pro *optabit*, quod eſt in plerisque Editis, ſcribit *aptabit*, et ita Barth. ad Claudian. lib. II. in Ruſin. v. 446. Parum puto referre, cum ſententia eodem recidat. Conf. Cl. Drakenb. ad Silium lib. XIII. v. 689. Tamen *optabit* retinui, cum in ſimplici uoto ſubſtiterit Orator. Id etiam fecit Cellarius, Gallicus Interpres, et cum eo numerandus Patarol. *Arntz.*

XLV, 2. *auulſum humeris*) Ita Ouidius lib. III. Metam. v. 727.

Auulſumque caput digitis complexa cruentis.
Senec. Thyeſt. v. 1038.
Abſciſſa cerno capita et auulſas manus,
ubi ex duobus Codd. quos inſpexi, reſcriberem, *abſciſa.* Val. Max. lib. I. cap. I. ex. 18. *Manus inter fragmenta abſciſae.* ut Edit. Torren. Statius lib. IX. Theb. v. 264.
Abſciſae redeunt in pectora dextrae.
Sine nomine debet Virgilio lib. II. Aen. v. 558.
Auulſum humeris caput et ſine nomine corpus.
Sine nomine, ſine ulla dignitate, quae cum ipſo cadauere erat condita. Vid. Melam lib. I. cap. XIX. Silius lib. XII. v. 317.
Coit ſine nomine uulgus.
et lib. XV. v. 295.
Exiguos habitat nec ulla nomine muros.
Iuſtinus lib. XLI. cap. I. §. 4. *Vulgus ſine nomine.* Nec diſſimiliter Salluſt. Catil. cap. XX. §. 7. *Ignobiles uulgus fuimus.* et Florus lib. III. cap. XVI. §. 1. *Hominem ſine tribu, ſine nomine.* cum Cl. Perizon. Origin. Babylon. cap. XI. *Id.*

per imperium aut tuum futurum ſit, aut tuorum: pertinet tamen ad geminam rei publicae ſecuritatem, quod fieri non poteſt, etiam non timeri. Sed utcumque uirtutis tuae opera curioſae poſteritatis oculis artificum manus reddet, quum te uel Alpium dorſa ſuperantem, uel flumina obiecta tranantem, uel agmen hoſtile triumphalibus ueſtigiis atterentem, pictorum atque fictorum adſequetur imitatio: clementia, Imperator, tua quo caelo, quo pigmento, quo aere auroue duce- 4

XLV, 3. *ad geminam*) h. e. Tuam, noſtramque. Tuam, ſi tali exemplo deterritus nemo quidquam audeat aduorſum Te; noſtram, ſi cum nemo audeat, nemo etiam puniri debeat poſſitue, Maximi exemplo. *Scheff.*

Mox pro *utcunque uirtutis* Guelf. *utrumque. Arntz.*

XLV, 4. *triumphalibus ueſtigiis*) Ita ſolent pingere Victores, ſtratis ad terram hoſtibus. Docent tabulae, docent marmora, quae etiam nunc extant. *Scheff.*

Cur non potius referre liceret ad ſuperbam Victorum inſolentiam, qui hoſtes deuictos impoſitis pedibus premerent. Propert. lib. I. El. I. v. 4:

Et caput impoſitis preſſit amor pedibus.

ubi Broukhuſ. Senec. Med. v. 253.

Superbo miſerius calcem pede.

et uberrime Barth. ad Statium lib. II. Theb. v. 713.

Corpora tunc atque arma ſimul cumulata ſuperſtans.

et ad Claudian. Bell. Gild. v. 257. Iuſtinus lib. XII. c. XVI. §. 11. Audacius dixit *calcatis Numinibus* Apul. lib. IX. Met. V. Pricaeum in Notis p. 507. De hoc more latius quoque conſulendus Erud. Elsnerus ad Act. Apoſt. cap. II. v. 32. *Arntz.*

XLV, 4. *fictor. aſſequeretur*) Leg. *aſſequetur*. Prioribus uerbis reſpicit id, quod ſupra deſcribebat: *At quanto melius manus illa conſuluit, quae ſubmiſſis precabunda uexillis petiit ueniam neceſſitatis, et terram in oſculis premens, calcanda ueſtigiis tuis corpora et arma proiecit.* etc. *Acid.*

Guelf. *factorum*, ſed ex additis *pictoribus* ſatis apertum eſt, ad haec non reſpici. Ceteroquin addi poſſet illud Horatii Art. Poëtic. v. 9.

Picto-

ducetur? qua tu ipsius uictoriae uictor ita omnem cum armis iram depositisti, ut ceciderit nemo post bellum, certe nemo post Maximum. Paucis Maurorum hostium, quos secum, uelut agmen infernum, moriturus incluserat, et duobus aut tribus

Pictoribus atque Poetis Quidlibet audendi semper fuit aequa potestas. V. not. supr. cap. XXXIX. init. *Fictores* quoque et *pictores* iungit Cicer. lib. I. de N. D. cap. XXI. Sic Hyginus Fab. CXLII. *Homines ex luto finxit.* Illud quod sequitur, *ducitur*, quoque artis est uocabulum. V. supr. ad cap. XLIV. fin. Pro *auroue* Guelf. *auroque. Arntz.*

XLV, 4. *ipsius uictoriae uictor* etc.) Sumtum illud ex Tullio, pro Marcello, n. 12. (c. 4.) *Ipsam uictoriam uicisse uideris, cum ea ipsa, quae illa erat adepta, uictis remisisti.* *Baun.*

Paneg. VIII. c. 20, 4. *Constantinus uictoriae licentiam fine praelii terminauit: gladios ne in eorum quidem sanguinem destringi passus est, quos ad supplicia poscebat* et c. 21, 2. *At iste uictor, non modo hostium, sed etiam uictoriae suae, quidquid militum bello superfuit, tibi reseruauit.* *Iaeg.*

XLV, 4. *nemo post bellum*) Cicero Orat. pro M. Marcello cap. V. de Iulio: *Vidimus tum uictoriam praeliorum exitu terminatam, gladium uagina vacuum in urbe non uidimus. Quos amisimus ciues, eos Martis uis perculit, non ira uictoriae.* et de eodem apud Suetonium cap. LXXV. *Nulli periisse, nisi in praelio reperiuntur. Belli* uocem pro praelio etiam alii, ut hic, usurparunt. Sallustius: *In eo bello, trecenti milites desiderati.* Florus lib. I. c. *XVIII. Actum erat, nisi elephanti conuersi in spectaculum* belli *procurrissent.* *Scheff.*

Bellum pro praelio accipi docuerunt etiam alii. V. ad Victor. Illustr. cap. *LIV.* et Epit. cap. *XLVII.* cum Cl. Drakenb. ad Liuium lib. *III.* cap. *LXI.* §. 2. quod Graeciae debet Latium, quae eodem modo adhibebat πόλεμον. Raphel. ex Polyb. ad Epist. I. ad Corinth. c. *XIV.* comm. 8. et ad Apocal. cap. *XII.* comm. 7. Cort. ad Sallust. Catil. cap. *IX.* §. 4. *Arntz.*

XLV, 5. *agmen infernum,*) Sic puto appellare eos, et respicere, qui in funeribus Imperatorum interficere se cogebantur, ut ipsorum sanguine placarentur Manes, Imperatorque non sine comitibus

bus furiosi gladiatoris lanistis in belli piaculum caesis, reliquos omnes uenia complexa, uelut quodam materno sinu, clausit. Nullius bona 6
publicata, nullius multata libertas, nullius praeterita dignitas imminuta. Nemo adfectus nota, nemo conuicio aut denique castigatione perstrictus, culpam capitis aurium saltem molestia luit. Cuncti domibus suis, cuncti coniugibus ac liberis, cuncti denique, quod est dulcius, innocentiae restituti sunt. Vide, Imperator, quid 7
hac clementia consecutus sis. feciſti, ut nemo sibi uictus, te uictore, uideatur. Spectabas haec à tuis collibus, Roma, et septena arce sublimis, celsior gaudio ferebaris.

XLVI.

bus ad Inferos ueniret. Consule, quae de ritu hoc notauit Kirchmannus lib. *III.* de Funer. Rom. cap. *III. Scheff.*

XLV, 5. *in belli piaculum*) Ad placandos scilicet Deos, ut moris olim erat, reportata uictoria Diis sacrificare et amicis suis munera mittere solebant. Dougtaeus Anal. part. II. Exc. V. Not. ad Flor. lib. I. cap. XII. §. 10. et larga manu Tomasin. de Donar. cap. XIX. *Arntz.*

XLV, 6. *bona publicata*) Respicit uictorias Sullanas, Marianas, Octauianas, de quibus consulendus est Florus. *Scheff.*

XLV, 6. *adfectus nota*) Confusa oratio, sed cui malo ita succurri posse putabam. N. *b. p. n. m. l. nullius praeterita dignitas, nullius imminuta, nemo affectus nota, nemo conuitio, aut d. c. p.* ut ex eo natus sit error, quod eaedem uoces iterandae saepius fuerunt, nisi placet, quod etiam relegenti emendationem meam non displicebat: N. *b. p. n. m. l. nullius praeterea dignitas imminuta, nemo affectus nota, nemo c. a. d. c. p.* etsi ego illud malo. *Modius* Notauit. Lect. Epist. LXXIX.

Quod mox dicit *castigatione perstrictus*, eodem modo *reprehensione perstrictus* dixit Symmach lib. X. Epist. XLI. et ipse Cicero lib. XVI. ad Attic. Epist. XI. *Perstringam sine ulla contumelia.* et pro Balbo cap. XIV. *Facinus perstrinxit. Arntz.*

XLV, 7. *Romam*) Leg. *Roma.*

XLVI. Tu, quae experta Cinnanos furores, et Marium post exsilia crudelem, et Sullam tua clade Felicem, et Caesarem in mortuos misericordem, ad omne ciuilis motus classicum tremiscebas; quae praeter stragem militum, utraque tibi parte pereuntium, exstincta domi senatus tui lumina, suffixa pilo consulum capita, Cato-

Roma. Ipsam alloquitur urbem. *Asid.*

Scribo: *a tuis collibus, Roma, et septena* etc. *Meursius.*

Auctar. Philol. cap. XXXI. MS. *Spectabas haec e tuis collibus Roma.* *S.*

Guelf. quoque *e*: sed mutatione non opus est. Ouidius Epist. VII. Her. v. 20. *Et uideas populos altus* ab *arce tuos*

Cl. Oudend. ad Lucan. lib. V. v. 620. *Arntz.*

XLVI, 1. *et Marium*) Incertus poeta apud Sueton. Tiberio cap. LIX.

Aspice felicem sibi, non tibi, Romule, Sullam,
Et Marium, si uis, aspice sed reducem. *Livm.* et *Scheff.*

XLVI, 1. *Sullam tua clade*) Firmicus Mathes. X. *Et ut toties felix diceretur, fecerunt Romanae Reip. immemerabilia naufragia.* *Put.*

Hunc superbiorem titulum et cognomen uindicauit Sulla, quoniam in omnibus prosperiori fortuna fuisset usus. Florus lib. III. cap. v. §. 2. *Felicitate Sullae, uirtute Luculli.* Sauaro ad Sidonium lib. III. Epist. XIII. et Cortius ad Sallust. Iug. cap. XCV. Incerti Paneg. Constant. cap. XX. §. 4. *Sulla felix, si se parcius uindicasset.* Hinc Lucanus lib. II. v. 221.

Felix his Sulla uocari
His meruit.

Plura dabit Ill. Spanhem. de Numism. Differt. X. p. 72. *Arntz.*

XLVI, 1. *in mortuos*) Innuit, opinor, eius lacrymas, quas profudit, uiso capite Pompeii, de qua re Plutarchus in Pompeio: Valer. Max. lib. V. cap. 1. Adde et Lucanum lib. IX. qui eas lacrymas uehementer exagitat. *Scheff.*

XLVI, 2. *capita*) Ita solebant capita eorum, quos post mortem quoque ignominia persequerentur, per urbem circumferre suffixa, Flor. lib. IV. cap. IX. §. 7. *Circumlato eius per urbes, quae desciuerant, capite.* Drakenb. ad Liuium lib. *IV.* cap. *XIX. Caput abscissum uictor spiculo gerens.* Velleius lib. II. cap. XXVII. §. 3. Lucanus lib. VIII. v. 684. Seneca

de

Catones in mortem coactos, truncosque Cicerones, et Pompeios fleueras insepultos; cui damna grauiora scissus in partes ciuium furor, quam portis imminens Poenus, aut receptus muris Gallus intulerat; cui Allienſi die Emathia funeſtior, Cannis Collina feralior tam altas olim reliquerunt cicatrices, ut grauius ſemper tuam, quam alienam, experta uirtutem, nihil tibi magis, quam

Paneg. Tom. Poſt. † D d te,

de Ira lib. III. cap. XIX. ubi eſt impium illud Imperatoris uotum optantis, ut *Populus Romanus unam ceruicem haberet.* ubi Lipſ. cum Barth. ad Statium lib. I. Theb. v. 706. Illam contumeliam minuentes quaſi Romani, caeſorum capita in roſtris expoſuerunt. Senec. Octav. v. 510.

Expoſita roſtris capita caeſorum patres
Videre moeſti.

Nec ſaeuitia habebatur, ultra quod progredi poſſet. Seuerus Fragment. ap. Senec. Suaſor. VII.

Oraque magnanimum ſpirantia pacne uirorum
In roſtris iacuere ſuis: ſed enim abſtulit omnes.

Ouid. lib. II. Met. v. 358. *Arntz.*

XLVI, 2. *Catones*) Catonem Vticenſem. *Cell.*

XLVI, 2. *inſepultos*) *inſepultus* eſt, non debito funere elatus, quale ei debebatur. Vid. ad Vict. Illuſtr. cap. XXXV. §. 11. et quae habet Cl. Drakenb. ad Liuium lib. VIII. cap. XXIV. §. 15. Lucan. lib. VIII. v. 714. de Pompeio:

Ne iacent nullo, uel ne meliore ſepulcro.

Pro *in partes* Guelf. habet *in parte.* Male, cum *partes* dicantur factiones in Rep. Cicer. lib. X. Famil. Epiſt. XXXI. Drakenb. ad Liv. Epit. LXXXIV. Ouid. Epiſt. VI. Her. v. 101. *Furor* quoque ſpectat ad ſeditiones domeſticas inter ciues, et bellum ciuile. Drakenb. ad Liuium lib. II. cap. XXXIV. §. 11. *Arntz.*

XLVI, 3. *Allienſi die*) Romae grauior clades Pharſalica, quam quondam a Gallis Senonibus ad Alliam flumen accepta. *Emathia* Plinio IV. X. uetus nomen Macedoniae, quae hic laxe complectitur Theſſaliam. *Cellar.*

XLVI, 3. *Cannis Collina*) Seneca de Beneficiis V. cap. XVI. *Ingratus L. Sulla, qui, cum a Praeneſtina arce usque ad Collinam portam per ſanguinem humanum inceſſiſſet, alia edidit in urbe praelia, alias caedes.* Velleium lege Hiſtor. II. *Liv.*

Florus III. XXI. Eutropius V. v. extr. *Cell.*

XLVI, 3. *alienam uirtutem*)

4 te, timeres; uidisti ciuile bellum hostium caede, militum pace, Italiae recuperatione, tua libertate finitum: uidisti, inquam, finitum ciuile bellum, cui decernere posses triumphum.

XLVII.

tem) Florus lib. IV. cap. II. §. 1. *Malus erat imperium Romanorum, quam ut ullis externis uiribus extingui posset. Itaque inuidens Fortuna Principi gentium populo ipsum illum in exitium suum armauit.* Scheff.

XLVI, 4. *hostium caede*) Britannorum scilicet, Gallorum, Celtarumque. Has enim gentes habuit in exercitu suo Maximus, ut refert Nicephorus lib. XIII. cap. XX. Sed et ex parte Theodosii Gothi, Scythaeque et id genus pugnabant. Retulit ergo ingens uictoriae decus citra ciuium sanguinem, ciuile bellum finiens. Id.

XLVI, 4. *tua libertate*) An uitiosa est haec lectio? num sensus subtilior, quam ut ab initio appareat? Certe qui bella ciuilia gerunt, semper incurrunt in multorum odia, quae trepidare eos ac pauere cogunt. At Theodosio nil contigit eiusmodi. Nullos enim occidit ciues, nullum sanguinem Romanum effudit. Itaque quia nihil fecit, cur cuiquam esset inuisus, securus et ab omni metu liber fuit. Hanc eum puto libertatem hic innuere. Scheff.

Valde hic se cruciat Vir Doctissimus, et, quo sensu Theodosius *liber* possit dici, inquirit: at, ut mihi uidetur, alloquitur adhuc Romam Pacatus, eamque ait uidisse bellum ciuile *finitum libertate sua*; quia Maximo Tyranno, qui Italiam occupauerat, uicto, *libera* quasi facta erat. Cuperus.

Epist. ad Heins. CCCCXLI. tom. II. Syllog. Burm. p. 729. Cod. Guelf. *m. pace, ciuium reconciliatione, rec.* Forte: *m. pace, ciuium reconciliatione, Italiae recup.* quod non displicet. Ceterum uide Barth. ad Claud. IV. Cons. Honor. v. 144. Arntz.

XLVI, 4. *triumphum.*) Valerii Maximi e cap. VIII. lib. II. uerba commentarii uicem adscribam: *Verum quamuis quis praeclaras res maximeque utiles Reip. ciuili bello gessisset, Imperator tamen eo nomine appellatus non est, neque aut curru, aut ouans triumphauit, quia ut necessariae istae, ita lugubres semper existimatae uictoriae sunt, utpote non externo, sed domestico partae cruore.* Docteque Lucanus lib. I. v. 10.

Cumque superba foret Babylon spolianda Tropaeis
Assoniis, umbraque erraret Crassus inulta,
Bella geri placuit nullos habitura Triumphos. Liv.

XLVII,

XLVII. Hactenus memet, Imperator auguſte, praeteritas res tuas attrectaſſe fas fuerit. At quum tempus admoneat meminiſſe praeſentium, finem ſermoni facere maluerim, quam ampliſſimi ordinis munus inuadere. Dabitur utcumque ue- 2
nia piae temeritati, ſi uſurpaſſe communia, non occupaſſe uideamur aliena. Licuerit mihi, quae in barbaris gentibus, longinquisque prouinciis pro ſumma re fortiter feliciterque feciſti, et adnuente numine tuo, et ſenatu fauente, dixiſſe.

XLVII, 1. *admoneat*) Cod. M3. *At, cum tempus* ſit admodum, *meminiſſe praeſentium: finem ſermoni facere maluerim, quam* in *ampliſſimi Ordinis munus inuadere. S.*

Codex Guelf. praefert etiam *admodum ſit*, quod corruptum eſſe nemo facile dubitabit, cum recordetur, *admonere* eſſe rem aliquam in memoriam reuocare. Lambin. ad Cicer. lib. I. Fam. Epiſt. I. Ouid. Epiſt. X. Her. v. 42.

Scilicet oblitos admonitura mei. *Arntz.*

XLVII, 2. *utcumque*) Guelf. male *utrimque*. Supra cap. XLV. §. 4. *Vtcumque uirtutis tuae opera.* et pluribus egit Cl. Drak. ad Flauium lib. VII. cap. XIII. §. 7. Eumen. Paneg. Conſtant. cap. XV. §. 6. *Vtcumque cum Ducibus tuis maluit experiri. Id.*

XLVII, 2. *longinquisque*) Guelf. habet corrupte *longis quisque*, quod crederem factum ex ſolenni librariorum more, qui, cum male uocem ſcripſiſſent, ne turpibus liturris talis Codex deformaretur, utramque ſcripturam relinquebant, de qua conſuetudine confer Duker. ad Florum lib. II. cap. XVI. §. 3. et Victorium, in inueſtigandis librariorum erroribus admodum ſagacem, ad Ciceron. lib. III. Fam. Ep. VIII. Ideo puto ita ſcripſiſſe Librarium pro *longisque* i. e. regionibus longius diſſitis, et ab Vrbe remotis: de qua notione confer Broukh. ad Tibull. lib. I. El. IV. v. 18. Ita exponendus Iuſtinus lib. XVIII. cap. I. §. 2. *Tam longa a domo militia.* Silius Ital. lib. VI. v. 628.

Nam remeans longis olim Tirynthius oris.

ubi largiori manu Cl. Drakenb. *Id.*

XLVII, 2. *pro ſumma re*) Paneg. Nazar. c. 29, 6. *Sic uiritim laborauerunt, quaſi ſumma res ſingulorum manu niteretur.* *Loeg.*

3 Ea uero, quae Romae gesta sunt, et geruntur, ingeniis permittenda Romanis sunt; qualem te urbi dies primus inuexerit; quis in curia fueris, quis in rostris; ut pompam praeeuntium ferculorum

XLVII, 3. *gesta sunt, qualem*) Quaedam hic deficiunt, quae in uno C. inuenhi. Ex eo scribe: *Gesta sunt, et geruntur, ingeniis permittenda Romanis sunt, qualem* etc. Quo in ἐφαπαξ cum Deo desino. Tu aue, Lector, et faue. *Liv.*

Haud refugiam ea adhuc recipere in contextum, quae leguntur in Cuspiniani Codice prisco: *Ea uero quae Romae gesta sunt et geruntur, ingeniis permittenda Romanis sunt, qualem te* etc. Interim miror, cunctis MSStis abesse id uerborum frustum; cum liqueat ex sequentibus, omnino desiderari. *Grut.*

Verba: *et g. ing. p. R. s. q. t.* ignorat Guelf. non uideo quo iure. *Ingenium* notat hic homines ingenio praeditos, doctos. Propert. lib. I. El. VII. v. 22.

Tunc ego Romanis praeferar ingeniis.

Cicer. lib. IV. Fam. Epist. VIII. *Is, qui omnia tenet, fauet ingeniis. Fortiter et feliciter* dixit ex consueta formula de Imperatoribus et belli Ducibus, qui egregias de hoste deuicto reportassent uictorias. Plura collegit Cl. Drakenb. ad Liuium lib. XXVIII. cap. IX. §. 7. et lib. II. cap. XLIX. §. 5. *Ire fortes, ire felices iubent. Arntz.*

XLVII, 3. *inuexerit*) De Triumpho loquitur, quem habuit Theodosius. Nicephorus lib. XII. cap. XXI. *Theodosius bello feliciter confecto, cum Imperatore Iuniore uictor ingressus urbem, clarissimum laetus egit Triumphum. Scheff.*

XLVII, 3. *ferculorum*) Scilicet hoc erat Triumphi ornamentum; cum praeferrentur insignia captarum regionum, quae in tabulis erant. Florus lib. IV. cap. II. §. 80. Tibull. lib. II. El. V. v. 120.

Ante suos currus oppida uicta feret.

Albinou. Eleg. I. v. 464.

Cunctaque per titulos oppida lecta suos.

Clarius exponet Plinius Pan. cap. XVII. §. 2. *Videor intueri immanibus ausis barbarorum onusta fercula.* ubi Notae. et Barth. ad Claud. lib. III. de Laud. Stilic. v. 23. Prudent. adu. Symmach. lib. II. v. 580.

Mille triumphorum memorare ex ordine pompas,
Ductaque per mediam spoliorum fercula Romam.

Addi possent quae adnotantur ad Gratium. Cyneg. v. 489.

rum curru modo, modo pedibus ſubſecutus, alterno clarus inceſſu, nunc de bellis, nunc de ſuperbia triumpharis; ut te omnibus principem, ſingulis exhibueris ſenatorem; ut crebro, ciuilique progreſſu non publica tantum opera luſtraueris, ſed priuatas quoque aedes diuinis ueſtigiis conſecraris, remota cuſtodia militari, tutior publici amoris excubiis. Horum haec linguis, horum, in- 4
quam, uoce laudentur, qui de communibus gaudiis et dignius utique, quae maxima, et iuſtius poterunt praedicare, quae propria ſunt. O mea, 5
felix peregrinatio! o bene ſuſcepti, et exhauſti labores! quibus ego interſum bonis! quibus pa-
ſor gaudiis! quae reuerſus urbibus Galliarum diſpenſabo miracula! quantis ſtupentium populis,

489. Dicit *in roſtris*, quamuis uſitatius ſit ſcribere *pro roſtris*. Tamen ita Albinou. Eleg. ad Liv. v. 269.

Stabis et in roſtris tituli ſpecioſus honore.

Inceſſu uero recte adhibet, cum dicatur de tali pompa, ſi aliquis quaſi cum dignitate et honore progrediatur. Vide Barth. ad Claud. Conſ. Manl. v. 333. Ampl. Cuper. ad Lactant. de Mort. Perſec. cap. XVII. eum Sauar. ad Sidon. lib. V. Epiſt. XVII. Martial. lib. XII. Epigr. XXXVIII. et Pricaeo ad Apul. lib. IX. Met. p. 525. Adde notata ad Plin. Pan. cap. LXXXVII. §. 9. *Arntz.*

XLVII, 3. *ſingulis*) Aberrat Guelf. ſcribens: *in ſingulis exh. ſenatum.* *Id.*

XLVII, 3. *tutior — excubiis.*) Reſpicit ad amorem ciuium, qui non ſimulato amore Principis ducti in ipſius obſequia quaſi coniurarent. Claudian. IV. Conſ. Hon. v. 241.

Non ſic excubiae, nec circumſtantia pilo,
Quam tutatur amor.

ubi Barth. *Id.*

XLVII, 5. *diſpenſabo*) Miracula, quae lactus acceperam, narrando aliis, quaſi diuellam. Ea enim eſt huius uerbi notio, ut indicetur aliquid in uarias partes diſpergere et ita in omnium notitiam perferre, ut *diſpenſare uires* eſt uires diſtrahere in uarias partes, et ita tenuiores efficere. Iuſtin. lib. VII. cap. VI. §. 4. ubi plura adferunt Viri Docti et Cl. Drakenb. ad Silium lib. IX. v. 244.

et

quam multo circumdabor auditore! quum dixero: Romam uidi, Theodosium uidi, et utrumque simul: uidi; uidi illum principis patrem; uidi illum principis uindicem; uidi illum principis restitutorem.

6 Ad me longinquae conuenient ciuitates; a me gestarum ordinem rerum stilus omnis accipiet; a me argumentum poetica, a me fidem sumet historia. Compensabo tibi istam, Imperator, iniuriam, si, quando de te ipse nihil dixerim, quod legendum sit, instruam, qui legantur.

et Gronov. ad Liuium lib. XXVII. cap. LI. §. 10. *Id.*

XLVII, 5. *Theodosium*) Guelf. uerba *Theodosium u. et. u. s. u.* negligenter praeterit, aperto errore. *Id.*

XLVII, 5. *principis patrem*) i. e. Honorii, quem Pacatus praesentem intuebatur. *Baun.*

XLVII, 5. *principis uindicem*) Gratiani, Maximo caeso. *Id.*

XLVII, 5. *principis restituto rem*) Valentiniani iunioris. *Id.*

XLVII, 5. *restitutorem.*) Guelf. *institutorem.* Seruat tamen bene receptum Barthius ad Claudian. IV. Conf. Honor. v. 31. Nec damnanda ea scriptura. Eumen. Grat. Act. cap. I. et cap. IV. et Barth. ad Statium lib. III. Theb. v. 79. Forte ante oculos habuit uulgatum illud Ennii lib. XII. Annal. p. m. 98.

Vnus homo nobis cunctando restituit rem.

ubi conferatur Columna. Illud decus in nummis additur titulis Imperatorum. Ex multis uide Biragium Num. p. 286. et ibi passim: de qua re confer Ill. Spanhem. de Num. Differt. XIII. p. 624. Ita *restitutor orbis terrarum* in Lapidibus Gudianis p. 96. 8. Sic iupplendus uidetur defectus in lapide, cum prior littera deesset. *Arntz.*

XLVII, 6. *instruam*) Inferendum omnio: *instruam dicturos, quae legantur. Acid.*

In antiquioribus Editis reperitur, *quae legantur.* Sic certe Edit. 1476. Rhen. et aliae. Sed parum refert. *Quae* quoque praetulit Pric. ad Apulei. lib. VIII. p. 394. Nec ad credendum impellimur, cum Guelf. scribat *ipso*, non ferens hanc uocalem casu differre a *te*, qua de constructione diximus supra cap. XLI. §. 3. *Arntz.*

XLVII, 6. *quod legendum sit, instruam qui* etc.) Cum nihil dixerim, quod uenturum sit ad posteros, ab his legendum: alios ego, quorum scripta aetatem latura sunt, docebo, quae scripturi sint. *Baun.*

CASP.

CASP. BARTHII NOTAE IN PACATVM.

EX EIVS ADVERSAR. LIB. XVIII. CAP. XIII. ET XXIV. CAP. II. ET XXV. CAP. XIII.

CAP. I. §. 2. *Vltra quam alias*) Vides, Lector, quam haec deceant Atticum et condaeum Oratorem. At quam bardum Gloſſema intrudunt: *N. c. t. f. m. o. r. p. l. o. n. p. u. q. a. praedicatus es.* Quod ſane Monachico ſuo ſchemate deinceps non mentietur Pacatus. Et phraſis ipſa *praedicatus es*, quam clauſtrum ſapit!

CAP. I. §. 3. *Quo in te praeditus*) Quam languidum, imo quam elumbe eſt illud, *quo in te praeditus eſt*, vigore Pacati indignum. Deinde ad τὸ *ſatisfieri* relatum, quam nullius operae? Me ſponſore itetur, qui mecum leget: *pro amore quo in te praeditus eſt, ſatisfieri.* Ita et, quo referatur, utrumque habebit, et vigor Attico Oratori ſuus non claudicabit. Eſtque ad ſatisfactionem ditibus creditoribus difficilem alluſio.

CAP. I. §. 3. *Quam de eorum fonte manantem*) Melius legas: *his oſtentare facundiam; quam de horum* etc. et ita reliquiſſe Pacatum autumo, niſi malis omnino: *quorum de fonte manantem.* Et magis eſt, ut iſtam ſequamur lectionem. Librario non accuratiſſimo facillime potuit ſyllaba-

rum impoſuit. Vulgata lectio, cum penitius inſpicias, nec ſatis Latina apparebit. Locus iſte mutilus a Doctis merito iudicatus; nobis admodum pueris uidetur non minus dextre ſupplenus, quam cuilibet eorum. Abſit uerbo Nemeſis.

CAP. I. in fin. *Habeoque timere quod uideo, quod timeam*) Ceteri inſerunt noces. At Liuineius et Acidalius τὸ *uideo* repetendum acute uiderunt; modo probaſſent, ſatisfacere Pacato. Qui cum non minus, immo magis praeſentes eloquentiſſimos Viros et Romani Senatus Principes uideat, quos alloquitur, quam illos, quos imaginario metu usque a Catonum caſcis aetatibus accerſit, cadit omnis coniecturae honos. Omnino enim opus eſt uerbo, quod ad praeſentes non poſſit deflecti, alioqui ſtupide ſit argutator. Ego arbitror in ſequentibus tale duobus uoculis *quid ergo* latitare, olimque ſcriptum *qiid ergo*; qua ſcriptura ſignatur, *quaero* ab his duobus deducendum uerbum complexum ſinu teneri. Legam igitur: *quaſi parum habeam timere quod uideo, quod timeam quaero. Quid ergo* etc. Hoc genus ſcripturae ueteris cum in PP. Florentinis multoties occurrat, ſaepe etiamnum fallentes naeuos Scriptoribus intulit. Hoc ſane loci aptius adhuc extuſum nihil eſt. Nec moramur diphthongum in altero illo, quod in duobus uerbum quaeſiuimus; cum in paullo ueterioribus Codd. uix ulla usquam appareat.

CAP. II. §. 1. *Sociale miſcetur elementum*) Eſt terrarum uſui adiungere pelagus, nauigando uidelicet. niſi quid remotius iſthic latet. Fuit, cum aetherem deficientem Oecumenen excipientem intelligendum ſuſpicatus ſum, et ſcriben-

bendum: *Iouiale*. *Iouis* enim appellatione semipoetico filo huius Pacati aether intelligitur. Tamen nihil mutandi auctor sim.

CAP. III. §. 4. *Replicare causſas*) Contrario dicto opus erat. Itaque Liuineius ex Editis et scriptis *parcam* τῷ *placet* substituit. Tamen alii Codd. uulgatae adsentiuntur, ut aliud sine dubio lateat. Suspicabor, olim abbreuiaturam locum mendo feciſſe, et scriptum fuiſſe primitus: *Sed piaculare replicare cauſſas*. Quod ita conceptum fuerit a librariis: *ſed pclare*, unde quam facile illud fecerit asinus aliquis?

CAP. III. §. 4. *Placatum uulgus*) Mox de Medicis loquetur multis. Vlla uero *uulgi* hic mentio nihil habet, quod agat. Quare ego reducendum arbitror, quod Doctis placuit, *uulnus*, uel quoniam hoc infra nominatur *ulcus*. Quod uero acutus alioquin Liuineius Latinum non esſe *ulcus placare* inferat, hominis bene meriti de Republ. gratia transibimus, contenti monuiſſe, Poeticoteron horum Auctorum dicendi genus, saepe apud Vates lectum meminiſſe: *iras uulneris*, *implacatum dolorem*, *saeuiens ulcus* seu *uulnus*, et mille talia, quae optimam Liuineii mentem non subibant. *Vulgus* sane inepte dicitur *offendere*, qui in Senatu perorat. Quod cogitare debebant isti.

Ibid. §. 5. *Per ſententias iſſe*) Huic loco legitimus fuit medicus idem Liuineius. Duo MSS. habuerunt *perſentiaſſe*, ut eidem proditum, qui emaculat: *per ſenſentias iſſe*. Acute uereque. Ego eamdem scripturam ante eius Notas apud Vbios in libro chartae inscripto uideram, et legebam:

liceret ista arbitrium refingere, facerem: *Saepe oblique te laborem tibi iniunxisse.* Quod eleganter oppido dictum foret. Et mox: *torpore ueternum.* Licet de hoc nolim pertendere. Mentem enim Imperatoris, ut coelestem et diuinam, sorti eximit, corpus posse contrahere desidia ueternum autumans. Sed hae merae coniecturae sunt.

Ibid. §. 7. *Iniuria opus*) Coactam, ne dicam futilem, explanationem haec uerba habent, quocunque modo ea uertas. Scribendum utique: *Ne incuria opus reuerteretur ad dominos.* Ne in suum ipsis sinum rediret incuria, hoc est, ne neglecto opere Domini egere cogerentur, quibus famuli, qui uicariam operam praestarent, non essent.

CAP. XV. §. 1. *Sequaces discipuli*) Ita Codices scripti. Sed uocem *sequaces* ego exstirpandam arbitror, quam intrusit inferioris aeui quidam, *discipulos* illos Imperatoris ad captum seculi sui, et ne quis Scholam somniaret uidelicet, interpretari satagens. Dicuntur autem aeuo iam inclinato *sequaces* absolute sectatores alicuius, aut discipuli. Sidonius lib. VII. Epist. XVII. *Cuius disciplinae si qui rebelles, castiga, si qui sequaces, ipse collauda.* Fulgentius lib. 1. Mytholog. *His te, Fulgenti, tutricibus spoponderam largitum, quarum sequax si fueris, celeriter raptum ex mortali coelestem efficient.* Cassiodorus Orthographia: *Sed labor nobis antiquorum omnino seruandus est, ne nos auctores earum rerum mentiamur, quarum sequaces esse cognoscimur.* Hanc uocem restituendam puto Iustiniani Imperatoris rescripto L. unic. C. de Rapt. Virgin. *Sin autem in ingenuam personam tale facinus perpetretur, etiam omnes res mobiles, seu etiam immobiles et se mouentes tam raptorum quam eorum sodalium, comitum uel sequentium, qui in iis auxilium praebuerint,*

erint, ad dominium raptarum mulierum liberarum transferantur sententia iudicum. Scribendum suspicor: *uel sequacium.* Quod sane inhonestius est uocabulum, et rei conuenientius, ut de stilo temporum non memorem.

CAP. XVIII. §. 4. *Verba re sancias*) *Verba re sancire* eleganter dicitur, qui facto dicta confirmat. Silius lib. III.

Verba ocyus acer
Intorto sancit iaculo.

lib. XV.

Dicta horrida ferro
Sancit.

CAP. XX. §. 3. *Vt grauiorem semper putauerint*) Alterum *semper* non sine Gratiis eiicit Liuineius. At nobis tamen posterius in syllabis sequentis uerbi uidetur ingenuitatem suam perdidisse. Scribo: *ut grauiorem sempiterna putauerint seruitute contemtum.* Romanae historiae testes, eum Populum saepe cum periculo perpetuae seruitutis contemtum uindicasse.

CAP. XXI. §. 2. *Vota hominum tuorum*) Male Liuineius in *omnium* commutat. Ambitio enim scriptoris quasi unum generis humani Monarcham agnoscit Theodosium.

Ibid. §. 4. *Ociosa uiatoris manus*) Scribendum arbitror *negociosa*, quasi ea in re legitime occupatam dicat.

CAP. XXXVII. §. 2. *Speculo frontium*) In hanc iam scripturam consenserunt Docti. Quam tamen nec Libri, nec ratio admittunt. Libri duo Liuineio collati alter *sentium*, alter *fortium* habet. Scheda huius Panegyrici chartacea Coloniae olim apud Michaëlem Mascerelium, hospitem meum, inuenta, diserte *fontium* agnoscit. Ratio uero in uniuersum omnis uetat, ut a uultu ad frontem, siue

ab

ab hac ad illum, a parte ad totum, tamquam ab re externa similitudo ducatur. Deinde quis me feret ita loquentem? *Affectus tuos proditor mentis uultus enunciat, non secus ac in frontium speculo imago animorum est.* Vultus ipse fit speculum animorum; cur frons nouum genus faciat proditionis? Quod si distinctione rei uelis succurrere, quae citra rationem blanditur, *τὸ ita* necesse habebis delere, alioqui cum praecedenti sententia nulla erit copula; nugae maximae, ut uidebis eo melius, quo penitius contueberis. At mihi dubium non est, Poëticam allusionem hic subesse et fraudi Pacato fuisse; qui, ut in fontibus imagines inspectantium redduntur, ita animos hominum uel affectus in uultibus uideri posse elegantissime scripsit. Omni turbae occasionem dedit *animorum*, quod in ueteri scriptura *annicsorum* fuit. Vnde natum *frontes* mox, inuita ratione, proptor uultus uicinitatem attraxit. Leges itaque melius deinceps: *Sed ita intimos mentis affectus proditor uultus enuntiat, ut in speculo fontium imago exstat annixorum.* Qui rectus stabit ad fontem, imaginem non satis bene suam uidebit, qui adnitetur, in speculo uelut depictam uidebit. Speculum sane primigenium aquae apud pastores Theocriticos et Maronianos, quos, longo licet interuallo, sequitur tamen Calpurnii nostri auena, Eclog. II.

Fontibus in liquidis quoties me conspicor ipse,
Admiror toties etc.

Hieronymus lib. II. in Iouinianum cap. VII. *His igitur rationibus inuitati Philosophorum multi relinquerunt frequentias urbium, et hortulos suburbanos, ubi ager irriguus, et arborum comae, et susurrus auium, et fontis speculum et riuus immurmurans* etc.

THO-

THOMAE WOPKENSII
IN LATINI
PACATI DREPANII
PANEGYRICVM
THEODOSIO AVGVSTO ANIMADVERSIONES CRITICAE.

CAP. III. *De te igitur mihi ſermonis huius auſpicium erit, ille felicitatis publicae auſpex dies, qui* etc.) *Sermonis auſpicium erit ille dies* dicitur, ut Tacitus Hiſtor. I. I. initium *mihi operis Serg. Galba iterum, T. Vinius* conſules *erunt.* Et Iuſtinus XLIV. 1. Hiſpania — — *huius operis* finis *futura eſt.* Sed quia in hac ſcriptura incomptius uacare uidetur illud *de te*, omnino eorum acceſſerim ſententiae, qui ex codice uetere legunt, *Det igitur mihi ſermonis huius auſpicium ille — — dies.* Simile mendum animaduertit Acidalius in his Eumenii Conſtantio Caeſ. c. II. De te *igitur mihi, Caeſar inuicte, hodiernae gratulationis exordium diuinus ille ueſtrae maieſtatis ortus, ipſo quo* etc. reſcribitque ueriſſime, *Det igitur mihi* etc.

Ibid. *In integro itaque rem totam eſſe faciamus, et — — quaeri putemus, quisnam ſit* etc.) *Putemus*, pro ſupponamus. Lactantius VI. 15. *Sed* putemus, *ut ipſi uolunt, eſſe diuerſa: nempe igitur cupiditatem* etc. de Opif. Dei c. IV. *Sed* putemus *fieri poſſe, quemadmodum uolunt, ut homo* etc. Saluianus Gub. VIII. p. 269. Putemus *ergo, occiſos illic non eſſe ſanctos: ſed quid faciemus.* etc.

CAP. IV. *Dum Hiſpaniae uni quicquid ubique laudatur, adſurgat*) i. e. Hiſpaniam teneretur, ſeue minorem illa fateatur. Virgilius Eclog. VI. 66.

Vtque

Vtque uiro Phoebi chorus adſurrexerit *omnis:*

Sidonius IV. ep. 22. *quia et ego Plinio ut diſcipulus* adſurgo, *et tu uetuſto genere narrandi iure Cornelium anteuenis.* ad quem locum conſule Eruditiſſimum Sauaronem. *Quicquid ubique laudatur,* idem fere, quod, quicquid alicubi laudatur. Eumen. pro Reſt. Scholis c. XX. *Siquidem — — locorum ſitus, ſpatia, interualla deſcripta ſunt;* quicquid ubique *fluminum oritur et conditur,* etc. Tacitus M. Germ. c. XXXIV. *ſiue adiit Hercules, ſeu* quicquid ubique *magnificum eſt, in claritatem eius referre ſolemus.* Hegeſipp. III. 24. Quicquid ubique *eſt, ius noſtrum eſt.* Ouid. A. Am. I. 267.

Quicquid ubique *uirûm, dociles aduertite mentes.*

Sic enim cum Heinſio legerim, pro uulgato *quisquis ubique uiri;* quod exemplis minus idoneis defendere conatur Burmannus. Horatius I. Sat. 2. 59.

an tibi abunde
Perſonam ſatis eſt, non illud quicquid ubiquè
Officit, euitare?

Paulinus Nolan. Poëm. XXXII. 271.

quia quicquid ubique *eſt,*
Omne creatoris clauditur in gremio.

Addatur noſter infra c. XXVII. *quam adfert cauſſam concupiſcendi,* qui quantum ubique *eſt habet?* Plinius Paneg. c. X. *Nam* qui ubique *ſunt homines, hoc idem uotis expetebant.* Salluſt. Catil. cap. XXI. *uti proponeret — — quid ubique opis aut ſpei haberent.* ubi hoc *ubique* pro *et ubi* ſumere cum Cortio, non opus eſt, ut pluribus exemplis oſtendamus.

Ibid.

Ibid. *Fidem conſtare neſcimus auditis: deum dedit Hiſpania, quem videmus*) Grutero aeque bonum, ſi non melius uidebatur, *fidem praeſtare neſcimus auditis.* At nihil eiusmodi, ſine librorum uenia, tentandum: neque ignorauerit uir laudatus probitatem dictionis alterius. Tacitus Hiſt. II. 96. *unius legionis eam ſeditionem, ceteris exercitibus* conſtare fidem. Columella III. 6. *Sed ubi, plurimis uelut emeritis annorum ſtipendiis*, fides *ſurculo* conſtitit, *nihil dubitandum eſt de fecunditate.* Valer. Maximus VI, 7. 3. *Nec recuſauit ſe ipſam proſcribere, ut ei* fides *ſua in coniuge proſcripto* conſtaret. Arnobius a. G. lib. V. p. 163. *cui dicto ſi* conſtat fides, *mater quoque dicenda eſt* etc. Alcim. Auitus lib. II. 73.

Nulli certa fides conſtat *uel gratia formae.*

CAP. V. *An ſi eius ſeculo mos ille vixiſſet, quo Rom. duces - - adoptiuum inſigne ſumebant*, etc.) Vſitatius eſſe notat Acidalius *uiguiſſet*, quamuis non damnet *uixiſſet.* Et ſic ſane *uiuere* pro manere, ſuperſtites eſſe, ualere, res inanimatae aliquando dicuntur. Infra c. XLIV. *haec ebore reddantur, haec marmore, haec in coloribus* uiuant. Cicero in Vatin. c. IX. *qui ſanctiſſimas leges, quae in Gracchorum ferocitate - - et in cruore Cinnano, etiam inter arma* uixerunt, *ſolus conculcaris, ac pro nihilo putaris.* ad Attic. X. ep. I. *Eius igitur mihi* uixit *auctoritas.* Et interuallo ſatis exiguo praeceſſerat uerbum *uigere*, in his: *in quo uirtutes ſimul omnes* uigerent, *quae in ſingulis praedicantur.* ut uerbum idem hic iteratum fuiſſe, uix ueroſimile ſit.

CAP. VI. *Scire obuium eſt, qua praeditus fuerit uirtute, qui te docuit, qua fuerit felicitate praeditus, qui te genuit. O digna imperatore nobilitas, eius eſſe filium principem, qui*

princeps esse debuerit, qui hunc Romani fastigii apicem — — fortitudine atque sapientia — — potuerit aequare!) Acidal. coniicit, legendum *eius esse filii patrem, qui princeps* etc. Sed cum in eo potius esse Pacatus uideatur, ut filium ab excellentia patris, quam ut hunc ab excellentia filii commendet, cum Rhenano mallem, *eius esse filium principis* (scil. eum), *qui princeps* etc. Quia uero in edd. uetustioribus exstat, *O digna, Imp. nobilitas, eius esses filium principem esse debuerit, qui hunc Romani* etc! inde ad Dictyn Cret. IV. 15. suspicabar emendandum, *O digna, Imperator, nobilitas, cuius esse filius princeps debuerit, qui hunc Romani* etc.! i. e. O uir nobilitate sua dignus, cuius tu filius esses, qui hunc Romani etc.! Satis autem usitata est illa constructio uocis *dignus*, ut loco dicto uidimus. Cicero de Consolatione: *O rem* dignam, *in qua non modo homines — — erubescere* oporteat: i. e. erubescant. Augustin. C. Dei lib. VI. 1. *ut* indignissimi *uiderentur, quibus danda atque seruanda* deberent *uel ista committi*: i. e. committerentur. lib. XIX. 22. *unde* dignus *probatur, cui* deberent *obtemperare Romani.* Idem Epist. LXXXVII. extremo: *non fuit dignus, qui corriperet, sed* dignus *plane, qui etiam ipse corripi* deberet.

CAP. VII. *Dudum, ut uideo, dedignaris hanc gloriam, sed patere eam in laudum tuarum parte constitui, quae solebant in aliis sola laudari*) Pro *eam*, quod hic non conuenit ob sequens plurale *solebant*, haud male rescribas *ea*, uel *a me*, uel *ea a me*: sed forsitan legendum, *sed patere tamen in laudum* etc. Confer ista c. XXIV. *Nam cum reuolui id lustrale iustitium aures tuae, respuant, necesse erit me — — aut ingratum uirtuti aut oneroſum esse pietati.* Sed tamen, *Imperator, exiguam sensibus tuis iniunge* patientiam. *Nam* etc.

Ibid.

Ibid. *Virtus tua meruit imperium, ſed uirtuti addidit forma ſuffragium. Illa praeſtitit, ut oporteret te principem fieri, haec ut deceret*) Verba iſta *oportet* et *decet* ſic ſaepius, quamuis non ſemper pari modo, diſtinguuntur. Hegeſipp. III. 16. *Nunc demum cupis, Ioſephe, uiuere, quando non* oportet, *immo nec licet, immo quod maius eſt, non* decet. vide Ciceron. in Orat. c. XXII.

CAP. IX. *Enimuero illa* (fortuna) *futurum principem comens, idcirco paullisper uoluit eſſe priuatum, ut — — uſus ciuilis experiens ſub otii tempore reddereris.* Singularis uſus uerbi *comere*, pro inſtruere artibus uirtutibusue idoneis, haud immerito offendiſſe Barthium et Acidalium uidetur; quorum ille Aduerſ. XXIV. 2. reſtituendum *conans*, hic uero *commentans* arbitrabatur; quae tamen aeque ferme inſolentia ſunt. Quid ſi potius ſcribamus *conſummans* uel *complens*? Sed leniore medicina adhibita, repoſuerim, *futurum principem condens*, i. e. ſuum Theodoſii ad imperatoriam dignitatem euehendi conſilium tegens. Vnde modo dictum fuerat, *Quam tecta ſunt ſemper conſilia fortunae!*

Ibid. *Vt tu uitae oblitus urbanae exſequebaris agricolam!*) i. e. munus opusque agricolae. Sidonius VII. ep. 15. *licet rure poſiti ſtrenuos* impleatis *agricolas*. ibique Sauaro. Et nos id genus plura ad Iuſtin. XXVII. 2. ac Sedulium I. 338.

Ibid. *Te — — ne contraheres corporis ueternum, cuiuscemodi ſemper opere inſidiantis otii terſiſſe rubiginem*) Vox *corporis* nimis hic otioſa eſt, neque ad *corporis* magis quam ad *animi* languorem reſpicitur; ſic ut eodem fere ſenſu, quo hic *ueternum contrahi*, mox dicitur *uirtus quiete langueſcere*.

Ita quoque Plautus apud Seruium ad Virg. G. I. 124. *Opus facere nimio quam dormire mauolo.* Veternum *metuo.* Non dubito igitur, quin cum Schwarzii codice legendum ſit, *ne contraheres torporis ueternum*, i. e. torporem tanquam ueternum aut ueternoſum torporem. Sic Virgil. l. d.

Nec torpere *graui paſſus ſua regna* ueterno.

Fulgentius Mythol. III. 4. *omnis enim caloratus iuuentutis igniculus* torpidae ueternoſitatis *algeſcit in ſenio.*

CAP. XI. *Expoſtulari hoc loco tecum reip. uerbis neceſſe eſt, quae — — tali aliqua te — — uoce conuenit*) Solet ita uerbum *conuenire*, pro compellare, adhiberi, ubi expoſtulationis aut commonitionis mentio fit. Quinctilian. Declam. V. 2. *hunc ante omnia — — ſecreti doloris indignatione* conuenio. Vopiſcus in Aureliano c. XLI. *uel deos ipſos iure* conuenio, *qui talem principem interire paſſi ſunt.* uide et in Tacito c. VI. Hegeſipp. III. 18. *alium ducis reuocabat auctoritate, — — alium ſeuero obtutu* conueniebat. lib. V. 12. *Simon ſuos urgebat terrore et formidine: Romanos Titus pudore ſui quam maxime* conueniebat. Sic c. 15. et 16. M. Felix Oct. XXX. *Illum iam uelim* conuenire, *qui initiari nos dicit aut credit de caede infantis et ſanguine.* Aur. Victor. Epit. c. XLII. 21. *adeo ut unus ex iis diceretur locupletium quemque ita conuenire: quae habes* etc. ?

Ibid. *Orat ecce te dominus adhuc tuus, et qui poſſet cogere, mauult impetrare.* Quoniam *impetrare* tam ea dicimur, quae cogendo, quam quae rogando acquirimus, non ſolet ita hoc a uerbo *cogere* diſtingui. Acidalius putat legendum *mauult imperare*, quod tamen a praecedenti *cogere* non ſatis diſtat, nec cum *orandi* uerbo conſiſtere poſſe uidetur.

Niſi

Nisi *impetrare* pro orando impetrare hic dictum uelimus; coniici inter alia posset, *mauult uoluntate impetrare*. ut Terent. Adelph III. 5, 45. *fidem nunc uestram implorat — — quod uos ius cogit, id* uoluntate *ut* impetret.

CAP. XII. *Solus igitur, Auguste, solus inquam omnium, qui adhuc imperauerunt, ut princeps esses praestitisti*) Merito Gruterus reiicit coniecturam istam Acidalii, *ut princeps esses restitisti*. Alios emta legionum suffragia, alios uacans aulae, alios affinitas regia imposuerant reip.: solus autem Theodosius *ut princeps esset praestiterat*, i. e. per se suasque uirtutes principatum comparauerat. Minus obscure legeretur, *uirtute ut princeps esses praestitisti* (ut c. VII. Virtus *tua — — praestitit, ut oporteret te principem fieri*) uel *ut princeps esse deberes praestitisti*. Vt c. X. *cum omnia faceres, ut imperare* deberes.

Ibid. *Audite hoc publici parricidae, qui, oblita fide, dominorum sceptra cepistis*) Pro *fide* Liuineius ex MSS. *caede*, ac de coniectura *obliti* pro *oblita* legebat; atque ita plane MStus Schwarzii *obliti caede*; quod ob efficaciam suam hic aptius esse reor, ac facilius deprauari quam alterum potuit ab his, quibus minus notus iste usus uocis *oblitus* pro polluto. Cicero Philipp. XII. c. 12. *Brutus — — equitatum ad se abduxit Dolabellae, atque eum nondum tanto* parricidio oblitum, *hostem sua sententia iudicauit*. Prudentius Hamartig. Praefat. extremo:

Cain triumphat, morte *fratris* oblitus.

et Peristeph. II. 465.

Discede, adulter Iuppiter,
Stupro *ororis* oblite.

(add. Ouid. Met. 4, 97.)

CAP. XIII. *Impendia palatina minuendo nec ſolum abundantem reiiciendo ſumtum, ſed uix neceſſarium uſurpando dimenſum*) Licet Gudio ad Phaed. IV. fab. 4. aliter uiſum fuerit, tamen cum Gronouio Obſeru. II. 22. incunctanter lego, *abundantem recidendo ſumtum.* Plinius Paneg. c. LI. *magis* recidere *aliquid et amputare ex his, quae princeps tanquam neceſſaria reliquit,* ubi in aliis quoque male habetur *reiicere.* Eumenius Gr. Act. Conſtantino Aug. c. XI. *plusque in eo conſecutus es, quod roboraſti, quam* recidiſti *in eo, quod remiſiſti.*

CAP. XV. *Quod his te uiris ſemper dediſti, quos affectare publica deberet imitatio*) Hoc eſt, quos quisque ſibi libenter proponere deberet imitandos. Paulinus de V. Martini II. 108.

Obſtaginta illuc iuſta admiratio fratres
Traxerat, ad tantae ſpeculum uirtutis, ut inde
Sumeret inſpectos felix imitatio *mores.*

Infra c. XLV. *cum te — — agmen hoſtium triumphalibus ueſtigiis conterentem pictorum atque fictorum aſſequetur* imitatio. Incert. Paneg. Conſtantino Aug. c. I. *et ſiquid forte commode dicimus, ex illo fonte et capite facundiae* imitatio *noſtra deriuat.*

Ibid. *Qui quam faciles tibi fuiſſent ſequacesque diſcipuli, tam ceteris expetendi eſſent magiſtri*) Fruſtra Barthius tanquam gloſſam delebat *ſequacesque,* ut etiam notauit Burmannus ad Val. Flacc. I. 344. Vt hic *faciles ſequacesque* dixit Pacatus, ita Plinius Paneg. c. XLV. Flexibiles *quamcunque in partem ducimur a principe, atque ut ita dicam,* ſequaces *ſumus.*

CAP.

CAP. XVI. *A te noua benignitate is amicis bonos habitus eſt, qui totus eſſet illorum, quibus deferebatur, nihilque ex eo ad te redundaret, niſi dandi uoluptas)* Minus bene iſta *nihilque — — redundaret*, cohaerent praecedentibus, ductusque orationis requireret, *exque quo nihil ad te redundaret.* Quamobrem mallem leuiſſima mutatione legere, *nihilque ex eo ad te redundauit, n. d. v.* Sic cap. XV. melius editur, *his te uiris ſemper dediſti, quos affectare publica deberet imitatio, qui quam faciles tibi fuiſſent ſequacesque diſcipuli, tam ceteris expetendi eſſent magiſtri:* quam quod in nonnullis exſtat, *quamque faciles tibi fuiſſent* etc. Infitiari interim nolumus, non deeſſe conſtructionis ita poſt pron. relatiuum impeditae exempla, quippe quae ipſi notauimus complura ad Velleium II. 6. Iuſtinum II. 6. ac Sedulium IV. 6.

CAP. XVII. *In amici morte ſe uadem obtulit*) Auſcultandum fuit Acidalio, emendanti *in amici mortem*: infinitisque locis ita, nimis facile adnuentibus criticis, in conſtructione praepoſitionis *in* peccatum a librariis.

CAP. XVIII. *Quis debitor uerecundus ita mutuum ad diem reddit, ut tu quod promittis appendis) Appendere* pro ſoluere uel dare. Vetus Int. II. Paralipom. c. XXVI. 8. Appendebantque *Ammonitae munera Oziae, et diuulgatum eſt nomen eius*, etc. Eſter c. III. 9. *Si tibi placet, ut pereat, et decem millia talentorum* appendam *arcariis gazae tuae.*

CAP. XX. *Denique ipſum Tarquinium exſecratione poſtrema hoc damnauerunt maledicto*, etc.) *Exſecratione poſtrema*, ut *ultimis exſecrationibus* dixit Iuſtin. XXIV. 2. *ſumtis in manus altaribus — — inauditis* ultimisque exſecrationibus *adiurat*,

iurat, se sincera fide matrimonium sororis petere. Vbi uide.

Ibid. *Quod — — si seculum tuum cerneret studiis uirtutis, parcimoniae, humanitatis imbutum ac refertum*, etc.) Acidalius emaculandum existimat *studiis uerecundiae, parcimoniae*, etc. Quo melius haec opponantur antecedentibus, *hominem* libidine *praecipitem*, auaritia *caecum*, *immanem* crudelitate. Sed in eiusmodi oppositione non adeo diligens fuit noster, uti etiam ostendunt quae sequuntur *nullum — — superbiae*, libidinis, crudelitatis *exstare uestigium*. *Virtus* autem recte accipitur hic pro sapientia animique fortitudine in sectandis factis honestis ac laudabilibus, repudiandisque flagitiosis: quemadmodum c. VI. *uirtus* dicitur, quae prius *fortitudo atque sapientia* appellata fuerat. Confer notanda ad c. XXIV.

Ibid. *Priscorum duritia ducum, castitate pontificum, consulum moderatione, petitorum comitate uiuentem*) Eruditiss. Baunius cum tentasset cum Balduino *praetorum comitate*, deinceps tamen addit, forsitan etiam *petitores* sumi pro candidatis. De hac uero re dubitare nos uetant exempla satis multa. Sic enim Cicero ad Attic. I. ep. I. Petitorum *haec est adhuc informata cogitatio*. Horatius III. Od. I.

hic generosior
Descendat in campum petitor.

Sic *petere* pro magistratum petere, apud Sallustium, Liuium aliosque obuium.

Ibid. *Quum — — libertatem probaret meliore in statu, imperatore te, esse, quam consule se, fuisset*) Exemplo illi Sulpiciae, quo *probare* pro inuenire, animaduertere, uidere, sumi

ſumi oſtendit Acidalius, plura eiusmodi accumulari poſſunt, qualia attulimus ad Iuſtin. IX. 7. et Tacit. Annal. I. 58.

CAP. XXI. *Quae in medio conſtituta, et ad publicos uſus facientia, non partim ſed in commune conducunt, nec parietibus ſed orbe clauduntur, nec tecto ſed caelo operiuntur*) Merito probat Schwarzius, quod in ſuo MS. exhibetur, *ad publicos uſus patentia*. Addo, ſic etiam dare codicem Puteani, ſatisque uſitatam illam eſſe uerbi *patere* cum praep. *ad* ſyntaxin. Nazarius Pan. c. XVI. *Adeſſe tibi — — illam maieſtatem — — coniectura mentium tenebamus; etſi non* ad *fidem* patebat *oculorum*. Tacitus M. Germ. c. XXII. *tanquam nullo magis tempore aut* ad *ſimplices cogitationes* pateat *animus, aut ad magnas incaleſcat*. Lucanus X. 422.

Et diſtricta epulis ad *cunctas aula* patebat
Inſidias.

Alcimus Auitus lib. II. 101.

Dum prima ſalus, experta nec ullos
Simplicitas ignara dolos ad *tela* patebat.

Vetus Int. II. Corinth. c. VI. 11. *Os noſtrum* patet ad *uos — — cor noſtrum dilatatum eſt*.

Ibid. *Quod creber egreſſu exſpectantibus populis te fateris, nec* etc.) Pro *expectantibus* ſcripſiſſe noſtrum duco *expetentibus*, i. e. praeſentiam uel conſpectum tui expetentibus. Vt mox: *nunquam iſte mirantes explet oculos: magis magisque uiſus* expetitur, *et (nouum dictu) praeſens deſideratur*. Plura ad Tacit. Ann. XIV. 61. *Fateri, confiteri ſe*, pro exhibere (ad tale quid, quod ex ſubiecta materia debeat intelligi) dixit etiam Pacatus infra c. XXXIX. et. XLI. Sic Cicero Q. Frat. I. ep. 2. non procul a fine: *Noſtrae tamen*

men cauſſae non uidentur homines defuturi. Mirandum in modum profitentur, *offerunt ſe, pollicentur.*

Ibid. *Nec uideri modo patiens, ſed facilis adiri, e proximo accipis uota hominum tuorum*) *Patiens uideri*, ut Horatius 1. Od. 2, 43.

Almae
Filius Maiae, patiens vocari
Caeſaris ultor.

Talemque infinitiuum haud raro verbis *pati, ſuſtinere, perferre, tolerare* iungi, videmus ad Tacit. Ann. XIII. 42. et Lactant. Epitomen c. LII. 3.

Ibid. *At noſter hic omnibus ſpectandus offertur, nec magis communem hunc diem atque ſolem, quam noſtrum Imperatorem, uideri licet*) Fallitur Acidal. cum emendat *uidere licet*: amat enim ſic infinitiuum paſſiui adſciſcere uerbum *licet*, ut oſtendimus ad Cicer. Diuin. II. 14. Itemque ad Saluian. et alios: ſaepius enim in hac re lapſi ſunt uiri docti. Sic autem rurſum auctor noſter c. XXV. *Ita* fieri *non* licebat *amiſſa, metu reliquorum.*

CAP. XXII. *Dicamne ergo receptos ad ſeruitium Gothos* etc?) Liuineius cum in MSto inueniret *receptum ſeruitum*, inclinare quodammodo uidetur in *receptos ſeruitum*; quod quidem in ſuo cod. ſic plane legebat, nec ſpernebat Schwarzius, ſed duriorem tamen refert uſum ſupini. Praeplacet ergo *receptos ad ſeruitium* uel potius, ut habet Puteani codex, *receptos in ſeruitium.* Eumenius Conſtantio Caeſ. c. XXI. *Treuerorum arua iacentia* -- receptus in leges *Francus excoluit.* Velleius II. 20. *ne* -- *plus* -- *poſſent* recepti in beneficium, *quam auctores beneficii.* Dictys Cret.

II.

II. 18. *amicitiam Priami aduersus Graecos renuens*, in pacem *fidemque* receptus. Tacitus M. Germ. c. XVIII in *haec* munera *uxor* accipitur.

Ibid. *Dicam, a rebellibus Saracenis poenas polluti foederis expetitas?*) Acidalius malebat *soluti foederis*, sed absque caussa sontica. Silius Italic. XI. 323.

hic erit ille,
Qui polluta *dolis iam* foedera *sanciet, ensis.*

Ouidius Metam. X. 353.

neue potentis
Concubitu uetito Naturae pollue foedus.

Ibid. *Etsi adhuc non est foederatus, iam tamen tuis cultibus tributarius est*) Rectius cum suo cod. legit Schwarzius *etsi adhuc nomine est foederatus*, adeoque tributi immunis. Atque hoc in uno alteroque cod. reperiebat etiam Puteanus.

CAP. XXIV. *Intelligo, quam difficilem in locum scopulosumque deuenerim*) Non maluisset Acidalius *scruposumque* uel *scrupulosum*, si geminus illi obseruatus fuisset locus iste Tullii Diuin. in Q. Caecil. c. XI. *Intelligo quam* scopuloso difficilique *in loco uerser*. Eandem quoque per metaphoram sic scribit Tusc. I. 30. *Itaque dubitans, circumspectans, haesitans, multa aduersa timens*, tanquam in mari *immenso nostra* uehitur *oratio*.

Ibid. *Necesse erit, me, uel tacentem publica incommoda uel loquentem, aut ingratum uirtuti aut onerosum esse pietati*) Schwarzius ex MSto suo scribit *ingratum ueritati*, quia ueritas melius, quam uirtus, a pietate distinguitur. Ego uero dubito, an satis adposite dicatur *ingratum esse ueritati*, ac

ac propterea mallem (ſi quid mutandum foret), *ingratum nideri, aut o. e. p.* uel *ingratum meritis tuis aut o. e. p.* Sed bene hic *uirtus* Theodoſii, ſeu ad laudabilia quaeque idoneus animi habitus, diſtinguitur a *pietate* ipſius ſiue clementia, (neque enim cum uiro laudato de Pacati pietate hic cogitari licet) ut oſtendunt talia loca. Incert. Pan. Conſtantino Aug. c. XXV. *Debetur enim diuinitati et ſimulacrum aureum, et* uirtuti *ſcutum, et corona* pietati. et c. XXVI. *parum eſt enim optare tantae* uirtuti *tantaeque* pietati, *quem longiſſimum habet uita, progreſſum.* A. Victor V. Illuſtr. c. XIX. *ab egregia militiae facinora a Poſtumio optionem munerum accipiens equum tantum et hoſpitem ſumſit,* uirtutis *et* pietatis *exemplum.* Forte autem legendum, *aut ingratum uirtuti tuae, aut oneroſum eſſe pietati.*

Ibid. *Alta licet uulnera -- oſtendat Hiſpanus, ſed in dolore ſummo habet ſuum -- ſolatium*) Saepius ita particulas *licet, etſi, tametſi* etc. ſequitur τὸ *ſed*, ubi aptius abeſſe uideri poſſet, ut uidimus ad Nouatian. de Trin. c. VI. et plura docent exempla in Turtell. lib. de Particulis. Hinc Hegeſippi I. 12. reſcripſerim: *Ea* tametſi *reliquis praeſtabat omnibus*, ſed *Phariſaeis quaſi inferior obtemperabat:* ubi uulgo legitur: *Ea tamen reliquis* etc. Sic Caeſarius Homil. IV. Licet *bonum eſt, ut ſit ſemper purgatus a malis,* ſed *graue malum eſt, ſi non proficiat in bonis.*

CAP. XXV. *Et cum domi atque ſecreto ſolis coniugibus ac liberis credidiſſemus furtiuum dolorem, procedebamus in publicum non noſtrae fortunae uultu*) Elegans genitiui uſus in his *noſtrae fortunae uultu*, i. e. uultu cum fortuna noſtra congruo. Liuius XLII. 62. *Ita tum mos erat, in aduerſis*

uersis uultum *fecundae* fortunae *gerere*, *moderari animos in fecundis.* Ouidius Trist. I. 1, 4.

Infelix habitum temporis *huius habe.*

Saluian. Gub. VI. p. 208. *templis quoque ipsis* uultum festiuitatis *nostrae induimus.* Adde quae adnotaui ibid. p. 205. uti et ad haec Taciti Ann. XV. 52. *balneasque et epulas inibat, omissis excubiis et* fortunae *suae* mole. Confer etiam supra c. XIV. *Tunc, Imperator, epulae -- locorum ac* temporum fructibus *instruuntur.*

CAP. XXVIII. *Nec enim -- exercendis inuigilabat metallis, ut latentia naturae bona in usum arcesseret,* etc.) Quia alicubi editum inueniebat Acidalius *exserendis* pro *exercendis*, hinc refingebat, *egerendis inuigilabat metallis.* Sed alterum minime sollicitandum. Liuius XLV. 29. Metalla *quoque auri atque argenti non* exerceri; *ferri et aeris permitti.*

CAP. XXX. *Vt qui sub nomine pacis ludere, et primi sceleris poenas lucrari quiescendo potuisset*) *Lucrari poenas* pro uitare. Paulinus Nolan. Epist. XIV. 3. *Laetificati igitur hac Dei misericordia, qua respexerat in bonum humilitatem nostram, ut grauissimae anxietudinis* poenam lucraremur, *cum pariter* etc. Quinctil. Declam. IV. 9. *Igitur ne* supplicia *properato* lucrarentur *obitu, rursus in poenam nocentes insepulti corporis reuocauit iniuria.* Statius Theb. IV. 531.

adigitque expromere uitas
Vsque retro, et tandem poenarum lucra *fateri.*

Hegesipp. III. 17. *Sed id imbecillitatis suffugium est, non uirtutis trophaeum, captare* lucrum suppliciorum. Apule-

ius Metam. VIII. p. 161. *Sed quid mora temporis dignum*, cruciatum lucraris, *et meos forsitan tibi pestiferos imaginaris amplexus*; cum nota Pricaei. Consule quoque Intt. Cicer. in Verr. lib. I. 12. Hygini Astron. II. 40. et Lucae Actor. Apost. XXVII. 21.

Ibid. *Tibique, Imperator, imponeret seruatae adhuc ueniae fidem, uincendi necessitatem*) Lege cum Acidalio: *seruanti adhuc ueniae fidem*; idque non Schwarzius solummodo auctoritate sui MS. probauit, sed etiam in suo legit Puteanus.

Ibid. *Vt ab inermibus uerterentur armati, et qui obtulerant mortibus pectora, darent terga uerberibus. Vertere* pro in fugam uertere, satis Latine dici, uidimus ad ista Dict. Cretensis II. 1. *Euolant nauibus*: *incensique ira custodis caedere, neque* uersis *his atque in fuga parcere.*

CAP. XXXI. *Res ipsas interrogemus, et, quae certissima coniectatio est, colligamus gerenda gestis*) Prosopopoeia haud inuenusta, sic res aeque ac personae, *interrogari* dicuntur: de quo plura ad uerba Taciti Agric. c. XXXIV. *Nunc uestra decora recensete, uestros* oculos interrogate. Obseruatu digna hic ista Ciceronis pro Sulla c. XXVIII. *Vita P. Sullae* torqueatur: *ex ea* quaeratur, *num quae occultetur libido* etc. quod iure optimo uindicari a Manutio existimo.

CAP. XXXII. *Quin si quando difficilior frumentaria res fuisset, inopiam patienter ferebat, et, quam numero arctarat annonam, comparcendo laxabat*) *Arctare numero annonam* dixit imitatione, uti uidetur, Velleii Paterc. II. 10. *Notatur Domitiae familiae peculiaris quaedam et, ut clarissima, ita* artata numero *felicitas*, ubi frustra a nonnullis con-

coniici *ſacrata numero f.*, uere ſtatuit Heinſius, et hic Pacati locus etiam aliquo modo teſtis eſt.

CAP. XXXIII. *Quid in ceteris ſaltem ſimile deprehendimus? maxime ſi rerum temporumque facies altrinſecus conferamus, et hos* etc.) *Altrinſecus* pro utrimque, ex utraque parte, praeter hos, quos in partes hic uocauit Liuineius, etiam dixit Vetus Interpres II. Paralipom. c. IX. 8. *Fecit quoque - - ſcabellum aureum et brachiola duo* altrinſecus, *et duos* etc.

Ibid. *Illos uela facientes data uentis claſſis attulerat: hi longum iter ſub armorum faſce carpebant*) Pro *attulerat* facile quispiam malit *appulerat*; ſed diſſuadent, quae adnotamus pro integritate loci Taciti Hiſt. III. 43. *Aduerſa tempeſtate Stoechadas Maſſilienſium inſulas* adfertur.

Ibid. *Quae tandem ut collatio poſſet eſſe populorum, etiam ſi tanta non eſſet diſſimilitudo cauſſarum, ut ab illis fuerit* etc?) Vacare quibusdam uiſum illud *ut* ante *collatio*; nec ſane, quamuis ſecus iudicauerit Acidalius, locum hîc ſatis congruum habet. Facilius certe ferrem codicis Schwarziani ſcripturam, *quae tandem uel collatio* etc. Sed genuinum puto, quod primo conieceram, ac deinceps codicis Puteani fide ſtabiliri deprehendi, *Quae tandem ulla collatio* etc.? ut Mamertin. Geneth. c. VI. Quae ulla *unquam uidere ſecula talem in ſumma poteſtate concordiam*? Idem Grat. Act. c. X. *Illud uero cuius miraculi eſt, neminem* ullum *in tanto rerum paratu ſenſiſſe diſpendium* etc.! Min. Felix Octav. c. XI. quis *unus* ullus *ab inferis uel Proteſilai ſorte remeauit - - ut exemplo crederemus*? Cicero de Fin. III. 15. *Deinceps explicatur differentia rerum*; quam

quam *ſi non* ullam *eſſe diceremus, confunderetur omnis uita, ut ab Ariſto.*

CAP. XXXIV. *Spumat decolor cruore fluuius -- utque ſe tibi poſſet ſpeciali imputare militia, ipſum -- abſorbuit,* etc.) *Imputare ſe alicui,* pro iactare, commendare, aliquem ſibi obligare, rurſum occurrit c. XL. *Scimus -- ita te cuncta adminiſtraſſe, ut non poſſint* ſe tibi imputare *ſucceſſus.* Prudent. in Symm. II. 1087.

Fertur per medias ut publica pompa plateas,
Pileato reſidens molli, ſeque *ore retecto*
Imputat *attonitae uirgo ſpectabilis urbi.*

Ibid. *Fluuius -- ipſum -- auidis gurgitibus abſorbuit, et ne morti ſepultura contingeret, cadauer abſcondit*) Notarii Acidalius uult *morti* pro mortuo. *Mortuo* autem ex ſuo codice pro *morti* reſcribit Schwarzius. Ego alteri cum Acid. inhaerendum arbitror: in *morti* enim per ellipſin admodum uulgarem facile ſubaudias *eius*; et *morti eius* pro illi mortuo, uel illi poſt mortem, aeque uſitata dicendi forma eſt. Mamertin. Grat. Act. c. XXVII. *et cuius animis uitam impugnatam ſciebat,* mortem *eius ornauit:* i. e. illum mortuum. Cicero pro Sextio c. XXXVIII. *Eius igitur uitam quisquam ſpoliandam ornamentis eſſe dicet, cuius* mortem *ornandam monumento ſempiterno putaretis?* Philipp. IX. c. 6. *Nam ſi* mors *legati ſine caede atque ferro nullum honorem deſiderat, cur decernit honorem ſepulturae? -- Gratiſſimus in eius* morte *decoranda, cui nullam iam aliam gratiam referre poſſumus.* pro Cluent. c. LXXI. *nunc uero quid erit profectum, niſi ut huius ex mediis inſidiis uita ad luctum reſeruata,* mors *ſepulchro patris priuata eſſe uideatur?* Sic

pro

pro Milone c. XXXII. ac saepius ille. Quinctilian. Declam. CCCXXIX. p. 668. *Non satis est ei - - dum uiuit honorari - - Habeatur aliquis etiam* morti *honor, et - - ostendatur in foro sepulchrum*, etc. Valer. Max. IX. 2. Ex. 2. *uiuorum corpora, cadaueribus aduersa aduersis alligata atque constricta. - - tabescere simul patiebantur, amari* uitae *pariter ac* mortis *tortores*. Lucan. V. 279.

non anima fugiente ferire,
Atque oculos morti *clausuram quaerere dextram.*

et lib. IX. 233.

perierunt tempora uitae:
Mors *est in tutum: iustas sibi nostra fenestus*
Prospiciat flammas.

Florus III. 15. *Insultatum quoque* mortis *reliquiis, et - - caput - - auro pensatum est.* Sed ibi *mortis reliquiae* esse possunt ea, quae mors reliquerat, uel quae post mortem reliqua erant. ut *reliquiae caedis, cladis, belli* etc. apud Liuium aliosque.

CAP. XXXV. *Tanto ceteris satellitibus audentior, quanto exertiorem operam nauabat tyranno frater tyranni.*) Merito uox *exertiorem* se probauit Grutero ac Liuineio, illam etiam in Statio Gellioque restituenti. Apulelus Metam. II. p. 40. *Nam cum corporis mei custos hic sagacissimus* exertam *mihi teneret uigiliam*, etc. i. e. diligentem, ut exponit Pricaeus. Tertullian. contra Valentin. c. III. *qui talia neque facile producunt, neque* exerte *defendunt.* quem locum et alia Barth. adducit ad Stat. Thebaid. I. 413. Ammianus XVI. 12. *et nulnerati nondum effuso cruore, ad audendum*

exertius *consurgebant*. sic enim ibi recte emaculata MSS. scriptura *exercitus consurgebant*.

Ibid. *Milites pristinae uirtutis, Romani nominis, imperatorum denique memores, cauſſam publicam manu agere*) Salluſtius Iug. c. LVIII. 3. *Ceterum ex omni multitudine non amplius quadringenti, memores* Romani nominis, *grege facto, locum cepere -- editiorem*. Catil. c. LVIII. 12. *Quo audacius adgredimini, memores* priſtinae uirtutis. ubi v. Cortius. Liuius XXV. 38. *quo documentum dediſtis hominibus, non cum Scipionibus exſtinctum eſſe* nomen Romanum; *et cuius populi uis atque* uirtus *non obruta ſit Cannenſi clade, ex omni profecto ſaeuitia fortunae emerſurum eſſe.*

CAP. XXXVI. *At ubi impulſa acies fronsque laxata et fiducia in pedes uerſa ſit, ire praecipites* etc) Quin ſic Nazarius Paneg. c. XXVIII. *Relaxauerit* acies, *aut frons impulſa titubauerit*, fiducia manuum *ad pedes migrat*: Acidalio elapſum in Pacati uerbis uidebatur *manuum* poſt *fiducia*. Quod quidem uiri acutiſſimi iudicium ut ab omni ueritatis ſpecie neutiquam abhorret, ita illi, inuitis libris, applaudendum eſſe uix crediderim; quoniam *fiducia in pedes uerſa* recte dicitur, cum omnis in illis ſolummodo fiducia poſita ſit. Ouidius Halieut. 62.

Altera pars fidens pedibus, *dat terga ſequenti,*
Vt pauidi lepores.

i. e. non manibus ſed pedibus fidens. Metam. IX. 120.

quo te fiducia, *clamat,*
Vana pedum, *uiolente, rapit?*

Sulp. Seuerus H. S. I. 33. *Tum uero nutu Dei in fugam uerſi, -- omne* praeſidium in pedibus *habere*, ubi alia eiusmodi.

Ibid.

Ibid. *Miles urgere eminus, cominus, gladiis, haſtis, punctim, caeſim ferire. Alii poplitibus imminere, alii terga configere, aut* etc) Bene. MSum ſuum referre putat Schwarzius *frontibus imminere* pro *poplitibus imminere.* Sed cum hic de perſequendis fugientibus ſermo ſit, mihi, cum pace uiri eruditiſſimi, alterum anteferendum uidetur. Atque ita Horatius, iam a Puteano huc citatus, lib. III. Od. 2. 14.

Mors et fugacem conſequitur uirum,
Nec parcit imbellis iuuentae
Poplitibus *timidoue* tergo.

Sic etiam Silius Ital. X. 37.

Nam Labienus obit, penetrauit per ilia cornu:
Fratres hic humero *cecidere, hic* poplite *caeſi.*

Adi et Drakenb. ad lib. IV. 343.

Ibid. *Et quos curſu continere non poterant, iaculis occupare*) Quamuis *tenere* pro tangere, prehendere, comprehendere ſatis frequens ſit, diſpar tamen ratio compoſiti *continere*, ideoque Grutero acceſſerim emendanti *contingere*, quemadmodum *optatam curſu contingere metam*, i. e. ad illam peruenire, apud Horatium A. P. 412.

Ibid. *Illi mutilis exciſisque membris reliqua ſui parte fugiebant*) Haud facile damnauerim, quod pro *mutilis* in Schw. aliisque apographis exſtat *inutiles.* Sic enim cuncti libri Lactantii V. 20. *cur ergo tam crudeliter uexant, cruciant, debilitant, ſi ſaluos uolunt? aut* inutiles *faciunt, quibus uelint eſſe conſultum?* ubi hunc uocis uſum, mihi quidem, ſatis probauit exactiſſimus Buneinannus.

Ibid. *Manus illa — — ſubmiſſis precabunda uexillis petiit ueniam neceſſitatis*) *Neceſſitas* pro re neceſſaria, uel ad

quam neceſſitas nos cogit. cap. XXX. *Non id temeritas, ſed* neceſſitas *erat.* cap. X. *et quicquid homines uocamus labo-rem, ueſtra* natura *eſt*: i. e. uobis naturale. Vide ad Iuſtin. XXI. 5. 9.

CAP. XXXVII. *Iam quocunque tuliſſes gradum, ſequi, circumcurſare, praecedere, uias denique, quibus ferebaris, ob-ſtruere. Nullus cuiquam ſui tuiue reſpectus blandam tibi fa-ciebat iniuriam contumacia gaudiorum*) Nonne praeſtat, ita diſtingui: *Nullus cuiquam* (ſcil. erat) *ſui tuiue reſpectus. Blandam tibi* etc.? An potius legendum: *Nullo cuiquam ſui tuiue reſpectu, blandam tibi* etc. i. e. dum nullus — — re-ſpectus eſt? Sin autem, renitentibus codicibus, nihil nouatum malimus, *nullus cuiquam ſui tuiue reſpectus*, erit, omnium ſui tuiue negligentia, uel quisque nullum ſui tui-ue reſpectum agens. quam formam pluribus exemplis illu-ſtramus ad Salluſt. Iug. c. XXXI. 1. *Multa me dehortantur a uobis* (lego *a uerbis*) *Quirites* — — *opes factionis, ueſtra patientia*, nullum ius: i. e. omnis iuris amiſſio uel ademptio.

Ibid. *Pueros tibi longam ſenectutem uouentes*) Ita bene emendatum, pro *longam ſeruitutem*. Sic cum Ouidio aliis-que Silius III. 94.

te longa *ſtare* ſenecta
Aeuumque extendiſſe uelim.

ubi, ut hoc obiter notemus, Heinſio tentanti *longae inſta-re ſenectae*, refragantur, quae ipſe de uerbo *ſtare* pro mane-re, durare, adſcripſit ad lib. II. 639.

CAP. XXXVIII. *Quin ipſos uiae implicabat errores, et nunc dexter aut laeuus, nunc ueſtigiis ſuis obuius, incertum iter ancipiti ambage texebat*) *Texere iter* eſt illius curſum

modo

modo in dextram, modo in ſiniſtram partem flectere. Seuerus de Mortib. Boum v. 70.

At parte ex alia, qui uitulus modo
Laſtiuas ſaliens texuerat uias,
Vt matrem ſubiit, mox etc.

Virgilius Aen. V. 588.

Vt quondam Creta fertur Labyrinthus in alto
Parietibus textum *caecis* iter, *anceps*que
Mille uiis habuiſſe dolum, qua etc.

Ibid. *In oppidum ſemet Aquileienſe praecipitat — — ne poenam fruſtrando differret. Quamquam quae poterat ulterior eſſe dilatio, cum ita — — miles inſiſteret, ut paene omnem, quae eſt ſecuta, pompam ultio feſtinato praeceperit?*) Acidalius legit *poenam ultio f. p.*; citra plane, quam neceſſarium mihi uidetur: cur enim non credamus, loqui noſtrum de pompa triumphali, in quam nihil fere reliqui faceret ultionis ardor?

CAP. XXXIX. *Negant imo ſe ſuis uectos eſſe corporibus, ſed tanquam per aliquas imagines ſomniorum, abſentes praebuiſſe geſtantibus uentis otioſorum miniſteria membrorum*) Pro *abſentes* nonnullis legi placebat *obſequentes*. Sed *abſentes*, ni me ratio fallat, hic dicuntur, quibus mens, pars ſui primaria, non conſtat, quique cogitatione et ſenſu a ſe ipſi, adeoque a loco, ubi ſunt, quodammodo abſunt. Ouidius Metam. XI. 700.

Nunc abſens *pereo, iactor nunc fluctibus* abſens,
Et ſine me *me pontus habet*.

ubi conſulatur Heinſius.

CAP. XI. *An ego — — dubitauerim illam ſpecialem quandam felicitatis tuae dixiſſe militiam? — — ſit ceteris neceſſe eſt, quantum te in bello, tantum fortunam tuam egiſſe poſt bellum*) *Felicitatem* et *fortunam* Imperatoris uocat genium ipſi propitium, qui eum tueretur, conſiliaque et facta eius ſingularem in modum ſecundaret. Mamertinus Maxim. Aug. c. XI. *Veſtrae, inquam,* fortunae, *ueſtrae* felicitatis *eſt, Imperator, quod iam milites ueſtri ad oceanum peruenere uictoria.* Eumenius Conſtantino Caeſ. cap. XVI. *Adeo, Caeſar, hoc etiam reipub. tribuit ueſtra* felicitas, *ut nemo Romanus occideret, imperio uincente Romano.* Sic idem Conſtantino Aug. c. VIII. dixit *felicitatem reipub.* Et Nazarius Pan. c. XXXVII. *felicitatem Romanam.* Liuius XXV. 38. *Ne tamen ſubita res et nocturnus terror etiam non ſuae* fortunae *conſilium perturbaret, alloquendo* etc. Statius Thebaid. II. 195.

iuuat ingreſſos felicia regni
Omina, quod ſupereſt facti uitaeque laborum
Fortuna *tranſire tua.*

cum adnotatione Barthii.

Ibid. *Cui* (fortunae tuae) *ſi uocem demus et iudicem, nonne prolixe ſuum enumerabit operam, et ut uirtutibus tuis multa concedat, ſibi aliquam uindicabit?*) Malim cum MS. Schwarzii *ſibi aliqua uindicabit?*

Ibid. *Et cur quaeſo non demus ut accipiamus utrinsque partis adſerta, cum ſit quae uicerit tua?*) Legendum cum MSS. Puteani *cum ſit quae uiceris tua.*

Ibid. *Audio conſtantiam dicere, bellum atrox periculoſumque ſuſcepi; memorare patientiam, immenſum iter — — ſem-*

per

per armata, ſaepe ieiuna, toleraui; tenere prudentiam, parta ſum militem et multiplicaui arte timorem — — omnes poſtremo clamare, quid tibi debemus, fortuna, quam fecimus) *Facere fortunam* ſimiliter dixit Liuius XXXIX. 40. *In hoc uiro tanta uis animi ingeniique fuit, ut quocunque loco natus eſſet,* fortunam *ſibi ipſe* facturus *fuiſſe uideretur.* In praecedentibus autem, *tenere prudentiam,* deprauatum omnino exiſtimo uerbum *tenere,* quod ſic *contendere* notare non ſolet. Venerat in mentem, cum Acid. coniicere *tendere*, ut hoc ſenſu pleniore ualeat *tendendo* (cauſſam contra fortunam agendo) *dicere*: quomodo uerba *niti, pugnare* aliaque nonnunquam adhiberi, in Lect. Tullianis obſeruauimus. Hariolabar etiam, *inferre prudentiam,* ut Lactant. VII. 13. *Hermes naturam hominis deſcribens, ut doceret, quemadmodum eſſet a Deo factus, haec intulit*: Καὶ τὸ αὖθις etc. ubi adeatur Runemannus. Sed impenſius nunc arridet mihi, *iterare prudentiam,* i. e. repetere, referre, memorare. Mamertin. Grat. Act. c. XXX. *Superfluum forte uideatur, quae uosmet ipſi uidiſtis,* iterare: *neque enim auribus expetuntur, quae fuerint uſurpata luminibus.* Plautus in Caſina V. 2. 5.

Operam date, dum mea facta itero: *eſt operae auribus percipere.*

Ita ridicula audita, iteratu *ea ſunt, quae ego intus turbaui.*

Quae exempla pluraque collegi ad uerba Iuſtini V. 7. *In foro deinde coëunt, atque ibi perpeti nocte fortunam publicam queſtibus* iterant.

CAP. XLI. *Hinc reorum uſque ad damnationem metus, poſtea attonitus ſtupor, et ex deſperatione ſecuritas, et ad hanc*

cum ſupplicii uoluntaria - - properatio) Cum in ſuo legeret Schwarzius *poena attonitus ſtupor*, pro *poſtea a. f.*, inde comminiſcebatur, *poena attonitis ſtupor*. Sed quamuis *attonitis* quoque pro *attonitus* exhibeat codex Puteani, cum nexu tamen orationis ſic minus congruere puto datiuum illum *attonitis*, uocesque *ſtupor*, *ſecuritas*, et *properatio* melius, una cum τῷ *metus*, ad genitiuum *reorum* referri. Dicitur autem *attonitus ſtupor*, ut *attonita feritas*, apud Eumen. Conſtantio Caeſ. c. IX. et *attonitus tumultus*, *pallor*, *metus*, *terror* etc. apud Senecam Trag. Lucanum, alios.

Ibid. *Vt nihil de ſeruis loquar, qui uerbera uitauere ſuſpendio, et motus heriles uſque ad praecipitia fugerunt*) Pro *motus* Acidal. ſuſpicatur *metus*. Poſſet item *minas* uel *manus*. Sed contra conſenſum librorum quidpiam moliri non neceſſe eſt, et poſſunt *motus heriles* accipi pro ira comminationibusque herilibus. Hegeſipp. I. 40. *tantisque fremebat indignationis ſuae* motibus, *ut ipſe Herodes - - pro reo ſuo - - interueniret*. Alcim. Auitus lib. IV. 388.

At pius ex alto contemplans talia rector,
Exſertas reuocat, ſedatis motibus, *iras.*

Paulinus V. Martini lib. III. 156.

Efflabat ſaeuum per uerba furentia uirus - -
Effundens caſſas, iam fractis motibus, *iras.*

et lib. V. 510.

ne crede meo te forte notatum
Iudicio, aut ſubiti ſignum hoc exiſtere motus,
Haec pietas, non ira fuit.

Ibid. *Et recipere interitum ſtatim totum*) Sic modo locutus fuerat in his, *nondum clauſis* tota morte *oculis*. Ita Quincti-

Quinctilianus Declam. II. 17. *Vnde tantum uirium Caeco, ut in uno ſtatim ictu* mors tota *peragatur*? et c. 18. *Quid? quod neceſſe eſt, nulla* mora *inquietior ſit, quae ſtatim* tota *eſt.* Seneca in Phoeniſſ. 47.

Omitte poenas languidas longae moraе,
Mortemque totam recipe. *quid ſegnis trabo?*
Quid uiuo?

ubi uide Gronouium; qui tamen non erat cur uellet, *quid ſegnis trabo quod uiuo?* ut oſtendimus ad Salluſt. Iug. c. LXVII. et ad Lactant. de M. Perſec. c. L. 3.

Cap. XLII. *Illa* (fortuna) — *animum eius obtudit et gladium: illa expeditam in uulnus manum percuſſit et tenuit.*) Non damnem *percuſſit*, i. e. inuaſit, contudit, oppreſſit. Cogitabam tamen *repercuſſit*, uel potius, quod et aliis placuit, *perculit*, i. e. horrore affecit. quemadmodum *attonitam manum* plus uice ſimplici Ouidius dixit, et *manibus* ſolenni figura tribuuntur ſaepiſſime, quae proprie in animum hominis conueniunt.

Ibid. *Niſi uero — carnificem Diris comitatus ultricibus obſidebas, et irata minax umbra ob os eius oculosque fumantes infernis ignibus taedas — quatiebas.*) Schwarzius cum ſuo apographo legebat *irata minis umbra*, uel etiam, *irata minaxque umbra.* Mihi uero magis probatur uulgata lectio, in qua uox *minax* ſic ablatiuo conſtruitur, ut in his Senecae Troad. 465.

talis inceſſu fuit —
Sic celſus humeris, fronte *ſic torua* minax.

et Ouidii Triſt. I. 2. 23.

Quocunque adſpicias, nihil eſt niſi pontus et aër,
Fluctibus hic tumidus, nubibus *ille* minax.

Cap. XLIII. *Nec tu illum — in conſpectum tuum uenire uoluiſſes, — niſi famam confutare mendacii, teque purgare eodem teſte, quo inſimulatore, uoluiſſes*) Durum nimis eſt hoc *quo inſimulatore*, pro qui inſimulator fuerat. Quocirco legendum omnino cenſeo, *quo inſimulabare*, prout MS. Schwarzii habet.

Ibid. *Habet uires, habet neſcio quos internos mens ſcelerata carnifices, aut* etc.) Acidal. coniectabat *Habet uero, habet* etc. uel potius *habet mens, habet* etc. Priorem autem ſcriptionem *Habet uero, habet* etc. merito fide codicis ſui amplectebatur Schwarzius, ac praeterea duo etiam adſerunt Puteanei.

XII.

XII.

FL. CRESCONII CORIPPI AFRICANI DE LAVDIBVS IVSTINI AVGVSTI MINORIS LIBRI IV.

CAPITA
EORVM QVAE HIS IV LIBRIS
IN LAVDEM
IVSTINI AVGVSTI
MINORIS
CONTINENTVR.

I. Praefatio, in qua poeta *Iuſtini* Imperatoris laudes exſequitur.

II. Dum Auares, uel gentes alias ſubditas *Iuſtino* commemorat, ad eius laudem refertur edomita ferocitas Barbarorum.

III. *Iuſtinum*, *Sophiam*que dicit dignos imperio, a quibus ſubiectae gentes foedus pacis expoſtulant.

IV. Propitiari ſibi uates Principem deprecatur, ut feſſum ſenio, et calamitatibus implicatum praeſtanti 1) regat pietatis intuitu.

III. Commemorat auctor eos, quorum exhortatione carmen hoc in laudem *Iuſtini* conſcripſerit.

IV.

1) *praeſenti*, *Barth.* Adu. L. 25. c. 3.

IV. *Iustiniani* obitum artificiose poeta introducit, ut ex consultu senatus *Iustinum* auunculo condignis laudibus 2).

V. Vbi collacrimans *Iustinus*, et de morte *Iustiniani* sollicitus, dum sopor oculis irrepsisset, 3) per quietem uidit sanctam *Mariam* Virginem imperium sibi decedentis auunculi surrogare.

VI. De *Iustini* aedibus *Calinici* concitatis impulsu, ut aditus daretur Senatui Imperatorem *Iustinum* eligere, et custodis ad strepitum cum indignatione responsis.

VII. Descriptio domus *Iustini*, 4) quam pretiosa uisu, et operoso fuerit labore constructa * * * rit, ut ad honorem *Iustini* quam propere conuenirent.

VIII. De conuentu et persuasione patrum pro *Iustini* regimine.

IX.

2) suppl. *commendatum successisse doceat. Barth.* l. c.

3) *per quietem uidit sanctam Mariam Virginem*) Immo *Pietatem* fuisse hanc uirginem, indicat Poëta infra, *lib. I. v.* 36. *Ritterhus.*

cf. Voss. de Hist. Lat. 3, 3. p. m. 749. *Iaeg.*

4) Lege: *quam speciosa uisu et operosa labore constructa fuerit, ut ad honorem Iustini quam proxime conueniret:* In ipso opere, L. I. v. 101. ait Poëta:

Vel solis dicenda domus: gratissima uisu
Et facie miranda loci. — — *Vonck.*

IX. De renuntiatione *Iustini* summam imperii rennentis.

X. De precibus a Senatu pro imperio *Iustini* rursum oblatis.

XI. Felix auspicium ex gallorum cantu *Iustino Sophiaeque* coniicitur.

XII. De excubiis et sollicitudine domus regiae.

XIII. Quibus exsequiis *Iustinianus* post mortem fuerit honoratus.

XIV. De affectu *Iustini* erga corpus auunculi.

XV. *Sophia* luctum flentis uiri congeminat.

XVI. Refert, quod uniuersum uulgus pro *Iustini* honore fama commouerit.

XVII. Quid circus, uel eius apparatus, significent, hic poeta admirabili ratione complectitur.

XVIII. Dicit hic, qui primum quadrigas iunxerit, et quod uana superstitio paganorum Deum Solem putauerit: qua tamen honor Solis postea Romanis delatus est.

XIX.

XIX. Amore *Iuſtiniani* populus incitatus, *Iuſtinum* heredem regni fauore exſequitur.

IN LIBRO II.

CONTINENTVR HAEC:

I. De conuentu et intentione populi cernere *Iuſtinum* Principem cupientis.

II. Non prius *Iuſtinus Sophia*que regalia ſigna ſumſerunt, niſi pia tura ſanctis offerentes precibus Dominum exorarent.

III. De apparatu ueſtium Auguſtarum, uel reliquis ornamentis, quibus ad percipiendum regnum *Iuſtinus* emicuit.

IV. Iuxta primorum ritum quatuor iuuenum manibus in clypeum *Iuſtinus* ad regnandum attollitur.

V. A *Ioanne*, Pontifice, *Iuſtinus* ſacro diademate coronatus, Imperator efficitur: et ſenatorum, uel totius populi uocibus, cum *Sophia* pariter laudibus efferuntur.

VI.

VI. Quibus uerbis *Iuſtinus* ſenatum eſt allocutus, poſtquam ſolium conſcendit imperii.

VII. *Iuſtinus*, magno ſtipante ſenatu, in publicam rem, populum de emendatione operum, ac futuris donis, alloquitur.

VIII. *Iuſtiniani* Imperatoris ſyngrapha creditores *Luſtini* uultibus cum lacrimis repraeſentant: quibus ille miſeratus debitum perſoluit auunculi; atque multos criminibus implicatos a carcerali iubet cuſtodia relaxari.

IN LIBRO III.

CONTINENTVR HAEC:

I. More patrum, *Iuſtinus* funus decedentis auunculi regiis opibus exornat, chorique miniſterio ſuprémum honorem concelebrans, corpus eius aureae tradidit ſepulturae.

II. Poſt luctum populus priſtina laetitia iucundatur; honoris frondibus aedium poſtes exornat, comitque limina; et in laudem *Iuſtini Sophiae*que multiplici clamore perſultat.

III. Egregios apparatus imperialis conuiuii poeta deſcribit, et in magno deliciarum luxu ſobrietatem et temperiem *Iuſtini*: collaudatque auun-

auunculi recordationem, nec inter epulas dilectione ſolita patitur obliuiſci.

IV. De conſummatione conuiuii, et pro re publica curis regiae ſollicitudinis; atque poetae precibus pro ſui carminis perfectione Sapientiam implorantis.

V. Exornatur Auguſta domus regentis imperium; et coactis proceribus omnis ordo Palatinus per officium cultumque diſponitur urbis; Romanaque potentia cunctis praeeminere gentibus praedicatur.

* * * *

Etſi hoc loco ſuperiora cum ſequentibus in manu ſcripto exemplari cohaerebant, continenterque legebantur, manifeſtum procul dubio eſt, deeſſe medium fere indicem capitum huius tertii libri, integrumque quarti: quem tamen ex ipſius *Corippi* margine reſtitui minime placuit, quod ab auctore breuior aliquanto appoſitus ibi fuerit. Quin etiam principium praefationis *Corippi* ad *Iuſtinum* Auguſtum, manifeſto deeſt. Cuius iniuriae cauſſa non oſcitanti, aut indocto deſcriptori tribuenda uidetur, qui fortaſſis antiquius exemplar libri, unde deſcribebat, folio uno mutilum, iam illo tempore nactus fuerit. *Ruizius.*

AP-

PANEGYRICI IN LAVDEM IVSTINI AVGVSTI MINORIS FRAGMENTVM.

SYNOPSIS.

II. *Auares, uel gentes alias* Iustino *subditas dicit, v.* 4. III. Iustinum Sophiam*que dignos esse describit imperio, v.* 19. IV. *Propitiari sibi poeta Principem deprecatur.*

Ea librarii fuit, candidissime lector, uel negligentia, uel ignorantia in describendo CORIPPO, nisi iam ex antiquiori exemplari identidem deprauato imitationem fecerit, ut in manu scripto nostro aliquot carmina omissa, peruersaue fuerint, non pauca mutila, pleraque deprauatissime legantur. Quibus malis etsi a nobis summa cura et labore desudatum est, ut salutare aliquod remedium inueniremus, fieri id quidem multis in locis minime potuit. Mendae itaque nullius difficultatis et periculi partim ex ipsa carminum, orationisque structura, partim ex sententiae conformatae ratione, facile emendari potuerunt: aut saltem ad marginem ex coniectura emendatae scrupulum a nobis iniectum lectori significarunt. Quae uero mala nullum, aut non sine maxima difficultate, remedium sibi postulare uidebantur, ea nos omnino intacta reliquimus, alienam potius circa ipsa curationem requirentes, quam ut, ubi salutis remedium uix ullum, aut dubium est, nostram temere, (us plerique arroganter simul et impudenter id faciunt) nobis plus nimio confidentes, adhiberemus. Placuit itaque in gratiam omnium, maxime uero eorum hominum, qui minutissima quaeque in antiquis scriptoribus ad superstitionem usque rimantur, uitiata Coripp i loca, aut misere confracta, sed quibus a nobis curatio aliqua adhibita est, ad finem ipsius operis cum nostra sententia, emendationeue reiicere; periculosissima uero non alio modo intra ipsum Coripi contextum repraesentare, quam ut plane in nostro unico ma-

nu

* * * Deus omnia regna
Sub pedibus dedit esse tuis, regesque superbos
Subdidit, hostilesque manus decrescere iecit.

* * *

Illa colubrimodis Auarum gens dura capillis,
Horribilis uisu, crudisque asperrima bellis,

Im-

nu scripto exemplari leguntur. Quod si quandoque, iuuantibus bene superis, exemplar alicubi alterum reperiretur, non dubitamus, quin inde Corippi editio tum integra, tum emendatior multo in lucem publicam dari posset; sed cum hactenus in uniuersa Europa, ne de solo quidem nomine, Corippus cognitus ulli antiquariorum hominum fuerit, uix unquam, aut nulla potius spes, ipsum integrum, nedum emendatissimum, inueniendi nobis effulgere potest.

Iam quod primum omnium lectori animaduertendum circa Corippi opus uenit, est perturbatus index capitum simul cum numeris, qui statim in fronte ipsius operis ostenditur. Veruntamen hoc loci in eo tota difficultas uertitur, quod numeri primi quatuor, indicantes quatuor capita praefationis Corippi ad Iustinum Caesarem, implicati fuerint cum iis numeris, qui capita etiam primi libri ipsius poematis indicant: quorum ibi et numeri, et capita duo priora, sine dubio absunt, ut facile uidere est ex numero III. subsequenti ad ipsum indicem, ex duobusque rursus capitibus praelocutionis et inuocationis poetae ad marginem operis annotatis, etiamsi numeris ex aduerso carentibus. Quod etsi mihi plus quam certissimum sit, nihil tamen alicubi addere, nihil omnino inuertere aut immutare, animus est: quin potius omnia, ut ut sunt, ita intacta, iudicio diligentissimi lectoris relinquere. *Michael Ruizius, Assagrus Celtiber.*

2 *Sub pedibus dedit esse tuis*) *Sub fcaibus*, legebatur in exemplari manu scripto, contra carminis rationem. Sed et alibi Corippus in hoc opere eadem quasi loquendi forma usus est, ut statim *lib. I.* v. 63:

Regnaque sub uestris ueniant fortissima plantis.

Et *lib. II.* 112:

Sub quorum est pedibus Regum cruor. Ruizius.

Barth. adv. 25, 6. legit: *Sub sedes dedit ille tuas.*

4 *Illa colubrimodis Auarum gens dura capillis*) De Aua-

Imperio ſubiecta tuo, ſeruire parata,
In media ſupplex, defuſis crinibus, aula
Exorat pacem, nec fidere millibus audet
Tot, numeroſa, ſuis Romana lacesſere ſigna:
Quae toties uictos numeret per praelia Francos,
Edomitosque Getas, captos ſtratosque tyrannos,

Auaribus inter alias barbaras gentes, etiamſi multa mentio fiat in hoc Corippi poemate, non tamen qui, aut unde ſint, longa diffuſaque narratione dicam: tum, quod ego non me Corippi plenum ſcholiaſten modo agere profitear, tum uero, quod iſtae alios auctores Euagrius, *lib.* V. *Eccleſ. Hiſt.* *Abaros* (ita enim, ut plerique alii, declinat, et ſcribit) ex gente Scytharum, qui Hamaxobii, quique agros ultra Caucaſum iacentes accolunt, oriundos eſſe, narrat. Fuere uero *Auares* anno imperii Iuſtini quarto in Thraciis deuicti per Tiberium, excubitorum Comitem, qui de ipſis ampliſſimam uictoriam Conſtantinopolim reportauit, ut Victor, epiſcopus Tunnenſis in Africa, eius aetatis ſcriptor, teſtatur in *Chronicis* ad Euſebium, aliosque ſeeum auctores adiectis. Id haſtenus hoc loco, ubi primum nomen ipſorum *Auarum* occurrit, ſignificabo, ſemper in noſtro mann ſcripto exemplari per V, litteram conſonantem, non autem per B legi, ſicuti apud plerosque auctores uidere eſt. *Ruizius.*

Vid. infr. in fin. *lib.* III, *Colubrimodos capillos*, elegantter dixit hic, *contortos et complicatos colubrinum in modum.* *Rittersh.*

10 *Quae toties uictos numeret per praelia Francos*). In repoſuimus, cum legeretur, *Qui totiens uictor*: ita, ut *Quae*, ad gentem Auarum uictorias Romanas numerantem, referatur. Ceterum in noſtro exemplari, quod, ut alibi ad opus Dracontii, poetae, de *Eubrica mundi*, et ad carmina ſimul D. Eugenii, Epiſcopi Toletani, diffuſe praefati ſumus, non ex coniecturis, ſed fide plane certiſſima, conſtat ante ſeptingentos, et eo amplius, annos fuiſſe deſcriptum, ſemper *Totiens*, et *Quotiens*, aduerbia, cum *n* littera, et non *Toties*, nec *Quoties*, leguntur. Quae rurſus carmina ad finem usque huius numeri ſubſequuntur, mihi perturbatiſſime legi uidentur. *Ruizius.*

L. *Quis totiens* etc. Barth. l. c. 17, 33.

Longobardorum populos, Gepidumque feroces,
Mutua per latos inter se uulnera campos
Miscentes feritate sua, cum milite tuto
Alternas gentes domini fortuna necaret.
Pars inimicorum cecidit cum magna tuorum
Perfidia punita sua: nunc, Marte peracto,
Victores uictique *una* famulantur in aula.
Solum excellentem conscendere iussit in arcem
Te pater omnipotens, summaque in sede locauit.
Mater consilii placidis Vigilantia uestris
Semper inest oculis; quamque omni pectore gestas,
Alma

12 *Longobardorum populos, Gepidumque feroces,*) Hoc loco tantum *Gepides* ita in nostro manu scripto codice legitur, cum alias *Gypides* semper legatur. Ceterum, mutua strages inter Longobardos et Gepidas, non ea, quae iam sub Imperatore Iustiniano prius facta est cuiusque meminit Procopius, Caesariensis, *lib.* III. *de bello Gothorum*, intelligenda uidetur, sed, quae postea anno sexto imperii Iustini contigit: ubi Gepides cum Cuniemundo ipsorum Rege a Longobardis funditus sunt deleti, regiique thesauri ad Iustinum Constantinopolim perducti, ut auctor est Victor Tunnensis. *Ruz.*

18 *Victores uictique una famulantur in aula.*) Ita expleui lacunam huius uersus. possis etiam pro *una*, legere, *tua*. *Rittersh.*

21 *Mater consilii placidis Vigilantia uestris*
Semper inest oculis;) Vigilantia, mater Iustini minoris, soror quidem fuit Iustiniani Imperatoris, non autem filia, quemadmodum falso id annotatum est saepius, quam uno loco, ab Onuphrio Panuinio, uiro alioqui diligentissimo. Quod etsi liquido constat ex Corippo, qui ipsum Iustinianum auunculum aliquoties Iustini nominat, uerum ut et hoc, et nomen patris Iustini, quod ab eodem Onuphrio Panuinio memoriae prodituni non est, manifesto omnibus innotescat, libuit hic apponere ea, quae de Iustino apud Victorem Tunnensem, iam nobis superius

Alma Auguſta, tui conſors Sapientia regni.
Tu quoque, Iuſtitiae nomen de nomine ſumens,
Frena regendorum retines firmiſſima Regum.
Nominibus tribus his regitur, quodcunque mouetur.
Certatim gentes Romana ad foedera currunt:
Principe pro iuſto Romanum nomen amatur,
Subque pio domino cuncti bene uiuere quaerunt.

rius adductum, nec hactenus in lucem editum, in ipſius *Chronico* ſcripta reperiuntur; quae haec ſunt: *Iuſtinus iunior, Vigilantiae, ſororis Iuſtiniani Auguſti, filius, patre Dulciſſimo natus, cum tranquillitate populi maxima imperii ſumit ſceptra. Huius coniux Sophia, Theodorae Auguſtae nepos adſeritur.* Ruizius.

Aliquoties Corippus delicias facit in nominibus Vigilantiae et Sapientiae, tanquam bene omnatis et auſpicatis, uide infra *lib. IV, v.* 182:

— — *Vigilantia noctis*
Hoc meruit, carisque fauens Sapientia Muſis.

Harum illa fuit mater Iuſtini, Iuſtiniani ſoror: iſta uxor, eademque Theodorae filia. Eleganter autem hic *Vigilantiam* matrem conſilii uocat, et infra *huius libri, v.* 55, *rerum cuſtodem.* Quibus ex locis inter ſe collatis hunc ſententioſum conſiciemus uerſiculum:

Mater conſilii, cuſtos Vigilantia rerum.

Notum eſt illud hiſtorici: *Vigilando, agendo, res Romana creuit.* Easdem uelut Diuas ad carmen ſubminiſtrandum inuocat non minus, quam Deiparam Virginem, initio *libri primi.* Sic et in Iuſtini nomine, quod a Iuſtitia ſeu Iuſto, deriuat, felix omen ineſſe uult. Rittersh.

25 *Frena regendorum retines firmiſſima Regum*) *Retines*, repoſitum eſt a nobis, pro, *retinens.* Ruizius.

26 *Nominibus tribus his regitur*) Forte an Corippus ſcripſerat, *Numinibus.* Intelligit autem Vigilantiam, Sophiam, et Iuſtitiam, quibus omnia gubernari ueriſſime dicit. Nota res eſt, ut ſoleant poetae ex uirtutibus facere numina et deas. Rittersh.

29 *Subque pio domino cuncti bene uiuere quaerunt*) Finis enim Iuſti imperii eſt ſubiectorum ſalus. Propria definitio principatus eſt, tutela generis humani, ut egregie ſcribit Cuiac. *ad cap.*

30 Ille etiam, Solis qui se subiactat amicum,
Ardua *suspiciens* minuentis cornua Lunae,
Noctiuagosque colens astrorum consulit ignes,
Vrguetur terrore tuo, properatque superbum

In

cap. IV, cum dilecta. extr. de confirm. util. uel inutil. Saepe quoque hanc sententiam repetit Ammian. Marcell. *Nihil aliud esse imperium, nisi curam salutis alienae: finem iusti imperii utilitatem, et commodum et salutem obedientium aestimari, ut sapientes docent ac definiunt.* Vide *lib. XXV, XXIX*, et XXX. Eadem est sententia Ciceronis, quam saepe inculcat, maxime uero *lib. VIII ad Attic. ep. 11. et lib. V de republ.* uide etiam *epist. I ad Quinctum fratrem. Quin ego, si fas piumque mortalibus existimare caelestia, nullam maiorem crediderim esse Principum felicitatem, quam fecisse felices, et interfecisse inopiae, et uicisse fortunam, et dedisse homini nouum fatum*: ut inquit Lat. Pacat. Drepan. *panegyrico* ad Theodosium. *Id.*

30 *Ille etiam, Solis qui se subiactat amicum* (alumnum), Persarum Regem, Imperatoremque, acerrimum perpetuo Constantinopolitanis Imperatoribus inimicum, intelligere puto, quod et gens Solem adoraret, ipsique sacrificaret: ut docet Procopius *lib. I* et II *de bello Persico.* *Ruizius.*

Persam περσοράζειν. *Mithra* enim Persae *Solem* uocitantes, pro deo, colebant. Vid. Gyrald. *histor. deor. syntagm. VII* pag. 223. *Rittershus.*

31 *suspiciens minuentis cornua Lunae*) *Minuentis*, id est, quae minuitur, decrescit, deficit. Sic infra *lib. IV*, 91, *anni in se uoluentis uestigia* dixit. Sic *augentia* dicunt poetae, pro *iis, quae augentur.* Exempla consimilia apud Lucretium. Porro uenerationem Lunae a Persis et Turcae mutuati sunt, quam etiam in suis praeferunt insignibus. *Id.*

33 *Vrgetur terrore tuo, properatque superbum*) Legebatur in exemplari manu scripto; *Vrguetur terre, tuo*; sed pro, *terre, terrore*, omnino reponendum est. Atque hoc loco, ut alias semper, *urgeo* uerbum cum *u* littera liquida inuenitur *urgueo*; quod animaduertendum lectori uisum est. *Ruiz.*

Placet

Inclinare caput, ſubiectaque ponere colla.
Quid Libycas gentes, quid Syrtica praelia dicam,
Iam ſibris completa meis? maiora canendi
Tempus adeſt: ſenio dextram, pie, porrige, feſſo.
Tu mihi materiam dicendi carminis aptam,
Ingenium, ſtudiumque dabis. cui uincere fas eſt

Placet conſtans orthographia ueterum, quam etiam Ruizius in ſuo MSC. hic legiſſe teſtatur. *Rittersh.*

35 *Quid Lybicas gentes, quid Syrtica praelia dicam*) *Syrtica praelia*, hoc loco intelligere Coripput arbitror ea, quae apud Syrtes, loca Africae arenoſa omnino et ſiticuloſa, commiſſa ſunt: nam praeter ea bella, quae per Iuſtiniani duces in ea prouincia geſta fuerant, aliquoties etiam a Iuſtini ducibus pugnatum eſt, nec ſatis feliciter, in eadem, ubi Theodorus praefectus, Amabilis et Theoctiſtus, magiſtri militum, interfecti a *Mauris* ſuere: quemadmodum ex Victore Tunnenſi facile conſtat. *Ruizius.*

36 *Iam libris completa meis*) Innuit auctor ſe plures libros ſcripſiſſe de bello Africano Iuſtiniani, et poſt deinde Iuſtini auſpiciis geſto. *Rittersh.*

37 *ſenio dextram, pie, porrige, feſſo,*) Sic infra v. 48: *Feſſae miſerere ſenectae.* Vtrobique ſignificat Coripput, ſe iſta iam ſenem ſcripſiſſe, et quidem calamitoſum, exſutum fortunis ſuis, et uulnera paſſum. Leuationem igitur et medicinam implorat tum Imperatoris, tum Anaſtaſii Quaeſtoris, ſiue, ut nos hodie loquimur, cancellarii imperialis. *Id.*

39 *cui uincere fas eſt*) fas, δυνατὸν. Caeſ. B. G. 1, 50. *Non eſſe fas, Germanos ſuperare, ſi ante nouam lunam praelio contendiſſent.* Cic. poſt red. ad Quir. c. 7. *Huic ego homini tantum debeo, quantum hominem homini debere uix fas eſt.* Virgil. Aen. 7, 692.

Quem neque fas igni cuiquam, nec ſternere ferro.

add. Ouid. Triſt. 3, 5, 27. et 3, 12, 41. ibique illuſtris Harleſius. *Iaeg.*

Indomitas gentes, et barbara ſubdere regna,
Vince meae ſaeuam fortunae, deprecor, iram:
Vincere fortunam plus eſt, quam uincere bella.
Nudatus propriis, et uulnera plurima paſſus
Ad medicum ueni, precibus pia pectora pulſans;
Ad medicum, uerbo peſtem qui ſubmouet uno,
Et ſine compoſito medicamine uulnera curat.
Huic ego ſananti, ſi qua eſt fiducia ſeruis,
Grates ſemper ago, et pro carmine munera poſco.

42 *Vincere fortunam plus eſt, quam uincere bella.*) Ciceronis eſt ſententia, in *orat. pro M. Marcello.* *Rittersh.*

45 *ueni*) Barth. l. c. *uenio.*

46 *ad medicum, uerbo peſtem qui ſubmouet uno*) Talis re uera caeleſtis ille archiater Chriſtus. *Id.*

48 *pro munere carmina poſco*) Immo, *pro carmine munera.* Erratum librarii ut uidetur. *Id.*

Barth. l. c. — *agam et pro munere carmina paſcam.*

ITEM

ITEM PANEGYRICVM EIVSDEM 1) IN LAVDEM ANASTASII QVAESTORIS ET MAGISTRI.

SYNOPSIS.

In laudem Anaſtaſii, *quaeſtoris elocutio v. 1. II, v. 26.*

Immenſam ſiluam laudum, uir iuſte, tuarum
Adſpiciens, celſos nitor contingere ramos,
Grandiaque a ſummis decerpere poma racemis.
Sed paruus maiora peto: nec prendere poſſum
Menſuram transfuſa meam, longeque remota.
Suſpicio, mirorque uidens, et brachia tendo
Ingenii ſtudiique mei. ſtat fertilis arbor
Sacrorum in medio nemorum, pulcherrima uiſu,
Per mundi ſpatium ramos quae tendit opacos,
Fructibus omnigenis, etiam ſine tempore, plena,
Et noua maturis admiſcens germina pomis:
Cuius apex ſummi contingit ſidera caeli,
Et radix de fonte bibit, ſacrisque fluentis

Ex-

1) Voſſ. de Hiſt. Lat. 3, 3. p. m. 748. „Corippus panegyricum Iuſtini dicauit Anaſtaſio, quaeſtori et magiſtro: ut indicat praefatio operi praemiſſa. Ne fallat editio M. Ruizii, in qua id carmen haut recte panegyricus Anaſtaſii inſcribitur. Laudat quidem Corippus Anaſtaſium, ſed paucis; nec aliter, quam praefantes ſolent; nec alio fine, quam ut ſe et opus ſuum ei commendet." *Iaeg.*

4 *paruus*) Barth. 21, 2. *paruis*. *Id.*

7 *ſtat fertilis arbor*) Iconem iſtam expreſſiſſe uidetur poeta ex prophetia Danielis *cap. IV.* Prolapſam huiusmodi arborem deſcribit infr. *lib. I. v.* 228, in mentione mortis Iuſtiniani. *Rittersh.*

10 *ſine tempore*) ſine diſcrimine temporis et ὥρας. *Iaeg.*

Expandit ſatiata comas, et nubila ſupra eſt.
Arboris et fontis, ſi fas componere magnis
Parua datur, iuſtas uideor poſuiſſe figuras:
Sin aliter uidear, ueniam petit, optime Quaeſtor,
Simplicitas ignara mali. Tu fertilis arbor
Auguſto de fonte bibens; fons maximus aulae eſt
Communis benefactor herus, fons omnia ditans,
Qui tua per latas eduxit brachia terras,
Et populos ueſtra requieſcere fecit in umbra.
Hoc mihi da, de fonte bibam; tu pabula praebens,
Fons mihi dulcis aquas. Haec inter amoena libenter
Nutriar, et ueſtra ſatiatus protegar umbra,
Summe magiſtrorum, procerum decus, arbiter orbis,
Prin-

15 *ſi fas componere magnis parua datur*) *Virgilianum* ἐπιθεραπεία, *ecl. I, v.* 24: *Sic paruis componere magna ſolebam. Rittersh.*

20 *Communis benefactor herus*) Sic infra *lib. I, v.* 213; *maximus orbis communis benefactor*, et *lib. II, v.* 145. Elegantiſſima periphraſis Principis, qua is ſui officii admonetur. Huc pertinet illud Saluatoris noſtri, apud Lucam, *cap.* XXII. §. 25, οἱ ἐξουσιάζοντες αὐτῶν (τῶν ἐθνῶν) εὐεργέται καλοῦνται. *Id.*

23 *Hoc mihi da, de fonte bibam, tu pabula praebens*) Pro, *pabula*, aliquis ſciolus in manu ſcripto codice ex littera ſatis quidem antiqua, *pocula*, repoſuerat ſupra: at nobis ita, ut fuit carmen hoc, magis retinere placuit, quod ex proxime conſequenti facile confirmari poteſt. Neque tamen carmina haec aliqua difficultate carent, nata hoc loco, et aliis plerisque huius poetae, ex quadam orationis perturbatae abruptaeque ſimul breuitate, ut quae in Africanis ſcriptoribus paſſim conſpicitur. *Ruizius.*

Qui *pocula* reſcripſit, uidetur hanc ſententiam in animo habuiſſe: Da mihi, ut de fonte bibam, h. e. ut beneficiorum communis illius benefactoris particeps fiam: Tu prae-

Principis auſpicio leges et iura gubernans,
Iuſtitiae uindex, inopum pater, omnia curans
Iudiciis releuare piis, quia munera temnis,
Spernis auaritiam, fuluum quia reſpuis aurum,
Quaeſtor Anaſtaſi, quem Chriſti munere fidum
Cognouit Princeps, geminoque ornauit honore.
Felix eſt totus Iuſtino Principe mundus;
Felix haec aetas, in qua Sapientia regnat:
Felices populi, te iudice, quos facis ipſe
Sub domiſiis gaudere piis. Generaliter orbi
Quamquam prouideas, miſeri ſpecialiter Afri
In te oculos, atque ora ferunt: agit Africa grates,

Et

praebeas mihi pocula, quibus ex fonte hauriam; h. e. *media*, ut barbari loquuntur, mihi ſuppedites, et aditum mihi patefacias ad beneficentiam Principis: ille fons praebeat mihi aquas, i. e. beneficia. Barth. Adv. 21, 2. ita refingit: *tu puluis praebeas Fons mihi dulcis aquae.* *Iaeg.*

27 *Principis auſpicio leges et iura gubernans*) Praeclaris uerſibus deſcribit officium cancellarii Principis, qui *initio libri primi* dicitur etiam *compoſitor morum, iuris legumque et cuſtos iuſtitiae.* Vid. Briſſon. *ſelect. antiquit.* *Kittersh.*

29 *munera temnis*) Vt quae etiam ſapientum oculos excaecare ſoleant, teſte Ia-

piente; qua etiam de cauſſa uetat illa accipere. Et ſaluberrime conſtitutum eſt, litem perdere etiam eum, qui iudici quid dederit, ut ſecundum ſe, quamuis in bona cauſſa, pronuntiaret. Nam hunc quoque crimen contrahere et iudicem corrumpere uideri tradit Vlp. in *l. II. §. ult. D. de condict. ob. turp. cauſſ.* *Id.*

32 *geminoque ornauit honore*) Et quaeſtoris ſcilicet et magiſtri. Vtroque munere Tribonianus quoque apud Iuſtinianum functus erat. *Id.*

34 *Sapientia regnat*) Alludit ad nomen *Sophiae*, coniugis Iuſtini Imp. *Id.*

Et ueſtram iam ſentit opem, gaudetque, quod ampla
Semper Anaſtaſii referunt ſolatia ciues.
Me quoque gaudentem, Quaeſtorum maxime, redde:
Quod labor indulſit, quod feſſis prouida Muſis
Alma per inſomnes meruit Vigilantia noctes,
Hi ſacri monſtrant apices: lege, ſumme magiſter,
Et cauſſam defende meam: tibi ſanctio ueſtrum
Commendat famulum: ueſtro de fonte creatur
Riuulus iſte meus, ſub cuius nomine geſto
Principis officium. Feſſae miſerere ſenectae,
Vulneribusque meis ſolita pietate medere;
Vt grates tibi laetus agam, ſacrosque triumphos
Principis inuicti felici carmine dicam.

43 *Vigilantia*) Iunguntur et hic et alibi a noſtro poëta nomini bina epitheta; quod uitioſum eſſe tradit Seruius ad Virg. Ecl. 3, 38. et Aen. 3, 70. Verum optimos etiam auctores hanc rationem non auerſari, multis exemplis oſtendit Brouckhuſ. ad Tibull. 3, 5, 22. Et idem poëta, I. 1, 8, 17 ſq. columbae tria tribuit epitheta. *Interp.*

45 *ſanctio*) Lex eſt, et ius ipſum poſtulat, ut mei curam, tanquam ſerui ueſtri, ſuſcipiatis. *Ritterſh.*

FL. CRESCONII CORIPPI AFRICANI IN LAVDEM IVSTINI AVGVSTI MINORIS

LIBER I.

SYNOPSIS.

Praelocutio poetae de sui carminis opere, v. 1. *Invocatio poetae sapientiam deprecantis*, v. 8. *Commemorantur exhortatores huiusce carminis* v. 15. *De* Iustini *aedibus* Calinici *impulsu concitatis, et custodis ad strepitum indignantis responsis*, v. 68. VII. *Descriptio domus* Iustini, v. 96. VIII. *De conuentu et persuasione patrum pro* Iustini *regimine*, v. 114. *Comparatio* v. 123. IX. *De renuntiatione* Iustini *summam imperii renuentis*, v. 154. X. *De precibus a senatu pro imperio* Iustini *rursum oblatis*, v. 172. XI. *Felix auspicium ex gallorum cantu* Iustino Sophiaeque *coniicitur*. v. 196. XII. *De excubiis et sollicitudine domus regiae*, v. 201. XIII. *Quibus exsequiis* Iustinianus *post mortem fuerit honoratus*, v. 225. *Comparatio*, v. 228. XIV. *De affectu* Iustini *erga corpus auunculi*, v. 246. XV. Sophia *luctum flentis uiri congeminat*, v. 271. XVI. *Refert, quod uniuersum uulgus pro* Iustini *honore fama commouerit*, v. 293. XVII. *Quid circus, uel eius apparatus, significet, mirabiliter differit*, v. 311. XVIII. *Dicit hic, quis primum quadrigas iunxerit*, v. 333. XIX. *Amore* Iustiniani, *pro honore* Iustini, *populus incitatur*, v. 341.

Impe-

Imperii culmen, rerum non motibus ullis,
Non armis sumtum, non ambitione potitum,
Auspicio meliore cano. licet omnia nullus
Inclyta gestorum ualeat monumenta piorum
Ordinibus numerare suis: tamen utile seruis
Esse reor, mentem dominis aptare fidelem,
Officio quocunque datur: praecommodo linguam;
Vos diuae, date uerba, et quae Vigilantia mater,
Et quae summa regens Sapientia protegis orbem.
Vos mihi pro cunctis dicenda ad carmina Musis
Sufficitis: uos, quaeque latent arcana, monetis.
Tuque Dei Genitrix, sanctam mihi porrige dextram,
Et fer opem, quaeso: magni mihi caussa laboris
Surgit; et inualidos ad pondera tendo lacertos.
Vrguet amans Dominus, carmenque impellit adire Quae-

2 *non ambitione potitum*) Malim, *petitum*; nisi forte *potitum* παθητικῶς scripsit poeta, ut solemus etiam *adeptum* uiurpare. *Rittersh.*

6 *mentem dominis aptare fidelem officio quocunque datur*) Peccabat hic distinctio, quam sic restitui. *Id.*

8 *Vos diuae, date uerba, et quae Vigilantia mater*) *Et quae*, pro, *atque*, quod in manu scripto legebatur, reposuimus tum ratione carminis ipsius, tum etiam sententiae. *Ruizius.*

11 *quaeque latent*) Id est, *quaecunque*. *Rittersh.*

15 *Vrguet amans Dominus*) Etsi post praelocutionem et invocationem poetae ingressus huius operis nescio quid in se extraneum, planeque nouum habere uideatur, mihique ipsi saepius suspicionem ideo iniecerit, ne hoc loco aliqui uersus, anteriores fortassis, deessent: nulla tamen omnino huiusce rei uestigia in manu scripto exemplari apparent; quin immo, omnia ibidem superiora cum subsequentibus continenter cohaerent. Porro hic sub nomine *Domini*, nisi iam ad Anastasium in proximo uersu referendum sit, ipsum Iustinum Caesarem, ut

Quaestor Anastasius, sancti pars magna senatus,
Compositor morum, iuris legumque sacerdos:
Et Thomas, Libycae nutantis destina terrae,
Qui lapsam statuit, uitae spem reddidit Afris,

Paneg. Tom. Post. † Hh Pa-

ut alias passim in hoc poemate, aut aliquem fortassis alium, qui et ita uocaretur, intelligere Corippum arbitror inter ipsius carminis exhortatores. *Ruizius.*

17 *Compositor morum, iuris legumque sacerdos*) Nota titulos Anastasii Quaestoris Iustini II Imp. cuius laudibus carmen praecedens dicatum fuit. Sic *Iustitiae sacerdotes Imperatores salutat* Symmachus *lib. X, epist.* 54. Sic et Vlpian. iurisconsultos *sacerdotes Iustitiae* uocat l. I. D. *de iust. et iur.* Sic Quinctilian. *lib.* XI. I.O. *cap.* I. Seruium Sulpitium *iuris* antistitem appellat: et Gellius *lib.* XIV. N. A. *cap.* 4, *iudicem. Rittersh.*

18 *Thomas Libycae nutantis destina terrae*) Cum nullibi me legisse meminissem *destina*, animus erat, *dextera*, pro, *destina*, reponere in hoc carmine, quod omnino uitiosum esse, crederem. Interim uero admonitus a Ioanne Baptista Perezio, uiro et litteris et humanitate candidissimo, apud D. Braulionem in uita D. Isidori, *destinam* legi, ita scilicet: *Quem Deus post tot defectus Hispaniae nouissimis temporibus sustitans, credo ad instaurandam antiquorum monumenta, ne usquequaque rusticitate ueterascerem, quasi quandam apposuit destinam*: mutare plane sententiam sum coactus. Placuit itaque, *destina*, uti erat in manu scripto codice, retineri: quod nomen ex utroque loco et D. Braulionis et ipsius Corippi, si diligenter inter se conferantur, quid significet non difficile elici atque colligi potest. *Ruizius.*

Destina, uerbum rarius, nihil aliud quam *fulcrum* significat. Absque Braulione in uita Isidori, et monstratore Perezio, fuisset, iam hic pro *destina*, *dextera* legeretur, beneficio Ruizii, qui locum omnino uitiosum esse credebat, ut ipse ingenue fatetur. Sed meminisse debemus, etiam Atlantem tibicinem et *destinam* caeli elegantissime uocari ab Arnobio, *lib. II aduerf. gent.* Horum igitur imitatione et nobis *destina* regni nutantis uenuste dicetur uel Rex, uel consiliarius regius, qui auctoritate, sapientia, consilio, ac robore regnum labascens statuminat, fulcit ac sustentat, ne corruat. *Rittersh.*

Pacem compoſuit, bellum ſine milite preſſit,
Vicit conſiliis, quos nullus uicerat armis.
Nec non magnanimus, meritis et nomine Magnus,
Mente placens dominis, ſacris rationibus aptus,
Rectorum Latii diſcuſſor prouidus orbis,
Succeſſorque boni, recidiuaque gloria, Petri.
Hinc Theodulus adeſt, patria grauitate magiſter:
Hinc ſecreta ſacrae tractans Demetrius aulae.

*

Hoc loco deerat folium unum in exemplari.

Humentes oculos preſſit ſopor. Haud ſine ſummi
Numinis auſpicio reor hanc ueniſſe quietem.
Signa futurorum ſopor oſtentare bonorum
Venerat ille uiro, rerumque arcana docere.
Nondum plena quies uictos laxauerat artus,
Cum uirgo ſuperas caeli demiſſa per auras,
Adſpectu clemens, et greſſu laeta pudico,

Pur-

20 *bellum ſine milite preſſit*) compreſſit, cohibuit. Sic Claudian. de VI. Cons. Honor. v. 638. *Ianus bella premens.* *Iaeg.*

21 *Vicit conſiliis, quos nullus uicerat armis*) Nimirum multo praeſtat, ac ſatius eſt, conſilio, quam armis bellum conficere: non modo, quod maiorem mereantur laudem uires animi, quam corporis, (*ut ad Oppianum docui;*) ſed etiam, quod plurium ſaluti mórtalium illa, quam hac ratione, conſulatur. *Rittersh.*

23 *ſacris rationibus aptus*) *Rationalis*, qui rationes exigit a rectoribus totius imperii. *Id.*

26 *Theodulus*) Legebatur antea *Theodolus*. *Id.*

30 *Signa futurorum ſopor oſtentare bonorum uenerat ille*) *Amat* enim *benignitas Numinis, ſeu quod merentur homines, ſeu quod tangitur eorum affectione bis quoque artibus prodere, quae impendent*, ut ex *Herodotea* ſententia ſcribit Amm. Marcell. *lib. XXI.* c. 1. uide Caſp. Peucerum et Ioach. Camerar. de *diuinat.* poſt Ciceronem et Artemidorum. *Id.*

Purpureas uelata comas, oculisque benigna,
Quantum signa dabant, sacrae Pietatis imago,
Diuinos stetit ante pedes, dextraque coronam
Imposuit, sanctique caput diademate cinxit.
Augustoque uirum circumdans mitis amictu,
Te decet hic habitus, regnantum maxime, dixit,
Terribilis Princeps, et amabilis omnibus idem,

35 *Purpureas — comas*) Epitheton nitorem et pulchritudinem indicat nigri coloris. Sic Anacreon. 28, 10. sqq.

Γράφε δ' ἐξ ὅλης παρειῆς,
Ὑπὸ πορφυραῖσι χαίταις,
Ἐλεφάντινον μέτωπον.

Easdem paullo ante uocauerat τρίχας ἁπαλάς τε καὶ μελαίνας. Et quae ualde et splendide nigricant comae, aliquid de uiolaceo, i. e. purpureo, trahunt. Claudian. de Nupt. Hon. et Mar. v. 266. *Non crines aequant uiolae.* Interdum tamen *purpureus* pro splendido ac pulchro, etiam sine respectu coloris, accipitur. v. Voss. Inst. Or. L. 4. c. 13. n. 8. *Iaeg.*

38 *sanctique caput*) Malim *sanctumque cap.* *Id.*

41 *Terribilis Princeps, et amabilis omnibus idem,*) Vtrumque in Principe coniungi oportet: alterum sine altero aut exosum, aut contemtum reddit, et pessundat. Pertinet huc epigramma Graecum incerti auctoris εἰς ἄρχοντα, quod ex *lib.* IV *anthologi tit.* 4 εἰς εἰκόνας βασιλέων, operae pretium erit cum nostra interpretatione huc adscribere.

Μίξον μειλιχίῃ βαιὸν φόβον, ὅττι καὶ αὐτὴ
βομβήεσσα μέλισσα κορύσσεται ὀξέϊ κέντρῳ.
οὐ γάρ ἄτερ μάτιγος ἰθύνεται ἵππος ἀγήνωρ,
οὐδὲ συῶν ἀγέλη ἐπιπείθεται ἀνδρὶ νομῆϊ,
πρὶν καὶ ἐριγδούποιο καλούροπος ἦχον ἀκούσῃ.

hoc

A magno dilecte Deo, diualis origo.
En, ego laeta tuis occurro prima ſecundis,
Geſtorumque tibi felix praenuntia ueni:
Suſtulit haec nox alma patrem; fortiſſime, ſurge,
Te exſpectat, Iuſtine, dies, tu proximus heres.
Te pater omnipotens diuino ornauit honore;
Te dominum ſacrae firmauit auunculus aulae.
Quid fundis lacrimas? rerum quid gaudia defles?
Proiice triſtitiam; uiuit pater aethere, uiuit,
Et fruitur meliore die: ſuccede labori,
Atque regendarum *curas* nunc ſuſcipe rerum.
Eſt uirtus, roburque tibi, praeſtantior aetas,
Prudens conſilium, ſtabilis mens, ſancta uoluntas,
Et rerum cuſtos Vigilantia, dignaque caelo
Veſtra gubernatrix lati Sapientia mundi.
Haec ne uana putes, aut credas omina fingi,

Ac-

hoc eſt:
Fas, aliquis blandis permixtus moribus ut ſit
Terror. Apes etiam ſpiclis armantur acutis:
Nec uim fortis equi ſine flagris flectere poſſis:
Nec grex porcorum pecoris parere magiſtro
Suſtinet ante, grauis ſeuticae quam perſtrepat ictus.
Rittersh.

48 *firmauit auunculus*) Sic infra *v.* 146.

In tua iura ſuum transmiſit auunculus orbem.

et *v.* 179,

— — — — *Ipſe tenere*
Sceptra tuus moriens te iuſſit auunculus ore.

Iuſtinianus imperii ſucceſſorem ſibi deſignarat Iuſtinum, ſororis ſuae Vigilantiae et Dulciſſimi filium, quem adoptauerat ſibi in locum filii, ſicut ipſe antea a Iuſtino I. adoptatus fuerat. *Id.*

52 *Atque regendarum curas nunc ſuſcipe rerum*) *Curas* nos repoſuimus, pro, *ſudores*, quod minus congrueret rationi carminis atque ſententiae: niſi alicui potius *nunc* expungendum uideatur. Quin et Corippus hoc loquendi modo utitur inferius *lib.* II, v. 205. *Ruizius.*

53 *Eſt uirtus*) Legebatur ultioſe, *et... Rittersh.*

57 *credas omnia fingi*) Sine

Accelera: manifeſta loquor: tibi ſeruiet orbis,
Fortia uirtutum miratus facta tuarum.
Quisquis erit ueſtrae, *per ſe* cadet, inuidus aulae,
Afficietque uiros legum pius enſis iniquos.
Barbara Romanos augebunt bella triumphos,
Regnaque ſub ueſtris uenient fortiſſima plantis.
Ecce, tuae proceres pulſantes limina portae
Iuſtinum Sophiamque rogant ſuccedere patri.
Dixerat haec uirgo, placidus cum lumina ſomnus
Deſeruit, purisque uolans ſe miſcuit auris.
Et iam crebra manus ueloci concita pulſu
Limina quaſſabat ductis munita *catenis*.
Ad ſtrepitum cuſtos, cura eſt cui clauſtra tueri,
Sic ait indignans: quisnam temerarius hic eſt,
Qui placidos audet dominorum rumpere ſomnos
Tempore, quo dulcem nox intempeſta quietem
Ingerit, et membro ſopor eſt gratiſſimus omni?
Si te fida manet dominorum cura tuorum,

Sine dubio reponendum, *nunc. omina fingi*: adſtipulante illuſtri Heinſio ad Sabin. Epiſt. 3, 82. Verum de crebra hac permutatione conf. Carrion. in Val. Flacc. L. 1. v. 231, et Ioſ. Mercer. ad Ariſtaenet. L. I. ep. 3. *Vouck.*

59 *miratus*) Legebatur, *miratur*. *Rittersh.*

60 *per ſe*) Legebatur, *prae ſe*. *Id.*

61 *uiros legum — iniquos*) Similiter illi dictum, *iuris religioſus*, uel *religioſiſſimus*; quae eſt laus Imperatoris Marci apud Papinianum, *l.* LXVII, §. *ult. D. De legat.* 2 et Iuſtinianum, in *prooem. Inſtitut.* *Id.*

66 *Dixerat haec uirgo*) Pietas. Nam quod Mariam adſcripſerant, non probo. *Id.*

69 *Limina quaſſabat ductis munita catenis*) Cum ad finem huius uerſus imperfecte *cae* tantum legeretur in manu ſcripto, nos, *catenis*, ex coniectura ſuperaddidimus. *Ruizius.*

75 *Si te fida manet*) Rectius foret: *Si tibi f. m.* *Iaeg.*

Surge, *eia*, Calinicus ait. Mox agnita uox eſt;
Ante fores domini Calinicum nuntiat eſſe:
Auſpicium felix illo de nomine cepit.
Proſperitas ea prima fuit, fortunaque rerum.
Tempora defeſſo renouans felicia mundo,
Quod primum ad limen bona tunc uictoria uenit,
Orbis in Auguſtam dominos ut duceret aulam.

Hoc

76 *Surge, eia, Calinicus ait*) Interpoſui τὸ *eia*, quo ſine claudicabat uerſus. *Rittersh.*

78 *Auſpicium felix illo de nomine cepit*) Calinici nempe, quo bona uictoria ſignificaretur; ut mox ſequitur. Verſus autem cauſſa *Calinicum* dicit pro *Callinico*. Nam ſic Graeci conſtanter καλλίνικος: non καλίνικος. Notum ex antiquitate, ſolitos boni ominis cauſſa, citationem nominum ordiri ab iis, quae bene auſpicata eſſent. Ita nimirum undiquaque omina colligebant. Porro hunc Callinicum iam ſenem fuiſſe et patricium ſeu patrem Principis conſtat ex *fine libri* IV:

Patricius, ſenio fulgens Calinicus honoro,
Qui pater imperii meruit iam factus haberi.

Vbi de hac dignitate pauca notabo. Illud hic inſuper operae pretium fuerit obſeruare: in faustis acclamationibus et gratulationibus Imperatores a populo ſalutatos atque appellatos fuiſſe καλλινίκους. Hinc ueterea gloſſae: *Inuictiſſimus* καλλίνικος; et *Archilochus*: Καλλίνικε χαῖρ' ἄναξ ἡράκλεης. Quo reſpexit opinor Suidas: καλλίνικος, ὁ ἡρακλῆς. Idemque epitheton eidem Herculi tribuitur in uetere epigrammate, quod domui ſuae quidam praeſcripſerat.

Ὁ τοῦ Διὸς παῖς καλλίνικος ἡράκλεης
ἐνθάδε κατοικεῖ. μηδὲν εἰσίτω κακόν.

Deum nempe tutelarem praeſcribebant auerruncatorem illum malorum totius orbis, ne quid mali ſua limina intraret. Cum autem herum illius domus hominem improbum eſſe conſtaret, feſtiue illum luſit Diogenes Cynicus: *quomodo ergo*, inquit, *fas erit, dominum ingredi ſuam domum, ſi nihil mali intrare debet?* exſtat apud Theodoret. oratione *de prouidentia*. *Rittersh.*

Hoc nomen ſors laeta tibi, Calinice, dicauit;
Pro meritis uir clare tuis: factusque miniſter
Tanti conſilii, (licet haec Deus omnia fecit,)
Tu quoque cum dominis, quoniam ſic mente fideli
Vixiſti, uiuesque, tuis, mercede laborum
Aeternam famam, laudemque et nomen habebis.
Fit iuſſis mora nulla Dei: mox clauſtra reſoluens
Ianitor excelſam ſtridenti cardine portam
Imperio reſerauit heri. Iam uiſio certum
Fecerat illa uirum, dulcesque a pectore ſomnos
Expulerat, curaeque altae pia corda mouebant.
Vt latae patuere fores, ſubit ampla Senatus
Atria, et aurati ſubter faſtigia tecti
Corripuit feſtinus iter, monſtrante miniſtro.
Eſt domus interior tectorum in parte ſuperna,
Luce ſua radians, et aperto libera caelo,
Conſpicuo uitrei ſplendens fulgore metalli:
Dicere ſi fas eſt, rutili non indiga Solis,
Vel Solis dicenda domus; gratiſſima uiſu,
Et facie miranda loci. Pars proſpicit una

85 *licet haec Deus omnia fecit*) Sic infra, *v.* 182:

Pro te Deus omnia fecit,
Quae fieri uoluit.
Id.

Addendum eſt hoc exemplum τοῦ *licet* cum indicatiuo poſiti iis, quae ex Iureconſultorum libris adfert Voſſ. de Conſtr. c. 67. *Iaeg.*

86 *mercede*) i. e. *pro mercede*. Barth. adv. L. 34. c. 3.

91 *uiſio*) Somnium illud, de quo ſupra, mox v. 114, uocat *oſtenſa*. *Rittersh.*

94 *Vt*) Legebatur, *et*. *Id.*

98 *Luce ſua radians*) *Manaſſes* in *Annal.* „Quam ſplendidus ac magnificus fuerit, indicio eſt aurea domus in regia Gratiarum elegantia fulgoris, et omni ex parte quaſi radians.„ *Id.*

Mox pro *et ap.* l. *ut ap.* Barth. l. c.

102 *Et facie miranda loci*) In manu ſcripto erat, *et facie mira loci*. *Ruizius.*

Immenſum pelagus ; pars reſpicit altera portum,
Portum, quem geminae complexant brachia ripae
Moenibus appoſitis, rapidos contemnere uentos
Et faciunt, praebentque ſalum ſtatione quietum,
Aequoreos franguntobiecto marmore fluctus,
Et prohibent refluas anguſtis faucibus undas.
Gratior ille fuit dominis locus, unde ſolebant
Vndiuagum ſpectare fretum, curuasque carinas
Omnia uectantes gemini commercia mundi.
Illic e ſtratis conſurgens impiger altis
Electus Princeps ſecreta in parte ſedebat,
Atque oſtenſa ſibi carae referebat amanti.
Dum loquitur, penſatque pia cum coniuge curas,
Limina ſacra patres deiectis uultibus intrant:
(Ille habitus caſum ſignis monſtrauit apertis.)
Sur-

110 *Vndiuagum ſpectare fretum*) In *Spec. Crit.* p. 16. tentabam, *u. ſp. ferum.* Et ſic ſane *fluctiuagam praedam* Sedulius dixit L. 5. v. 395. *Feras* autem uocari belluas marinas, praeter Ouidii et Pedonis Albinouani loca, docet etiam Claudianus, cuius mihi indicium Amicus fecit, *de Nupt. Honor. et Mar.* v. 160.

Nec non et uariis uectae Nereides ibant,
Audito rumore, feris. — —

Sedulius, L. 1. v. 178. de Iona, quem cetus deuorauerat, *tutusque in uentre ferino:* ubi v. Cellar. Vel ſic tamen nihil nunc in Corippo mutari uelim. Ita enim et L. 2. v. 327. *Fluctiuagum pelagus, quod tempeſtate mouetur,* Althelm. *de l. uirg.* ſub init: *Sic quoque fluctiuagi refrenas caerula ponti.* Et v. 1082.

Turgida fluctiuagis ſopiuit caerula campis.

Fortunat. *de uita Martini*, L. 4. v. 1.

Poſt mare fluctiuagum repetens ad litora portum.
Vonck.

111 *gemini — mundi*) Orientis et Occidentis. Claudian. Ruf. 2, 152. *geminum caeli axem*, et de Laud. Stilich. 2, 59. *geminos axes* dixit.
Iaeg.

Surrexere citi, uerbisque in ſede relictis,
Ad medios uenere locos. Quid fertis, amici?
Cur triſtes? Iuſtinus ait. Pater inclytus orbis
Occidit, an uiuit? Magno tunc regia fletu
Ingemuit; gemitus uno Calinicus ademit
Ora premens digito, dextraque ſilentia fecit.

120 *Cur triſtes? Iuſtinus ait. Pater inclytus orbis*) *Pater*, hoc loco pro, *par*, repoſitum. *Ruiz.*

Sic v. 167:

—— *Patrem res publica perdit et orbis.*

Illuſtris laus principis, dici patrem orbis. Sic Horatius: *Pater urbium ſubſcribi ſtatuis.* Sic Auguſtus: *Pater patriae dictus*, et, quod maius ac glorioſius eſt, libera adhuc re publica, Cicero. Notus in hanc rem Iuuenalis uerſus. Quem quidem titulum, *Patris patriae*, Traianus pro ſua modeſtia recuſauit, tributum ſibi a ſenatu: unde ei *ſoli omnium contigit, ut pater patriae eſſet, ante, quam fieret*: ut argute de eo dixit Plinius in *paneg.* in quo idem uenuſte Imperatorem nunc uocat *parentem generis humani*, nunc *publicum parentem*, nunc *communem* omnium parentem; honoris potius quam imperii cauſſa, ut ipſi, tanquam patres, ſubiectos admonerent, ut filios, et ciues principes tanquam parentes obſeruarent. Seneca I *de element.* *cap.* 14: *Patrem quidem patriae appellamus Principem, ut ſciat, datam ſibi poteſtatem patriam, quae eſt temperatiſſima, liberis conſulens, ſuaque poſt illos ponens. Rittersh.*

123 *dextraque ſilentia fecit*) Mos priſcus oratorum, ut orationes habituri quaſſata manu ſibi facerent ad populum audientiam. Sic infra *lib.* II, *v.* 325.

Inde dato populi fecere ſilentia ſigno.

Sic ſaepe in *actis Apoſtolicis* de Paullo, ut *cap.* XIII, 16: ἀναστὰς δὲ Παῦλος, καὶ κατασείσας τῇ χειρὶ εἶπεν. ut *cap.* XIX, 33. de Alexandro: κατασείσας τὴν χεῖρα, ἤθελεν ἀπολογεῖσθαι τῷ δήμῳ. ut *cap.* XXI, 40, de Paullo: ὁ Παῦλος ἑστὰς ἐπὶ τῶν ἀναβαθμῶν κατέσεισε τῇ χειρὶ τῷ λαῷ· πολλῆς δὲ σιγῆς γενομένης, προσεφώνησε cet. Item *cap.* XXVI, 1: τότε ὁ Παῦλος

Aggere non aliter quam uicto flumen inundans
In latos erumpit agros, ſi cautior illic
Marginibus ſparſas erectis colligat undas
Agricola, in ſeſe refluus reuocabitur amnis,
Praecipites frenantur aquae, redit impetus omnis,
Et clauſi bibula riui minuuntur arena.
Romanum imperium, patri dum uita manebat,
Veſtris conſiliis, ueſtrisque laboribus auctum,
Et plebi notum eſt, et nos cum plebe fatemur.
Auguſtum, Iuſtine, genus; te Principe dignum,
Te dominum ſacrae quis non praedixerit aulae?
Cum magni regeres diuina palatia patris,
Par exſtans curis, ſolo diademate diſpar,
Ordine pro rerum uocitatus cura palati:

Diſpo-

λος ἀπελογεῖτο, ἐκτείνας τὴν χεῖρα. *Id.*

130 *patris*) Reſcribendum cum Barth. 34, 21. *patri. Iaeg.*

133 *Auguſtum, Iuſtine, genus, te Principe dignum,*) Sic diſtinxi, cum eſſet antea: *genus te Principe dignum.* *Rittersh.*

136 *diademate*) Vide ciuis mei doctiſſimi, Georgii Laurentii Hausfrizii, *de Caeſare deſignato ſucceſſore imperii antiqui* commentarium, *Norimbergae*, CIↃIↃCCXXXVII, 4. pag. 61. *ſeqq.* *Goetz.*

137 *Ordine pro rerum uocitatus cura palati*) Iuſtinus enim, ut conſtat ex Ioanne Zonara, apud auunculum Iuſtinianum ſummam curae palatii dignitatem, quam *Curopalatem*, ex Latino factum nomen, Graeci uocant, obtinebat. Cui poſtea Caeſari iam de more appellato, Baduarius, eius gener, in eadem dignitate ſucceſſit, ut manifeſto patet inferius, *lib.* II, *v.* 285:

— — *Factus mox cura palati eſt.* *Ruizius.*

Vbi de *Baduario*, *Iuſtini* genero, et in hoc officio ſucceſſore. *Curopalatem* uocant recentiores hiſtorici Graecorum. Apud Phothium *biblioth.* nullius maior gloria quam *Curopalatae*. *Curopalatam* ante pedes regios primum inceſſiſſe inter numeroſa obſequia, uirga aurea decoratum, refert Caſſiodorus, *lib.* VII. *uariar.* Dicebantur etiam μέγας δομέ-

στικος,

Diſpoſitu iam Caeſar eras. Cum ſceptra teneret
Fortis adhuc ſenior, regni tu ſumma regebas
Conſilio moderata graui. Nil ille peregit
Te ſine, magnanimus ſeu fortia bella moueret,
Foedera ſeu pacis cum uictis uictor iniret.
Nunc idem genitor laetus, plenusque dierum,
Funere felici caeleſtia regna petiuit,
Te ſucceſſorem ſtatuens ſibi; *ſuſcipe* gaudens,

In

σικος, ut offendit Codinus in ſua *cura et regeſto palatii*. Apud *Francogallos* praefecti palatii et maiores domus uocabantur. *Rittersh.*

Baronius ſcribit, Corippum, qui Iuſtini laudes cecinit, docere, hunc iam antea dictum fuiſſe Caeſarem. *Te Dom.* etc. *Te ſine* etc. Verum Corippus tantum indicat, Curopalat. dignitatem, utpote Imperatoriae proximam, quam uiuente Iuſtiniano obtinebat Iuſtinus, omen ei fuiſſe imperii; nec ullus umquam ueterum, Iuſtinum ante imperium Caeſarem renuntiatum eſſe, aſſeruit. Imo Corippus ſollemnes ritus inaugurationis eius deſcribit, et non niſi exſtincto Iuſtiniano illum Imperatorem fuiſſe indicat. *Pagi*, Crit. in Annal. Baron. t. 2. p. 635.

138 *Diſpoſitu iam Caeſar eras.*) *Diſpotu*, legebatur uitioſe in manu ſcripto codice. *Ruizius.*

139 *regni ſumma*) Dixi de huiusmodi formulis ad Symmachum. Tale eſt, quod dicit infr. *lib.* III, *v.* 318:

— — *Ignauae mentis deformia.* *Rittersh.*

140 *Nil ille peregit te ſine*) Elegans formula, qua et alii uſi auctores. Q. Curt. *lib.* VII, *cap.* 2, *n.* 33, de Parmenione et Alexandro: *Multa ſine rege proſpere; rex ſine illo nihil magnae rei geſſerat.* *Id.*

141 *magnanimus*) Barth. l. c. *magnanimis.*

143 *plenusque dierum*) Sic in Sacris litteris ſaepe ſenes *ſaturi dierum* dicuntur. Praeclare Varro περι γηρως apud Nonium: *Sic inuitata matura anima corporeum corticem facile relinquit.* *Rittersh.*

145 *ſuſcipe gaudens,*) Ita repoſui pro, *ſuſpice*, quae duo ſibi ſaepe inuicem obrepſerunt perperam, tam in aliis ſcriptoribus, quam in ipſo Corippo. *Id.*

In tua iura ſuum transmiſit auunculus orbem.
Non te cognatum ſanctiſſimus ille putauit,
Sed genitum: te iura uocant, te ſuſtinet aula.
Tu decus imperii, lumen, uirtusque, Latini;
In te noſtra ſalus, in te ſpes noſtra reſurgit.
Oramus, concede tuis, ſuccede parenti,
Rumpe moras, cape dona Dei, ſceptrisque paternis
Vtere, et Auguſtum, quod defuit, accipe nomen.
Talibus *orabat* ſacras uir fidus in aures,
Hortans, et rerum dominis cunctantibus inſtans;
Conſenſusque ſui manifeſtans uota Senatus
Creber adorabat dominos, et poplite flexo
Plurima diuinis ſupplex dabat oſcula plantis,
Verbaque narrantis tacite firmabat amici.

Ipſe

154 *Talibus orabat ſacras uir fidus in aures*) *Orabat*, hic, pro, *ornabat*, reſtitutum. *Ruizius.*

157 *Creuerat*, *orabat*) Reſcr. cum Barth. l. c. *creber ador.* *Iaeg.*

158 *Plurima diuinis ſupplex dabat oſcula plantis*) Perſarum hic mos fuit, ſuorum regum (quos *Magos* uocabant,) pedibus aduolui pronos, et oſcula figere: quam προσκύνησιν Seneca, *Perſicam ſeruitutem*, uocat, *lib.* II. *de benefic. cap.* 12, et *lib.* III. *de ira cap.* 17. uide Barn. Briſſon. *de regio Perſarum principatu.* Ab his poſtea ad alios quoque manauit idem ritus oſculandi pedes. Hinc c. Caeſar gratias agenti Pompeio pro donata ſibi uita, ſiniſtrum pedem ad oſculandum porrexit, ut eſt apud Senec. *d. loco.* Caligula autem et Diocletianus etiam edicto ſanxerunt, ut omnes, ſine diſcrimine generis, proſtrati, pedes ſibi exoſcularentur. Quanto humanius Traianus, qui huiusmodi ſibi honores deferri paſſus non eſt: *Non tu ciuium amplexus ad pedes tuos deprimis; nec oſculum manu reddis,* inquit de eo Plinius, *panegyr. cap.* XXIV, 2. Quanto item humanius Petrus Apoſtolus, cui cum ſe Cornelius centurio, ſupplex ac uenerabundus, ad pedes abiecisset, *ſurge*, inquit, *ego quoque homo ſum.* Actor. X, 26. *Rittersh.*

Ipſe autem patris concuſſus ſorte beati
Sceptra recuſabat lacrimans, largoque rigabat
Imbre genas, fletuſque uiri ueſtesque madebant;
Tantus amor ſenioris erat. Deſiſtite, dixit;
Duram rem petitis, fruſtraque inſtatis, amici.
Ergo ſuperpoſita caput hoc ornabo corona,
Quando Iuſtinum triſtem decet eſſe per orbem?
Flere libet: patrem res publica perdit et orbis,
Non dominum... Quem non hominem pietate benigna
Continuit, fouit, monuit, nutriuit, amauit?
Et tamen innocuo plures uoluere nocere.
Non caret inuidia regni locus: ibo paternas
Triſtis in exſequias, regalia ſigna recuſo.

Talia dicentis pedibus proſtrata, iacensque
Omnis turba ſimul, pius es, miſerere, perorat,
Supplicibus, uir ſancte, tuis, ſuccurre periclis.
Omnia mox, ueniente die, periiſſe uidebis,
Si uacuam uulgus ſine Principe ſenſerit aulam.
Quantumcunque boni moueat dilectio patris,
Non

162 *fletus*) Forte, *pectus*, aut, *uultus*. *Ruizius.*

aut *lectus*. Barth. l. c.

169 *amauit? Et tamen innocuo plures uoluere nocere*) Sic diſtinxi, et interrogationis notam, alieno loco poſitam poſt *nocere*, transtuli in anteriorem. Nota elegans antitheton, *innocuo nocere*. Bis nocet peccatque, quisquis innocuo nocet uiro. Sic Iuſtinianus ipſe in oratione ad Calinicum, quam morti uicinus habuit, infr. *lib.* IV, v. 348 ſignificat, ſe habuiſſe aemulos et nocendi cupidos.

——— *Qui nocuere, nocebit.* *Rittersh.*

171 *Non caret inuidia regni locus*) Ἐπίφθονον ἡ βασιλεία. *Id.*

174 *miſerere — ſupplicibus*) Sic infra etiam L. 2, 402. et 3, 348. *Laeg.*

Non ſit amor patriae patrio minor: ipſe tenere
Sceptra tuus moriens te iuſſit auunculus ore.
Adſpice, quanta fuit noſtrae ſimul urbis et orbis
Prouida cura ſeni. Pro te DEVS omnia fecit,
Quae fieri uoluit. Solium conſcende paternum,
Et rege ſubiectum, Princeps fortiſſime, mundum.
Aurea naſcetur uobis regnantibus aetas;
Nec mutans dominos Romana uidebitur aula.
Vocibus his flexus ceſſit tandem: itur in arcem,
Obſequio comitante patrum: gratiſſima coniux

Sub-

179 *Non ſit amor patriae patrio minor*) Sed potius maior: cum *omnes omnium caritates una complectatur patria*, teſte Cicerone, *de offic. lib. I, cap.* 17. Et *plurima beneficia continet patria, et eſt antiquior parens, cui maior quam parenti debetur gratia*, ut idem ſcribit in I. *de rep.* Idemque ad Att. *lib. IX, ep.* 7. *patriam* uocat *antiquiſſimam et ſanctiſſimam parentem*. Et *Philippica V: An poteſt cognatio propior eſſe quam patria, in qua etiam parentes continentur*? Varro quoque in *L. Maenia*, ait: *Culpam eſſe in eo, qui patriam, maiorem parentem, exſtinguit.* Ambobus praeiuit Plato, cuius haec ſunt in *Critone*: Ὅτι μητρός τε καὶ πατρὸς καὶ τῶν ἄλλων προγόνων ἁπάντων τιμιώτερον ἐστὶ πατρὶς, καὶ σεμνότερον καὶ ἁγιώτερον, καὶ ἐν μείζονι μοίρᾳ καὶ παρὰ θεοῖς καὶ παρὰ ἀνθρώποις τοῖς νοῦν ἔχουσι. καὶ σέβεσθαι δεῖ, καὶ μᾶλλον ὑπείκειν καὶ θωπεύειν πατρίδα χαλεπαίνουσαν ἢ πατέρα cet. Hinc apud Romanos, ſi filius patrem, qui ad patriam delendam ueniſſet, occidiſſet, non ſolum ſcelere uacabat, uerum etiam praemio dignus iudicabatur: et occiſus ob hanc cauſſam non lugebatur: teſte Marcello, *in l.* XXXV, *minime ff. de relig.* et *ſumt. fun.*

Rittersh.

181 *quanta fuit)* pro *fuerit*, more Graecorum. v. Vechner. 1, 2, 36. p. m. 386. ſq. *Iaeg.*

186 *mutans — uidebitur*) pro *mutare uid.* v. Vechner. l. c. p. 359. *Id.*

Subſequitur, non tunc ſolito ſtipata tumultu.
Incedunt media ſecuram nocte per urbem
Fronte parum laeti, quamuis (gaudente ſenatu)
Imperium peterent: quamquam omnia tuta uiderent.
Diuinis animis inerat dolor illè parentis,
Ante pios oculos mitis uerſatur imago;
Illa monet mentem, penitusque in pectore utroque
Indiuiſa manens pia Numina numine complet.
Limen ut Auguſtae ſacro pede contigit aulae,
Omnia gallorum ſtrepuerunt culmina cantu:
Exactam noctem primi ſenſere uolucres,
Et laetum cecinere diem, alarumque dedere
Plauſibus aſſiduis, et acuta uoce, fauorem.
Excubiae primum, quae ſumma palatia ſeruant,
Imperium felix dominis intrantibus optant;
Et cunctos aditus armato militè uallant,
Ne quis in Auguſtam contrarius audeat aulam
Infenſum conferre pedem. deuotio tanta,
Atque hominum cautela fuit, ſollersque bonorum
Sollicitudo patrum. Nam quis tentaret obeſſe,
Quum

195 *monet)* Forte, *monet.* *Ruizius.*

201 *fauorem)* v. Paneg. Incerti Conſtantino dictum, c. 19, 7. et Nazar. c. 30, 4. et infra L. 4. v. 63. ibique Rittershuſ. *Iaeg.*

206 A Corippo, ni fallor, uenerat:

Infenſum conferre pedem;
(deuotio tanta,
Atque hominum cautela fuit,
ſollersque bonorum
Sollicitudo patrum,) neu quis
tentaret obeſſe,
Quum Deus imperium ſancto
iam dixerat ore
Iuſtino, Sophiaeque datum. - -

Semper τὸ *nam* antecedentium rationem innuit. Hic uero ut prioribus cohaereat, nec Lynceus forte uiderit. Ego certe ſtuporem meum lubens profiteor. *Vonck.*

Quum Deus imperium ſancto iam dixerat ore
Iuſtino, Sophiaeque datum, muroque potenti
Cinxerat, atque armis totam caeleſtibus aulam.
Omnia diſponens muniuit prouidus arcem
Tiberius, domini ſemper cui maxima cura
Vtilitatis erat: namque illum maximus orbis
Communis benefactor alens, et ab ubere matris
Suſcipiens primis puerum praelegit ab annis;
Vtque pater genitum nutriuit, fouit, amauit,
Paullatimque uirum ſumma in faſtigia duxit.
Hinc *etiam* iuuenis tota uirtute laborans
Pro rerum dominis, animam uitamque periclis
Non dubitat praebere ſuam: uigilatque, fidemque
Exhibet, et ſummum meruit dominantis amorem.
Hic bene ſuſcepti primordia proſpera regni
Diſcre-

209 *dixerat ore*) Vt ſupra v. 180:
— — *iuſſit auunculus ore.*
Παρέλκον etiam Virgilio uſurpatum. *Rittersh.*

210 *Iuſtino Sophiaeque datum, muroque potenti*) *Datum*, pro *dare*, repoſitum neceſſario eſt in hoc uerſu. Ceterum aliquot ipſi anteriores et poſteriores mihi non ſatis inter ſe congruere uidentur, carereue difficultate nec minima. *Ruizius.*

211 *atque*) Antea legebatur, *at*. *Rittersh.*

213 *Tiberius, domini ſemper cui maxima cura utilitatis erat*) Tiberius, de quo etiam Corippus infra *lib.* IV, v. 374:
— — *ſacrae domino gratiſſimus aulae,*
adoptatus a Iuſtino, et comes excubitorum palatii fuit, cui etiam ſingulas prouincias gubernandas commiſit, et tandem in uita adhuc ipſius Iuſtini Caeſar, et poſt mortem, Imperator appellatus: quemadmodum haec omnia conſtant ex Ioan. Zonara. *tom.* III, et *Abbate Biclarenſi*. Idem Euagr. *lib.* V. *cap.* 17, Paull. Diacon. *lib.* XVIII. *Rittersh.* et *Ruizius.*

215 *Communis benefactor*) i. e. Princeps εὐεργέτης, ut infr. *lib.* II, v. 145. *Rittersh.*

219 *etiam*) Legebatur, *eſt*. *Ruizius.*

Discreta ratione *notans*, properare fideles
Vrguebat famulos, et cuncta parare iubebat.
Aurato interea corpus sublime feretro
Impositum turba famulorum flente iacebat,
Et flentum lacrimis iustus dolor ora rigabat.
Arbor uti mediis, auibus gratissima, campis,
Annis uicta cadens, antiquum robur opacis
Seruat adhuc foliis, et corpore fusa supino
Languida per latas expandit brachia terras;
At circum querulae uolitantque, sedentque uolucres,
Maerentesque dolent sedem cecidisse priorem,
Et quaerenda nouis arbor placet altera nidis:
Sic suprema suae seruans insignia uitae
Iustinianus *erat*, non mutans morte colorem,
Sed solito candore nitens; quia uicerat orbem,
Mors uenerànda uiri signis monstrauit apertis.
Ipse uidebatur cunctis plangentibus unus
Effigie gaudere pia, diademate comtus,
Purpureaque in ueste iacens requiescere somno

224 *notans*) Forte quoque, *uolens*, aut, *uidens*; nam antea legebatur *uocans*. *Id.*

237 deest h. l. fortassis *erat*. *Ruizius.*

238 *quia uicerat orbem*) Ruiz. ed. habet *uicerit*. F. pro *quia* legendum *qui*, et pro *uiri* mox *uirum*. Potest tamen, et rectius quidem, *quia* capi pro *quod*, ὅτι; et tunc praefero τὸ *uicerit*. *Mors* est *cadauer*, ut apud Cic. pro Mil. c. 32. et Plin. H. N. L. 14. c. 19. f. 23. Sensus itaque est: *Veneranda mortui facies aperte ostendit uictorem orbis. Iaeg.*

242 *Purpureaque in ueste iacens*) Cadauera, postquam eluta erant, uestiebantur. Paullus, *in l. IX ff. de in rem uerso*: *Filiusfamilias togam emit. mortuo deinde eo, pater ignorans et putans suam esse, dedicauit eam in funus eius.* ubi *togam in funus alicuius dedicare*, nihil aliud est, *quam in id dare, ut ea*

Credere quod *posses*, non duro funere, corpus.
Haud, reor, immerito sic laetus et ore benignus
Ille foret moriens, nisi mens sibi conscia recti,
In caelum properans, securos linqueret artus,
Et *tutum* imperium firmato herede locaret.
Huc ubi magnanimus sacra cum coniuge uenit,
Cara per exanimum circumdans brachia corpus,
Cum lacrimis Iustinus ait: Lux urbis et orbis,
Iustiniane pater, dilectam deseris aulam?
Cognatos, famulos, et *tantos* linquis alumnos?

Con-

ea morituus inuoluatur. uid. Kirchmann. *de funerib. Roman. lib. I, cap.* 10, Ioan. Meurs. *de funere, cap.* 4, et Ioan. Gutherium *de iure manium.* *Rittersh.*

243 *Credere quod posses)* Legebatur antea, *possis. Id.*

247 *Et tutum)* Sic repositi pro, *totum. Id.*

250 *Lux urbis et orbis)* Sic *lib.* III, *v.* 79,

— — — *spes urbis et orbis*

uocatur Iustinus, ut hic Iustinianus. *Idem.*

252 *Cognatos, famulos, et tantos linquis alumnos)* *Cunctos*, pro, *tantos*, in hoc uersu non iniuria fortasse reposuimus: nisi iam Corippi saeculo, quo Latina lingua in barbariem praecipitabatur, (uti et eodem nomine quantitatis ex frequenti sacrae scripturae usu et auctoritate hodie Hispani, Itali, Gallique, uulgari nostro sermone abutimur) aliquid concedendum fuerit. *Ruizius.*

Nihil opus mutatione Ruizii, qui legit *cunctos*. Aut retinendum, *tantos*, id est, *tot alumnos*, ut infr. *lib.* II, *v.* 368. *Tantis*, pro, *tot chartis*. Aut, si quid omnino mutandum, malim, *caros*. *Rittersh.*

Ruizius perperam mutat. Vide Cunr. Rittershus. ad Gunther. L. 4. v. 373. adde Barth. *in aduersar.* Hauercamp. ad *Tertull. Apolog.* Cap. 1. p. 8. 13. Claudian. L. 1. *de laude Stilic.* v. 170.

Arebant tantis epoti millibus amnes.

Iscan. L. 6. v. 627.

Hyblaeas si secter apes, tot uulnera, tantas
Haud tamen expediam caedes: numquam ante Machaon
Pluribus, aut tantis eguit Podalirius herbis.

Pseudo-Dictys. *de Bell. Tr.* L. 1. c. 6. *Non se ignorare ait, quantis mortalibus tam atrox facinus indignationem incuteret.* Non audiendi, qui ibi *quantam* substituunt. *Vonck.*

Contemnis terras? feſſo non proſpicis orbi?
En *Auares*, Francique truces, Gypidesque, Getaeque,
Totque aliae gentes, commotis undique ſignis,
Bella mouent! qua ui tantos ſuperabimus hoſtes,
Quum uirtus Romana iacet? Haec patris amore
Verba loquebatur lacrimans: nam pectore toto
Bellorum iam cura fuit. Iam ſigna, ducesque
Diſpoſiti, claſſes, acies, exercitus, arma,
Conſilio moderata nouo, taciteque parata.
Iuſtini nutu gentes et regna tremiſcunt:
Omnia terrificat rigidus uigor. Hic pietatem
Oſtendit natura ſuam, iuſtumque dolorem
Diuinis animis nulli euitabilis auxit
Carnis conditio, cunctis mortalibus aequa:
Hic pietas laudanda uiri eſt, ſemperque canenda.
Dicite, quis hominum lacrimis ita poſſit amaris
Flere ſenis mortem? Regni ſucceſſor et heres
Imperat, et dolet: imperium proferre parenti
Mallet, quam regni ſolium, quam ſceptra tenere.
Nec minus imperii gratum patrem inclyta conſors
Flebat, et humanam ſortem pietate dolebat.
Exſequiis adicit ſolito plus dona paternis,
Ireque contractas denſo iubet agmine turbas:
Et tulit intextam pretioſo murice ueſtem,
Iuſtinianorum ſeries ubi tota laborum

254 *Auares*) Al. *Arabes*. *Ruizius*.
274 *adicit*) pro *adiicit*, extrito uno I, ut in omnibus compoſitis uerbi *iacio* fieri ſolet. v. Brouckhuſ. Tibull. I, 9, 54. *Iaeg.*

Neto auro insignita fuit, gemmisque coruſca.
Illic barbaricas flexa ceruice phalanges,
Occiſos Reges, ſubiectasque ordine gentes
Pictor acu tenui multa formauerat arte.
Fecerat et fuluum diſtare coloribus aurum,
Omnis ut adſpiciens ea corpora uera putaret:
Effigies auro, ſanguis depingitur oſtro.
Ipſum autem in media uictorem pinxerat aula,
Effera Wandalici calcantem colla tyranni;
Plaudentem Libyam, fruges laurumque ferentem.
Addidit antiquam tendentem brachia Romam,

Ex-

278 *Nexo auro*) Sic reſtitui, pro, *necto*. *Rittersh.* Heinſ. ad Ouid. Ibin, v. 74. reponit *neto*. *Nere aurum*, ut apud Martialem, 6, 3, 6.

Et totam Phryxi Iulia nebit ouem.

Plin. H. N. 33. ſ. 19. de auro: *Netur et texitur lanae modo, et ſine lana.* Laudat ibi Harduinus Sidon. Apollinar. Carm. 22. v. 199.

——— *Vel ſtamine fuluo*
Praegnantes fuſi mollitum neſſe metallum. *Iaeg.*

283 *Omnis ut aſpiciens* ceu *corpora uera putaret*) Carmen hoc ita peruerſe, et falſo, ni fallor ego, legebatur: *Vt omnis aſpiciens ea corpora uera putaret.* Ceterum Iuſtiniani Imperatoris labores et triumphi, de quibus hoc loco Corippus, et *lib.* II, *v.* 85 *ſqq.* et itidem *lib.* III, *v.* 85, *ſqq*; et *v.* 241, *ſqq.* agit, profuſe et eleganter, inter multos alios auctores, deſcripti ſunt per Procopium *Caeſarienſem*, ut qui rebus a Iuſtino geſtis ipſe plerumque in Perſia, Italia, et Africa, interfuerit, comes et conſiliarius ipſi Beliſario, duci omnium ſuae aetatis praeſtantiſſimo et feliciſſimo. *Ruizius.*

Neque hic neceſſe erat pro, *ea*, reponere, *ceu*. *Rittersh.*

288 *Addidit antiquam tendentem brachia Romam*) *Romam antiquam*, appellat Corippus, eam Italiae urbem, quae iam totius fere orbis regina et domina eſſe deſierat: quemadmodum et paullo inferius hoc eodem *lib.* I, *v.* 344, et rurſus *lib.* III, *v.* 156, atque alibi ſaepe in hoc opere, *Byzantium*, *Conſtantinopolisue in Thracia*, ob translatum in eam Roma-

num

Exſerto et nudam geſtantem pectore mammam,
Altricem imperii, libertatisque parentem,
Haec ideo fieri uiuax Sapientia iuſſit,
Ornatum ut propriis funus regale triumphis
Auguſtum in tumulum fatalis duceret hora.

Dum famuli pia iuſſa parant, aptantque feretrum,
Vox ingens facta eſt, plauſus et gaudia ſurgunt,
Et fragor ex imis altum petit aethera terris,
Almaque diſcreto placuit concordia uulgo.
Laeta per Auguſtam pennis plaudentibus urbem
Fama uolans ſomnum populos inopina grauantem
Increpat, impellitque fores, et limina pulſat,
Multiplicatque ſuas felix praenuntia linguas.

num imperium, *noua Roma*, per oppoſitionem, ab eodem Corippo nuncupatur. *Ruiz.*

Seniorem et πρεσβυτέραν uocat Iuſtinianus, *Nou.* CXXXI, *cap.* 1, et alibi. Item *Nou.* IX, *in pr. Anteriorem Romam*, cui oppoſita *Roma Noua*, *Conſtantinopolis* ſaepiſſime huic ipſi Corippo nominata. Cur ergo *Aeterna urbs* aliis illa dicta, ſi ſonium patitur, ut humana omnia orta occidunt? *Rittersh.*

289 *Exſerto et nudam geſtantem pectore mammam*) Pingebatur antiquitus *Roma*, *exſerto pectore*. Sic Symmach. *lib.* II, *ep.* 7: *Pulſis omnibus exſerto et pleno ubere Roma ſuſceperat.* Caſſiod. *lib.* II, *ep.* 1: *Vt alumnos proprios ad ubera ſua Roma recolligat.* Sidon. *carm.* V, 13: *Sederat exſerto bellatrix pectore Roma criſtatum* (f. criſpatum) *turrita caput.* *Id.* cf. Brouckhuſ. ad Propert. 1, 20, 44. *Iaeg.*

290 *Altricem imperii, libertatisque parentem*) Claudian. *panegyr.* III. Stiliconis:

Haec eſt in gremium victos quae ſola recepit,
Humanumque genus communi nomine fouit,
Matris, non dominae ritu; ciuesque uocauit
Quos domuit, nexuque pio longinqua reuinxit.

Prudentius *lib.* II, v. 610 *ſeqq.*

Viuitur omnigenis in partibus: haud ſecus ac ſi
Ciues congenitos concludat moenibus unis
Vrbs patria, atque omnes lare conciliemur auito.

Rittersh.

Somnus, ea ueniente, fugit, ſecumque cadentem
Traxit ſegnitiem, totaque exceſſit ab urbe.
Imminet illa fauens, et crebro pollice pulſat
Tardantes populos, et, ſurgite, ſurgite, clamat,
Caſtigatque moras, et plena palatia narrat
Conuentu procerum, ſorti ſenioris ademti
Dilecti numen ſtruerent quo nocte peracta.
Vrguet, agit, ſtimulat, pulſat latus, imprimit, inſtat:
Accelerant, uacuantque domos, uicosque per omnes
Gaudentes currunt; et murmura prima mouentur
Nondum clara, metu; ciuemque interrogat omnem
Occurrens ciuis, rumorque per agmina ſerpit.
Solis honore noui grati ſpectacula circi
Antiqui ſanxere patres, qui quattuor eſſe
Solis equos quadam rerum ratione putabant,
Tempora continui ſignantes quattuor anni:
In quorum ſpecie, ſignis, numerisque, modisque
Aurigas totidem, totidem poſuere colores,
Et fecere duas ſtudia in contraria partes,
Vt

302 *Somnus, ea ueniente, fugit*) Pro, *ſe*, reposui, *ea*, ſcilicet *fama*. *Id.*

307 *Conuentu procerum, ſorti ſenioris ademti*) *Sorti*, pro, *ſorte*, hoc loco reſtitutum eſt, ratione carminis. *Ruiz.*

315 *quattuor eſſe ſolis equos*) Vt quatuor horae, ſeu tempora ſunt, ita equos totidem Soli tribuebant, ueluti patri et rectori horarum. Nomina his impoſuerunt Graeci fabulatores iſta: *Pyroeis, Eous, Aethon*, et *Phlegon*. uid. Ouid. *lib.* II. *Metamorph. v.* 153. *Rittersh.*

320 *ſtadia*) Sic Ruiz. Corrigit Dempſter. ad Roſin. L. 5. c. 5. *ſtudia*, firmatque poëtae noſtri L. 2. v. 312. *ſtudiorum gaudia ſurgunt*; et eiusdem libri v. 336. *ſtudiorum iurgia ceſſent*. *Partes* ſunt factiones aurigarum. Quod *duas partes* fuiſſe dicit, reſpicit fortaſſe initium huius rei, quo, teſte Tertulliano, de Spectac. c. 9. duo tantum

Vt ſunt aeſtiuis brumalia frigora flammis.
Nam uiridis uernis campus ceu concolor herbis,
Pinguis oliua comis, luxu nemus omne uireſcit,
Roſeus aeſtatis rubra ſic ueſte refulgens,
Vt non nulla rubent ardenti poma colore,
Auctumni uentus ferrugine diues et oſtro
Maturas uuas, maturas ſignat oliuas.
Aequiparans candore niues, hiemisque pruinam,
Albicolor uiridi ſocia coniungitur uua.
Ipſe ingens circus, plenus ceu circulus anni,
Clauditur in teretem longis anfractibus orbem,
Amplectens geminas aequo diſcrimine metas,
Et ſpatium mediae, qua ſe uia pandit, arenae.
* * referam primas iunxiſſe quadrigas,
Et currus armaſſe nouos; Pelopemque ſecundum

tantum colores fuere, albus et ruſſeus, quorum ille hiemi, hic aeſtati uotus erat; quibus poſtea praſinus et uenetus additus eſt. Pro *refulgens*, v. 324. et pro *uua*, v. 329. quod legitur in Ruiz. et Goetz. edd. *refulget* et *uua* exhibet Dempſter. l. c. quem uide. Pro *uernis* v. 322. Barth. l. c. *ueris*, et pro *pinguis* idem *pingit*; non bene: melius pro *uentus* v. 326. reponit *cinctus*. *Iaeg.*

324 *Aeſtatis roſeus rubra ſic ueſte refulgens*) In manu ſcripto codice peruerſe legebatur: *Roſeus aeſtatis rubra ſic ueſte refulgens.* Sed et omnia a *uerſu* 321—334, mihi admodum perturbata uidentur. *Ruiz.*

roſeus, i. e. *roſſeus* l. *ruſſeus*. v. Salmaſ. ad Lamprid. Diadum. *Iaeg.*

332 *metas*) *Metas*, pro *moetas*, repoſuimus. *Ruizius.*

334 * *referam primas iunxiſſe quadrigas*) Libentius *referunt*, quam, *referam*, in hoc uerſu legerem. Ceterum primus inuentor quadrigarum, cuius nomen deeſt, Ciceroni *libro* III *de natura deor.* Minerua uidetur eſſe; Virgilio III, *georg. v.* 13 *ſq.* nec non et Plinio, Erichthonius; Euſebio in *chronico*, Arogilus, aut Proclytus, nam utroque modo legitur in exemplaribus manu ſcriptis, ut in aliis Iſidori etiam *chronici* Procydus et Prociolus. Quia et Rauiſius Textor in *officina*

Crefcit, et Auguſta luctus diſceſſit ab aula,
Laetitia uenientc noua. Vox excitat omnes.
Omnia Iuſtino praebent elementa fauorem.
Omnia congaudent. Omnes clamore uocati
Conueniunt proceres: lux ſacra palatia complet.
Ipſum quin etiam *exanimum* gaudere putares
Corpus in *Angelicam* mutatum morte *figuram*.
Signa dedit manifeſta Deus, ſeque ipſe probauit
Iuſtino claram regni *im*poſuiſſe coronam.

363 *exanimum*) Sic expiendam hanc lacunam putaui. *Id.*

364 *in Angelica mutatum morte figura*) Malim, *in Angelicam figuram*. *Id.*

366 *poſuiſſe*) Malim, *impoſuiſſe*. *Id.*

FL. CRESCONII CORIPPI AFRICANI IN LAVDEM IVSTINI AVGVSTI MINORIS

LIBER II.

SYNOPSIS.

I. *De conuentu et intentione populi pro regno* Iuſtini, v. 1. II. *Non prius* Iuſtinus Sophia*que ſumſerunt imperium, quam* Dominum *uotis precibusque exorarent*, v. 5. *Oratio* Iuſtini *pro aſſumtis honoribus*, v. 11. II. *Deprecatio eiusdem* Iuſtini *coniugis, quam coram Chriſti genitrice effundere poeta decenter enarrat*, v. 47. *Comparatio* v. 78. III. *De apparatu ueſtium Auguſtarum*, v. 84. *Comparatio*, v. 92. IV. *Secundum priorum ritum* Iuſtinus *in regnum attollitur*, v. 137. V. A Ioanne *Pontifice* Iuſtinus *imperio conſecratur*, v. 159. VI. *Quibus uerbis poſt acceptum imperium* Iuſtinus *allocutus eſt Senatum*, v. 175. *Comparatio*, v. 238. VII. Iuſtinus *populum de emendatione operum alloquitur*, v. 278. *Comparatio*, v. 288. *Comparatio*, v. 321. *Comparatio*, v. 327. VIII. *Enarratio* Iuſtini *in fauorem populi*, v. 332.

Roſcida purpureos aurora oſtenderat ortus,
Imperio ſacrata Dei, dominisque iubebat
Sumere conceſſum caeleſti munere regnum.
Ipſe

2 *dominisque iubebat*) Malim *dominosque*, quamuis et *iubere alicui* reperiatur. Intelligit autem dominos Iuſtinum et Sophiam, Auguſtum et Auguſtam. *Rittersh.* Verbum *iubeo* cum dandi caſu conſtructum; uid. Cyriaci Guntheri *latinit. reſtit. par. I. p. m.* 349. *ſeqq.* et Georgii Henr.

Ipſe autem procerum magnis oratibus actus
Non primum imperii regalia ſigna recepit,
Ni ſacrata prius ſupplex oracula poſcens
Effuſis precibus Chriſto ſua uota dicaret.
Ilicet Angelici pergens in limina templi
Impoſuit pia tura focis, cerasque micantes
Obtulit, et ſupplex lacrimis ita coepit obortis:
Omnipotens Princeps, ſummi pater inclyte Verbi,
Lux aeterna, Deus, rerum formator et auctor,
Cuius ſtelliferum fecit ſapientia caelum,

Fun-

Henr. Vrſini *grammat. part. II, pag.* 240. *Goez.*

4 *Ipſe autem procerum magnis oratibus actus*) In codice manu ſcripto, *orantibus auctus* legebatur: et alicui fortaſſis *hortatibus* potius, quam *oratibus*, reſtituendum placeret. *Ruizius.*

5 *Non primum imperii regalia ſigna recepit, ni ſacrata prius*) Non dubito, quin Corippus ſcripſerit uel certe ſcribere debuerit:

Non prius imperii regalia ſigna recepit,
Quam ſacrata prius, cet.

Rittersh.

9 *cerasque micantes obtulit*) Sic infra *uerſu* 71, *oblatis ceris*; et *lib. IV*, v. 317, *obtulit et ceras.* Cereorum oblatio ſacrificii genus erat apud uetères, eorum etiam uſus uetuſtiſſimus in proceſſionibus, quae ſaepe antelucanae erant, ut neceſſarius eſſet uſus luminum. *Id.*

12 *rerum formator et auctor*) Quum reſcribere uellem *formator et aktor*, aut *ſeruator et auctor*, me retinuit Althelmus, qui Corippum aemulatus fuit, *de laude Virgin.* v. 11.

Omnitenens dominus, mundi formator et auctor.

Interim tamen is paullo poſt corrigendus, v. 16.

Et caeli liquidos formatrix condidit ignes.

l. *ornatrix c. i.* (Barth. l. c. legit *firmatrix.*) Iterum habet v. 20.

Formauit varias, habitu diſtante, figuras.

Quae crebra uerbi *formare* repetitio informis eſt, nec toleranda. In v. 18. pro *ornauit ſolem radiis* l. *armauit ſ. r.* *Vonck.*

13 *Cuius ſtelliferum*) Opera creationis luculentis uerſibus hic canuntur. *Rittersh.*

Fundauit terram, ueſtiuit floribus agros,
Arboribus tribuit ſua germina, uallibus herbas,
Et caeli liquidos formatrix condidit ignes,
Diſcernens a nocte diem, rutilisque comantem
Ornauit Solem radiis, et cornua Lunae
Paullatim minui, paullatim creſcere iuſſit:
Formauit uarias, habitu diſtante, figuras,
Produxit pronis animalia cetera membris,
Solum hominem rectum, quem mox ratione repleuit,
Viuificans ſiccum ſacro ſpiramine *limum*:
Cuius ſubtracta coſtis ex omnibus una
Perfecit facto ſimilem, ſociamque dicauit;
Hisque creaturam, claro eſt quae ſubdita caelo,
Subiectam fecit diuini iuſſio uerbi:
Quas tibi *perſoluet* tanto pro munere grates
Paruus homo, immenſi factus factoris imago?
En ego, parua creaturae pars, ſubditus adſto
Ante oculos, excelſe, tuos, tibi ſeruio ſoli,
Atque meum ſubmitto caput, cui flectitur uni
Omne

21 *Produxit pronis animalia cetera membris, ſolum hominem rectum*) Manifeſta imitatio Ouidii *lib. I metamorph.* v. 84, ſeqq.

Pronaque cum ſpectent animalia cetera terram;
Os homini ſublime dedit: caelumque tueri
Iuſſit, et erectos ad ſidera tollere uultus. *Id.*

23 *limum*) Sic repoſui carminis lege poſcente, cum antea legeretur *lutum.* *Id.* Rittershuſius, propter metrum, emendat *ſ. ſp. limum.* Quod firmat Claudian. Mamert. *contra poëtas uanos*, v. 42.

Formatumque hominem limo, et ſpiramine ſacro
Afflatum referens.

Althelmus in Carmine (de L. V.) v. 396.

Edidit affatum ſacro ſpiramine plenus. *Vonck.*

28 *perſoluet*) Legebatur antea nullo ſenſu *perſolui.* *Rittersh.*

Omne *genu*, quem cuncta pauent, elementa tremiſcunt:
Quaeque uident homines, et non *permiſſa* uideri,
Ante oculos ſunt clara tuos, famulantur, adorant,
Et laudant factoris opus. Si ſceptra tenere
Me Romana iubes, ſoliumque adſcendere patris:
Si tibi complacuit, populos mihi credere tantos:
Velle tuum fac poſſe meum. Tu ſubiicis hoſtes,
Colla ſuperborum, furiataque pectora frangis.
Tu Reges ſeruire facis: da poſſe uolenti,
Vt faciam placitura tibi. Placuere Parenti
Orantis pia uerba uiri, Genitusque precanti
Annuit, et ſanctus, *Regnato*, Spiritus, inquit.
Vox arcana Dei geſtis fit nota peractis.
Non fierent, niſi ſancta Dei uox illa iuberet.

Ipſa

33 *Omne genu*) Ita ſcripſi, pro *omne genus*. πᾶν γόνυ, non πᾶν γένος. *Id.*

34 *et non quae iuſſa uideri*) F. *permiſſa*, aut *quae non iuſſa*, aut *numquam iuſſa*. *Ruizius.*

Felix emendatio Ruizii, cum legeretur hic prius, *et non quae iuſſa*. Opponit poeta ὁρατὰ καὶ ἀόρατα, omniaque pariter Dei oculis patere ait. *Rittersh.*

39 *Tu ſubiicis hoſtes*) Sumſit ex *Pſalmo* CXXXXV. *Id.*

43 *Orantis pia uerba uiri, genitusque precanti*) In manu ſcripto legebatur: *genitoque precantis*. *Ruizius.*

44 *regnator*) Reſcr. cum Barthio *Regnato*; mox v. 46. *fierent* pro *fieret*. *Iaeg.*

45 *Vox arcana Dei geſtis fit nota peractis*) Sic Ammianus Marcellinus *lib.* III. *Nam et oracula dubia legimus, quae non niſi caſus diſcreuere poſtremi.* Idque mox tribus declarat exemplis. Sic noſter Corippus infr. *lib.* IV, v. 274 ſeqq.

Ingens myſterium, magna quod mole latebat,
Perfectum patefecit opus: uia lucida noſtris
Nunc facta eſt oculis.

Sic prophetarum quoque uaticinia a poſteriori potius, quam a priori intelliguntur. *Rittersh.*

Ipſa etiam ſummi conſors caſtiſſima regni
Virginis et matris templum ſublime petiuit,
Cuius adoratum limen feliciter intrans
Ante pios uultus expanſis candida palmis
Conſtitit, et pronis ſupplex haec uultibus infit:
Virgo, creatoris genitrix ſanctiſſima mundi,
Excelſi regina poli, ſpecialiter una
Vera parens, et uirgo manens: ſine ſemine patris,
Quam Deus elegit matrem ſibi: credula Verbum
Concipiens, noſtram genuiſti feta ſalutem.
O pietas miranda Dei, dictuque tremenda!
Caelorum factor, Dominus, Deus, unica patris
Forma Dei, uerae ſeſe uelamine carnis
Induit, et ſerui formam de uirgine ſumſit.
Quos tibi, quos genito dignos ſoluemus honores
Pro tantis, benedicta, bonis? Te, gloria matrum,
Auxiliumque imploro tuum: te ſemper adorem,
Te fatear dominam, ſeruatricemque nouarum
Iuſtini rerum. Noſtrum caput, inclyta, ſerua:
Tutare imperium, uitam rege, perfice coepta.
Da, bene diſpoſitis procedant omnia noſtris:
Subde feras gentes: iuſto mucrone ſuperbi
Depereant: ueſtro ſemper tutamine uiuam.
Plurima praeterea uerbis clementibus orans,
Oblatis ceris, altam remeauit in aulam.
It ſacrum comitata latus pulcherrima proles,

Luce

52 *Virgo creatoris genitrix*) Nota inuocationem Mariae, Iuſtiniani aeuo iam tum receptam. Recte, an ſecus, nunc non diſputo. Edat nobis Epiphanius ſuam ſententiam, quam ſacris litteris conſonam puto et ſequor. *Id.*

57 *pietas — Dei*) clementia, miſericordia. v. Paneg. VIII. c. 26. 3. IX. c. 21, 1. et c. 26, 3. *Iaeg.*

72 *It ſacrum comitata latus*

Luce ſua plenam quae poſſit uincere Lunam,
Aequiparans humeris matrem: ſic lucida cultu,
Sic niueis formoſa genis, ſimilisque parenti.
Igne micant oculi, nomen diſtabat et aetas;
Non tamen egregiae diſtabat gratia formae.
Arboris ut matris quae de radice propago
Naſcitur et celſis caput erigit ardua ramis,
Aequiparata nouis maternae frondibus umbrae:
At mater *proprio* florentem germine natam
Gaudet habere parem, laetasque attollit in auras
Felices ramos, et uertice deſpicit arua.

Iam laetus Princeps diualia tecta ſubibat,
Amplaque gaudentes implebant atria turbae:
Accelerant fidi, cura eſt ut cuique, miniſtri
Obſequiis praebere manus, promuntque feruntque
Augu-

tus pulcherrima proles) Nomen huius filiae Iuſtini et Sophiae nullibi monumentorum, quod ego quidem legerim, exſtat: ſed quam uxorem fuiſſe Baduarii exiſtimauerim, de quo paullo inferius ad *uerſum* 285. *Ruizius.*

73 *plenam Lunam*) Luna nihil formoſius: hinc poëtae libenter hoc typo utuntur, quod multis exemplis oſtendit Brouckhuſ. ad Tibull. 3, 4, 29. *Laeg.*

74 *Aequiparans*) et v. 80. *aequiparatque*) Si ſemper in Mſc. Ruizii legebatur *aequiperare*, (quod equidem credo ueriſſimum, cum et ipſe in aliis Mſc. auctoribus ita conſtanter legerim, et in *gloſſ.* ſit *aequiperas* ἐξισοῖς) cur hanc ueterum orthographiam mutauit? *Rittersh.*

80 *Aequiparatque nouis maternae frondibus umbrae*) Ita debere reſtitui uerſum hunc mihi uiſum eſt, cum legeretur:
Aequiperat nouiis materna frondibus umbra.
Sed et uerbum *aequiparare*, quod admodum Corippo frequens eſt, ſemper in exemplari noſtro manu ſcripto *nequiperare* legitur. *Ruizius.*

Sequor Barthium, legentem *aequiparata*. Mox *proprio* ex coniectura Ruiz. in cuius Ms. et ed. *propriam* legitur. v. 92. pro *ut* malim *ac*, uel *et*, quod habet Rittersh. *Laeg.*

Auguſtas ueſtes, pretioſaque cingula gemmis,
Et capitis diadema ſacri. Cultu ipſe priore
Exuitur, tantumque uno ueſtitus amictu
Conſtitit, et lumen membris regalibus auxit.
Haud ſecus ut, nubes cum ſe reſcindere denſam
Coeperit, et caelum monſtrauerit aethra ſerenum,
Ardentes radios mittit iubar, omnia uiſo
Congaudent elementa die, mox erigit herba
Molle caput, uernant ſegetes, et gramina creſcunt,
Ipſaque conſpectis gradiuntur lumina terris.
Haec eſt illa dies, laeti dixere clientes,
Quam pater ille bonus ſancto praedixerat ore.
Egreditur, tunicaque *pios* inducitur artus,
Aurata ſe ueſte tegens, qua candidus omnis
Enituit, lumenque dedit, fuſcaſque remouit,
Aetherea nondum prolata luce, tenebras.
Purpureo ſurae reſonant fulgente cothurno;

93 *Coeperit, et caelum monſtrauit aethra ſerenum*) Pro *aethere*, repoſitum eſt *aethra*: ut in proxime duobus ſubſequentibus uerſibus, *uiſo*, et *die*, pro *uiſum*, et *diem*. *Ruiz.*

97 *Ipſaque conſpectis gradiuntur lumina terris*) *Gradiuntur* eſt reſtitutum, pro *gradantur*: niſi aliquis malit *gratantur* reponere, quod mihi minime placet. *Idem.*

Fortaſſe rectius *Numina*, pro *lumina*, legitur. *Goetz.*

Quid audio? *gradiuntur Numina conſpectis terris.* Huc augures! aruſpices! In Specimine Critico tentabam ego; *conſpectis radiantur lumina terris.* Multo melius; niſi mihimet temere blandior. *Vonck.*

100 *pios inducitur artus*) Legebatur antea *pius*, manifeſto errore. *Rittersh.*

Pius uult *Barth.*

104 *Purpureo ſurae* cet.) *Purpura* non niſi Regum et Imperatorum geſtamen erat. Priuato absque indultu Principis eam habere licebat nemini: eiusque rei delatores et accuſatores erant: quod et Chryſoſtomus ſatis indicat *homil.* II in II *ad Timoth.* Sic Lactantius, *lib.* IV, *cap.* 7, *n.* 6. ſcribit, *Romanis indumentum*

Cruraque puniceis induxit regia uinclis,
Parthica Campano dederant quae tergora fuco,
Qui ſolet edomitos uictor calcare tyrannos
Romanus Princeps, et barbara colla domare,
Sanguineis praelata roſis, laudata rubore,
Lectaque pro ſacris, tactu molliſſima, plantis.
Auguſtis ſolis hoc cultu competit uti,
Sub quorum eſt pedibus Regum cruor: omne profecto
My-

tum purpurae inſigne eſſe regiae dignitatis aſſumtae. Imperatores tamen, (ut innuebam,) iſtud honoris priuilegium quibusdam interdum indulſiſſe, cum aliunde conſtat, tum ex hoc Chryſoſtomi loco didicimus, qui eſt *homil.* V. in I. *ad Theſſal.* εἰπὲ γάρ μοι, τίτις ἀλουργίδος ἀξιωθεὶς παρὰ τοῦ βασιλέως καὶ μυρίας ἑτέρας τιμῆς, καὶ κελευσθεὶς ἀξίως ζῆν τῆς τιμῆς, ἀπελθών τινι πόρνῃ γυναικί, τίνα ὕβρισεν; ἐκείνην ἢ τὸν βασιλέα τὸν δεδωκότα; ὕβρισαι μὲν καὶ ἐκείνη, ἀλλ' οὐχ ὁμοίως. Facit huc, quod apud Tertullianum *lib. de idololatria, cap.* 18. legimus: *Purpura tantum honoris nomine conferebatur bis, qui familiaritatem Regum merebantur. Vnde et purpurati Regum uocabantur a purpura: ſicut apud nos a toga candida candidati.* Eodem refero dictum Chriſti, Matth. XI, 8: Ἀλλὰ τί ἐξήλθετε ἰδεῖν; ἄνθρωπον ἐν μαλακοῖς ἱματίοις ἠμφιεσμένον; ἰδοὺ, οἱ τὰ μαλακὰ φοροῦντες ἐν τοῖς οἴκοις τῶν βασιλέων εἰσίν. Adi et *l. pen.* atque *ult. C. de ueſtib. holoſeric.* Sed et *calcei rubri*, et *rubricatis pellibus*, quas *zanchas Parthicas* uocat Trebellius in Gallieno, ſolis Imperatoribus, praeſertim iis, qui Conſtantinopoli ſederunt, ſacrati erant. Vide Caſaubon. in *hiſtor. Auguſtae ſcriptores, pag.* 598. *Rittersh.*

106 *Parthica Campano dederant quae tergora fuco)* In manu ſcripto *fugo* legebatur: nec tamen memini apud aliquem me legiſſe, qui ſit *Campanus fucus.* Septem porro uerſus huic proxime ſubſequen-

Myſterium certa rerum ratione probatur.
Nobilibus gemmis et cocto lucidus auro
Balteus effulgens lumbos praecinxit heriles.
Subſtrictoque ſinu ueſtis diuina pependit
Poplite fuſa tenus, pretioſo candida limbo.
Caeſareos humeros ardenti murice texit
Circumfuſa chlamys, rutilo quae ornata metallo
Principis exſerta uincebat lumina dextra:
Aurea iuncturas morſu praeſtrinxit adunco
Fibula, et a ſummis gemmae nituere catenis:
Gemmae, quas Getici felix uictoria belli
Praebuit, atque fauens dominis Rauenna reuexit,
Quasque a Wandalica Beliſarius attulit aula.

ſequentes, optime ſunt integritati ſuae reſtituti, cum a librario fuiſſent peruerſiſſime deſcripti. *Ruizius.*

113 *Myſterium*) Sic infr. *lib.* IV, v. 274:

Ingens myſterium, magna quod mole latebat.

Ne quem offendat huius uerbi ſyllaba contra proſodiam Graecam correpta; ſciendum, ſacros poetas fere omnes de induſtria ſolere hoc factitare, ut ſyllabas, quae apud Graecos longae ſunt, ipſi breues faciant in huiusmodi nominibus, quae a Graecis mutuati ſunt. Exempla multa, tum apud alios paſſim obuia ſunt, tum apud Prudentium, ubi et Victoris Giſelini eruditiſſima ſcholia hoc ipſum admonent. *Rittersh.*

119 *chlamys*) Chlamys, uox Graeca, Latine *ſagum* dicebatur, eratque breuis et anguſta ueſtis. Ciues Romani non ſolum in caſtris ſago uſi; ſed etiam in urbe, metus et tumultus tempore, uid. Philippus Rubenius, *electis*, et Gisbertus Cuperus, diſſertatione, quam commentario de *apotheoſi Homeri pag.* 137, *ſq.* ſubiecit. Lectione quoque digna ſunt uerba Coelii Sedulii, de Chriſto, chlamyde coccinea ueſtito, *lib.* V. *carm. Paſchal.* v. 166. *ſeqq.*

— — *Vilem rubri ſub tegmine cocci*
Veſtitur chlamydem, ſpecies ut cuncta cruentae
Mortis imago foret. *Goetz.*

121 *morſu* etc.) v. Claudian. de Conſul. Prob. et Olybr. v. 89. *Iaeg.*

Signa triumphorum, pie Iuſtiniane, tuorum,
Soſpite Iuſtino, mundumque regente, manebunt;
Amborum nomen per ſaecula cuncta canetur;
Narrabunt populi miracula ueſtra futuri.
Armati manibus ſacrati circulus auri
Impoſitus collo imperium ſublime dicauit:
Quod faciens ter, ter dextram cum munere tendens,
Auguſti, Iuſtine, locum tibi confero, dixit.
Aſt ego, te iubeo, Princeps ait, eſſe tribunum.
Felix Armatus, primus qui uerba loquentis
Audiit, et primus ſollemnia dona recepit.
Quattuor ingentem clypei *ſublimius* orbem
Attol-

130 *Armati* etc.) Armatus collo Imperatoris impoſuit circulum aureum, i. e. torquem. Virg. Aen. 5, 559.

— — — *It pectore ſummo*
Flexilis obtorti per collum circulus auri.

Pro *Armati* Barth. Adv. 8, 15. reſtituit *Martini*, ut uocatur a Zonara, uel potius *Martiani*, ut a Nicephoro Calliſto, qui ex Tribuno factus fuit Patricius et copiarum dux. *Iaeg.*

133 *Auguſti, Iuſtine, locum tibi confero, dixit*) Sciolus aliquis *Auguſtum* in manu ſcripto emendauerat; at nobis magis ueterem lectionem *Auguſti*, uti erat, placuit retineri. *Ruizius.*

137 *clypeis ſublimibus*) Sic reſtitui pro *ſublimius*. Obſeruandus hic priſcus mos et ritus inaugurandi Principem, quod uidelicet in clypeo erectus ſtans ſublimis per quatuor lectos iuuenes attollebatur. Mos iſte Germanis etiam fuit, teſteCorn. Tacito, *lib.* IV. *hiſt. cap.* 15, *n.* 4, de *Caninefatibus* loquens: *Impoſitusque ſcuto, more gentis, et ſuſtinentium humeris uibratus, dux deligitur.* Apud Caſſiodorum *uar. lib.* X. Gothorum R. *Indicamus, parentes noſtros Gothos inter procinctuales gladios more maiorum ſcuto ſuppoſito, regalem nobis contuliſſe, praeſtante Deo, dignitatem, ut honorem arma darent, cui opinionem bella peperierant.* De Chlodouaeo, Francorum Rege electo, Gregor. Turonen. *hiſtor. lib.* II, *cap.* 40. *At illi iſta audientes, plaudentes tam palmis, quam uocibus, eum clypeo euectum, ſuper ſe Regem con-*

Attollunt lecti iuuenes, manibusque leuatus

constituunt. Hunc morem Romani quoque milites a Germanis didicerunt, unde illud Herodiani, *lib.* VIII, *cap.* 8, *n.* 15. ἀράμενοι δὲ τὸν Γορδιανὸν, Καίσαρα ὄντα, αὐτοκράτορά τε ἀναγορεύσαντες. *Sublatum in sublimi Gordianum Caesarem, Imperatorem declarantes.* Sed et in Graecia idem mos obseruatus. De Hypatio seditiose contra Iustinianum electo, scribit Zonaras in *uita Iustiniani*: κατ' ἀσπίδα αὐτὸν μετάρσιον ἄραντες, ἀναγορεύουσοι βασιλέα. Et Curopalates de *officiis aulae*: ὁ νέος βασιλεὺς ἐπὶ σκουταρίου κατατεθεὶς ἐπαίρεται εἰς ὕψος. Nicephorus Gregoras de Theodoro *Ducae* filio: ἀνηγορεύετο δ' ὕστερον βασιλεὺς παρ' ἑκόντων τῶν ὑπηκόων ἁπάντων, κατατεθεὶς ἐπ' ἀσπίδος κατὰ τὸ ἐν τούτοις ἐπικρατοῦν ἔθος. *Appellatus postea Imperator est a uolentibus subditis omnibus, impositus scuto, more hac in re recepto.* De solenni leuatione Imperatorum, uide Pith. *aduers. lib.* II, *cap.* 3, ad Sidon. Apoll. *carm.* VII, *v.* 571.

Rittersh.

Vid. quoque Buddeus, in exercitatione *de eo, quod decet circa solennia Principum,* §. V, et Schwarzius, in Diss. *de antiquo ritu eleuandi Principes inaugurandos, et de quibusdam sacris formulis et eleuandi caerimoniis,* Altorfii, CIƆIƆCCXXX, 4, §. VIII, *pag.* 19., omnia, *inquit*, poetae uerba satis sunt plana, nisi quod *uersum* 137. grauis menda in omnibus exemplaribus hucusque inquinauerit; cui nunc medelam afferre conabor. Olim ille uersus sic euulgatus legebatur:

Quattuor ingentem clypeis sublimius orbem, cet.

Conr. noster Rittershusius, pro uoce *sublimius*, legendum censuit: *sublimibus*; at, si quid iudicare possum, parum feliciter. Potius pro *clypeis* restituendum est *clypei*, cui ex sequenti uoce *sublimius* littera prima *s* male allita est. Sic ergo legimus:

Quattuor ingentem clypei sublimius orbem
Attollunt lecti iuuenes.

Poeta enim non nisi de *ingenti orbe unius clypei* loquitur, quem altius sublimiusque sustulerant quatuor robusti iuuenes. Grandem igitur et rotundum hunc clypeum fuisse, indicat poeta, adeoque *uersui* 137. bene respondet uersus 148:

Adstitit in clypeo Princeps fortissimus illo. Goez.

138 *Attollunt lecti iuuenes,*

Ipſe miniſtrorum ſupra ſtetit, ut ſua rectus
Littera, quae ſigno ſtabili non flectitur umquam,
Nominibus ſacrata tribus: qui uiribus aequis
Imperium rexere ſuum. Genus omnibus unum,
Sceptrum continuum, tempus iuge, iuncta poteſtas.
Succeſſu res acta ſuo eſt: iam regna duorum
In caelis translata manent, nunc maximus orbis
Communis benefactor adeſt, cui ſubdita Reges
Colla parant, nomenque tremunt, et Numen adorant.
Adſtitit in clypeo Princeps fortiſſimus illo
Solis habens ſpecimen: lux altera fulſit ab urbe.
Mirata eſt pariter geminos conſurgere Soles
Vna fauens eademque dies. mea carmina, Numen,
Menſuram transgreſſa ſuam mirabere forſan,
Quod dixi geminos pariter conſurgere Soles.
Nec uacuis uerbis, nec inanibus acta figuris
Ore feras prolata meo, ſi dicta rependis.

Mens

nes, manibusque leuatus) *Lecti*, pro, *leti*, reſtitutum: quod tribus uerſibus inferius non auſi fuimus facere in *qui*, quum alioqui pronomen hoc ad *nomina* referendum uideatur. Neque uero huius rei abſtinuimus ſine cauſſa legitimaque ratione, ut lectori diligenti diſcutiendum relinquimus. *Ruiz.*

139 *ut ſua rectus littera*) Intelligito *Iota* litteram, quae figura inter omnes alias rectiſſima eſt. Plautus, *longam litteram*, uocat. Appellat uero *ſuam*, quod Iuſtini nomen ab ea ſcilicet incipiat: *ſacratamque tribus nominibus*, propter Iuſtinum primum, Iuſtinianum, et Iuſtinum Caeſarem ſecundum, aut minorem; cui ita Coripus toto hoc opere pro uiribus adulatur, quique ſibi inuicem alter alteri in imperio Romano ſucceſſere. *Id.*

149 *ſpecimen*) F. *ſpeciem*. *Iaeg.*

151 *Vna fauens eademque dies: mea carmina Numen*) In manu ſcripto, *nomen*, legebatur: perperam: nec aliud quam *Numen*, in uocandi caſu, reponi poteſt. *Ruiz.*

Mens iuſti plus Sole nitet, non mergitur undis,
Non cedit tenebris, non fuſca obtexitur umbra:
Lux operum aeterno lucet ſplendore bonorum.
Poſtquam cuncta uidet ritu perfecta priorum
Pontificum ſummus, plenaque aetate uenuſtus,
Adſtantem benedixit eum: caelique potentem
Exorans dominum ſacro diademate iuſſit
Auguſtum ſancire caput, ſummoque coronam
Imponens apici, Feliciter *accipe, dixit.*
Intonuit patrum ſubitus fragor, inde clientum
Clamores creſcunt, clamoribus adſonat *aequor:*

158 *Lux operum aeterno lucet ſplendore bonorum*) Sic Pindar. *Iſthm.* IV. Τοῦτο γὰρ ἀθάνατον φωνάεν ἔρχεται εἴτις εὖ εἴπῃ τι: καὶ πάγκαρπον ἐπὶ χθόνα καὶ διὰ πόντου βέβακεν, ἐργμάτων ἀκτὶς καλῶν ἄσβεσος αἰεί. Quae poſtrema quinque uerba nullo negotio transpoſita, hunc nobis uerſum *Iambicum* ſuppeditabunt.

ἄσβεσος αἰεὶ ἐργμάτων ἀκτὶς καλῶν.

Qui Latinus talis eſſe poſſit:

Operum bonorum lumen exſtingui nequit, uel, *inexſtinctum manet.* *Rittersh.*

160 *Pontificum ſummus*) Ioannes pontifex, qui dicitur contecraſſe Iuſtinum. Fuit ſine dubio Ioannes ille *Scholaſticus*, qui poſtremis uitae annis Iuſtiniani, Eutychio, Patriarchae Conſtantinopolitano, ab ipſo Imperatore in Amaſiam relegato, ex Apocriſiario Antiocheno ipſi Eutychio in patriarchatu Conſtantinopolitano ſucceſſit. Ex Ioanne Zonara. *Rulzius.*

163 — — — — *ſummoque coronam imponens capiti, Feliciter accipe, dixit*) Sic expleui hunc hiatum et diſtinxi: poſſis etiam, *Feliciter, acclamauit.* De hac formula acclamandi recordor aliqua dixiſſe in *notis* ad Phaedrum, atque ad Guntherum. *Rittersh.*

164 *Imponens apici*) Reſtituere malim: *Imponens capiti*, dixit Schwarzius, antea citata diſſertatione §. VIII *pag.* 19. *Goetz.*

166 *aequor*) Reuocaui lectionem MScti, quam probat Barthius. Ruiz. ex coniectura poſuit *aether.* *Iaeg.*

Laudibus innumeris regnantum nomina tollunt;
Iuſtino uitam ter centum uocibus optant:
Auguſtae totidem Sophiae plebs tota reclamat.
Mille canunt laudes uocum diſcrimine mille:
Iuſtinum Sophiamque pares, duo lumina mundi
Eſſe ferunt: regnate pares in ſaecula, dicunt.
Felices annos dominis felicibus orant.
Inſonuit uox illa diu, tandemque quieuit.
Ipſe coronatus ſolium conſcendit auitum,
Atque crucis faciens ſignum uenerabile ſedit;

Erecta-

168 *Iuſtino uitam — optant*) Sollemni precatione: πολυχρόνιον ποίησε ὁ θεὸς τὴν θεοπρόσληπτον καὶ θεόφρουρητον βασιλείαν καὶ ἁγίαν βασιλείαν σοῦ εἰς πολλὰ ἔτη. v. Dempſter. ad Roſin. 5, 5. et conf. infra, v. 308 ſqq. *Iaeg.*

176 *crucis faciens ſignum uenerabile ſedit*) Sic infra *v.* 300, idem Princeps:

Egreditur cum luce ſua, frontemque ſerenam
Armauit ſancti faciens ſignacula ligni.

Vbi ſanctum lignum non eſt aliud, quam crucis ſaluificae. Solebant ueteres Chriſtiani inter paganos uerſantes, ut propalam ſignum ederent ſuae profeſſionis, qua ab infidelibus ſepararentur, neue quidquam diſſimulare uelle uiderentur, metu periculi, quod Chriſtum profitentibus impendebat, *frontem crucis ſignaculo terere*, (ut Tertullianus de *corona militis cap.* III, loquitur) *ad omnem progreſſum atque promotum, ad omnem aditum et exitum, ad ueſtitum et calceatum, ad lauacra, ad menſas, ad lumina, ad cubilia, ad ſedilia, quaecunque eos conuerſatio exerceret.* S. Hieronymus ad *Demetriadem* de *uirginitate ſeruanda*: *Crebro ſignaculo crucis munias frontem tuam, ne exterminator Aegypti in te locum reperiat; ſed primogenita, quae apud Aegyptios pereunt, in tua mente ſaluentur.* Idem, in *epiſt. ad uirginem* Euſtachiam: *Ad omnem actum, ad omnem inceſſum, manus pingat crucem.* S. Chryſoſtomus, in *homil. Quod* Chriſtus *ſit* Deus: *Crux contra daemones tropaeum, portus inter undas periclitantium, et ſpes Chriſtianorum.* S. Athanaſius *lib.* de *incarn. uerbi*: *Signo crucis magica omnis pellitur*

Erectaque manu, cuncto praesente senatu,
Ore pio haec orans, *inquit*: super omnia regnans
Regna, Deus regnum nobis concessit auitum,
Et patrium diadema dedit, curasque regendi
Imposuit rerum genitor, quas ipse creauit.
Laudamus factoris opus, Regemque tremendum
Suspicimus, grates agimus, gratesque fatemur.
Ipsius est quodcunque sumus. Ratione probante
Et rerum certas *nobis praebente figuras*,

litur ars, omne ueneficium tollitur, omnisque irrationalis uoluptas arcetur. Videndi Chrysost. *hom.* I, et II, *idem*, de *cruce*; S. Cyrillus, *catech.* XIII; S. Ignatius, in *epist. ad Philippens.* Lactantius, *lib.* IV, *cap.* 27; Greg. Nazianz. *orat.* XX; b. Augustinus super *Psal.* CXXXXI, *tract.* CXVIII. *in Ioannem*, *de catechizand. rudib. cap.* XX, *de ciuitate Dei*, *lib.* XXII, *cap.* 8. Eo igitur ritu Iustinus quoque imperator inter considendum hic et inter egrediendum describitur frontem crucis signaculo armauisse. *Rittersh.*

178 *Ore pio haec orans ait*) *Haec*, repositum est, pro *sic*, in hoc uersu, ut sibi constaret; nisi iam manis hoc modo legere: *Ore pio orans sic ait.* *Ruiz.*

Rescribe, *inquit*, exigente carminis lege. *Rittersh.*

Optime: *Orans haec ait ore pio.* *Barth.* Adv. 9, 12.

180 *Et patrium diadema dedit, curasque regendi*) *Regendi*, restituimus, pro, *regenti*: ut statim inferius v. 184, *probante*, pro, *probate*: *Ipsius est, quodcunque sumus, ratione probante.* *Ruiz.*

180. 181 *curasque regendi rerum, quas* etc.) pro *regendi res eas* etc. v. Voss. de Constr. c. 53. *Iaeg.*

183 *gratesque*) *gratosque.* *Barth.* l. c.

184 *Ipsius est, quodcumque sumus*) Sic Paulus Apostolus, 1 Cor. XV, 10: *Gratia Dei sum, quod sum.* Et idem pro concione in *Actis cap.* XVII, 28, ait: *In ipso uiuimus, mouemur, et sumus.* *Rittersh.*

185 *Et rerum certas nobis praebente figuras*) Sic fortasse licebit complere hoc carmen. Illud autem mox sequens: *componens hominem natus*, ita restituo:

Componens hominem naturae foedere iussit:

et mox, pro *atque regantur*, lego ac distinguo, *utque regantur.* *Id.*

Ruiz. coni. *ipse.*

Pluribus ex membris animal componitur unum;
Sed caput eſt, quod membra regit: Deus ergo creator
Componens hominem natus * *
Omnibus ut membris caput imperet, *ipſa* regantur.
Coniuncta eſt capiti Sapientia, corporis arcem
Quae retinens oculis ſpeculetur membra ſerenis:
Et quoſcunque uidet uigilanti lumine ſollers
Peſte laborantes ſubiecti corporis artus,
Sanet, et infeſtos pellat medicamine morbos.
Romanum imperium corpus bene ponitur unum,
Compoſitum multis, quod fas eſt dicere, membris.
Nos ſumus ergo caput ſolidati corporis huius.
Huic ſacro capiti facta eſt Sapientia conſors,
Quae mihi commiſſum pariter regat inclyta mundum,
Sede ſedens una: uos o mihi proxima membra,
Conſcripti Patres, noſtri ſpes maxima regni;
Vos eſtis pectus, uos brachia uerticis huius:
Quorum conſiliis, quorumque laboribus uſa
Publica res domuit gentes, et regna ſubegit.
Summa regendarum cura eſt mihi credita rerum:
At quia ſubiectum noſtrum eſt diſponere mundum,
Nos etiam uobis curas committimus orbis:

Allo-

190 *corporis arcem.)* Sic Q. Serenus Sammonicus: *Principio celſa de corporis arce loquamur.* Et Manilius: — *Stetit unus in arcem Erectus capitis.* Vide *notas meas ad* Serenum. Pulcherrime autem fabricam corporis humani accommodat ad reipub. atque imperii ordinem et gubernationem, imitatus magnos auctores. Nota loca Liuii et Apoſtoli Pauli. *Rittersh.*

198 *Huic ſacro capiti facta eſt Sapientia conſors.)* Etiam hic delicias facit ambiguitate nominis *Sapientiae*, quod et proprium, et appellatiuum eſt. *Id.*

Alloquimur fidos, et uos hac uoce monemus:
In primis Deus eſt tota uirtute colendus,
Semper adorandus, ſemper metuendus, amandus,
Omnia qui fecit pulchri miracula mundi.
Nos imitatores factoris, et omnia dantis,
In quantum natura ualet, contendimus eſſe:
Vtque Deus uoluit, propriis caput impero membris.
Iuſtitiam populis generaliter omnibus aequam
Et iuris ſeruate modos, diſponite plebes,
Vt decet imperii ueros diſponere patres;
Vtque pedes proprios, et membra minora fouete.
Non minor eſt membris cura impendenda minutis.
Obſequium pedibus naturae lege uidemus
Admotas praebere manus, oculosque miniſtros
Cernimus eſſe pedum, quibus interiora tuemur.
Ante pedes planate uias, ne temnite partem,
Magnis officiis ſummisque laboribus aptam,
Qua uehitur totum ſummo cum uertice corpus.
Qui pedibus rectis graditur, mala nulla ueretur:
Non timet offenſam, neſcit uia recta ruinam.
Quin nec cauſſa rei cultu eſt ornanda diurno.

Nullus

222 *interiora*) F, *inferiora*. Intuemur inferiora, ne pedes impingamus. *Iaeg.*

228 *quin nec*) L. *quin et. Barth.* Adv. 11, 14.

228 *diurno*) pro *diuturno*, ut mox v. 238. Sic Auian. Fab. 36, 17 ſq.

Eſt hominum ſors iſta, magis felicibus ut ſit
Mors cita, quum miſeros uita diurna regat.

Et apud Gell. N. A. 17, 2, 16. *diurnare* legitur pro *diu uiuere*. Sententia itaque haec erit: Nihil eſt, quod ornandae, commendandaeque huic rei diu immoremur. *Cauſſa rei*, ſolita periphraſi, ſignificat idem, quod *res*. Infra, v. 376. et L. 3. v. 326. *diurnus* eſt *quotidianus*, de quo ſignificatu v. Cannegieter. ad Auian. Fab. 33. v. 14. *Iaeg.*

Nullus uile putet, quod nouit corporis esse.
Sit censura patrum, sit disciplina per orbem:
Priuentur caedes, populorum iurgia cessent,
Nullus laedendi pateat locus, usus iniquae
Cesset auaritiae, subiectis parcite nostris,
Colla superborum confringite, culpa nocentes
Puniat ipsa suos, seruentur iura quietis.
Huc aures, totamque, uiri, deflectite mentem,
Quaeque sit ex dictis uestri spes, discite, nostris.
Agricolae sua rura colunt, cultuque diurno
Implorant fructus, et terram uomere findunt,
Diuiditurque bonis gratus labor ille colonis:
Pars scindit glebas, pars sulcis semina mandat,
Pars liquidas deducit aquas, hortosque uirentes
Irrigat, ac tractis satiat pomaria riuis:
Nouit culta suos tellus ditare colonos.
Sic bene *promeritos* donis res publica ditat,
Terra uelut pinguis, cuius spes magna Senatus
Hic floret uirtute, fide, grauitate, rigore:
Hanc quicunque colunt, multum mercedis habebunt.

Quod

231 *Priuentur caedes*) Versus uno tantum uerbo mutatus repetitur infra v. 337:

Priuentur caedes, studiorum iurgia cessent.

Mire autem dictum, *priuentur*, pro, *auferantur, tollantur de medio.* Rittersh.

233 —— *subiectis parcite nostris, colla superborum confringite*) Alludit ad *Virgilianum uersum* 853. *lib. VI Aeneid.*

Parcere subiectis, et debellare superbos. Id.

234 —— —— *culpa nocentes puniat ipsa suos*) Nam regula est Iuris, *peccata suos tenere auctores oportet, nec ulterius extendi metum, quam reperiatur delictum. l. XXII. sancimus. C. d. poen. l. XXVI. crimen. ff. eod. tit.* Id.

245 *Sic bene promeritos donis res publica ditat*) Ita restitui, cum antea legeretur, *pro meritis.* Id.

Quod fiſci eſt, nullus rapiat: cognoſcite, fiſcum
Ventris habere locum, per quem omnia membra cibantur.
Venter alit corpus: fuerit ſi uenter inanis,
Omnia deficiunt, tenuantur robore, membra,
Et contracta rigent arentibus oſſa medullis.
Omnia ſufficiunt ſacrati commoda fiſci,
Ex quibus eſt commune bonum; commune leuamen
Tutetur fiſcus, iuſtorum nemine laeſo:
Quae ſua ſunt, capiat; quae ſunt priuata, relinquat.
Iuſtitiam colimus, iuſtos ueneramur, amamus:
Hanc commendamus, hanc uos retinere iubemus.
Plurima ſunt uiuo nimium neglecta parente;

Vnde

249 — — — *fiſcum uentris habere locum, per quem omnia membra cibantur*) Elegantiſſima comparatio, qua et Hadrianus Pontifex uſus eſt apud Ioannem Sarisberienſem, *lib. VI policratici, cap.* 24. Vbi ſe de ſiniſtris rumoribus, qui de rapacitate aulae Romanae iam tum paſſim ſpargebantur, excuſat. *Stomachus*, inquit, *licet uorax ſit et auidus alieni, non ſibi tamen petit, ſed aliis membris, quae, eo exinanito, nequeunt ſuſtentari. Tale eſt, ſi attendas recte, in corpore rei publicae, ubi, licet plurimum appetat magiſtratus, non tam ſibi, quam aliis coaceruat. Si enim exinanitus fuerit, nihil eſt, quod membris ualeat impartiri. Nam ſtomachi in corpore, et Principis in re publica, idem officium eſt, ſecundum illud Q. Sereni:*

Qui ſtomachum dominum totius corporis eſſe
Contendunt, uera niti ratione uidentur. *Id.*

152 *Omnia deficiunt, tenuantur robore membra*) *Robore*, pro, *ab ore*, quod perperam legebatur in exemplari manu ſcripto, repoſuimus. *Ruizius.*

254 *Omnia ſufficiunt*) Legebatur prius, *omnibus ſufficiunt.* *Rittersh.*

255 *Ex quibus eſt commune bonum; commune leuamen*) Hoc loco, ut et inferius, *libro* III, v. 359, *leuamen*, reſtitutum eſt, pro, *libamen*, quod contra carminis et ſententiae rationem erat. *Ruizius.*

Vnde tot exhauſtus contraxit debita fiſcus,
Reddere quae miſeris moti pietate paramus.
Quod minus ob ſenium factum*ue*, actumue parentis,
Tempore Iuſtini correctum gaudeat orbis.
Nulla fuit iam cura ſenis, iam frigidus omnis
Alterius uitae ſolo feruebat amore:
In *caelo* mens omnis erat, iam corporis huius
Immemor, hanc mundi faciem tranſiſſe putabat.
Et licet exhauſti uacuarit commoda fiſci,
Illa tamen ſancti mecum eſt benedictio patris,
Quae totum reparare poteſt, et lapſa nouare.
Nec patimur, quemquam ſacratum laedere fiſcum;
Nec laedi quemquam ſinimus ſub nomine fiſci;
Vtantur cuncti propriis, ac iure fruantur.
Haec poſtquam Princeps tranquillo protulit ore,
Pronus adorauit, laudans pia dicta, Senatus,
Et ſummi clamor peruenit in aſtra fauoris.

Proti-

263 *Factumue, actumue*) Legebatur, *factum actumue*. *Rittersh.*

267 *In caelo*) Legebatur, *in caelum*. *Id.*

268 *hanc mundi faciem tranſiſſe*) Παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου, inquit Paullus, 1 *Corinth.* VII, 31, ad quem locum Corippus hîc procul dubio reſpexit. Inde ſymbolum nobis delegimus: *Figura mundi praeterit*. *Id.*

273 *Nec laedi quemquam ſinimus ſub namine fiſci*) Sic Traianus, optimus Princeps, cum procuratore fiſci ſui pari libertate litigari uoluit, qua cum aduerſario quouis priuato. adeo *nunquam mala cauſſa eſt fiſci*, niſi *ſub bono Principe*, ut argute ait Plinius in *panegyrico*, *cap.* XXXVI, n. 4; (ad quem loc. v. Schwarz.) Eſtque memorabilis eiusdem Principis uox, fiſcum lieni ſimilem eſſe, quo nimium creſcente, ceteri artus contabeſcant. *Rittersh.*

M. Antonini philoſophi abſtinentia fiſci in iudiciis, apud Capitolinum laudibus effertur. uid. quoque Caſſiod. *lib.* I, *ep.* 22. *Goetz.*

Protinus in magni ſurgit faſtigia circi,
Cerneret ut laetos populos, plebemque moneret
Eloquii pietate ſui. Tunc ordine longo
Incedunt ſummi proceres, fulgensque Senatus.
Ipſe inter primos uultu praeclarus honoro,
Fratris in obſequium gaudens, Marcellus abibat;
Diſpoſitorque nouus ſacrae Baduarius aulae,
Succeſſor ſoceri, factus mox cura palati.
His aetas diſpar, ſed par uotum atque uoluntas:
Ambo patricii, dilecti Principis ambo,
Fulgebant geminis ſimiles radiantibus aſtris,
Aſtris, quae caelum flamma meliore perornant,
Solaque prolato poſſunt cum ſole uideri,
Stellarum fugiente globo, quando omnia pallent
Sidera, et afflatas ortum iubar adſpicit herbas,
Atque operit nouus aſtra dies. Praenuntius ante
Signa dedit curſor, poſita de more lucerna:
Exoritur laetum iucunda per agmina murmur;
Intentos oculos ad ſedem uulgus herilem

Ex-

283 *Fratris in obſequium gaudens Marcellus abibat; diſpoſitorque nouus ſacrae Baduarius aulae)* De Marcello, Iuſtini fratre, nullibi mentionem factam inuenio. Baduarius uero, aut Badoarius, nam utroque modo in exemplaribus manu ſcriptis legitur, gener fuit Iuſtini Caeſaris, qui anno ipſius imperii decimo, miſſus in Italiam contra Longobardos, ibi in proelio uictus eſt; nec multo poſt etiam mortuus: ut ait in *chronico* Ioannes Abbas Biclarenſis. *Ruizius.*

294 *poſita de more lucerna*) Sunt, qui haec uerba ad ignem Auguſtis praelatum trahant: quibus tamen non ſine ratione contradicit *Eſchenbach. Diſſ. de igne Aug. prael.* §. 7. coniicitque, in aula Conſtantinopolitana moris fuiſſe, ut, ſi quando Imperator in Theatrum uel Circum uenire decreuiſſet, Curſor quidam, notabili ante aduentum Imperatoris ſpatio, Lucernam iuxta eius ſedile poneret, eoque ipſo populum moneret, Sacram Imperatoriam maieſtatem ibi compariturum. *Iaeg.*

296 *ſedem — herilem*) ſellam

Extulit assurgens, quoniam plebs laeta uidere
Felicem dominum summo cupiebat amore.
Egreditur cum luce sua, frontemque serenam
Armauit sancti faciens signacula ligni.
Vtque salutato tetigit subsellia uulgo,
Auratum scandens solium, sedemque paternam,
Constructam plumis, pulchrisque tapetibus altam,
Adspexit laetus populos, uultuque modesto
Circumfusa uidens plaudentum millia, risit,
Censuram seruans, et plebi gaudia donans.
Vt Princeps solio subnixus sedit in alto,
Ingens laetitiae sonuit fragor: aurea plebes
Tempora Principibus centenis uocibus optant:
Iustino uitam partes utraeque reclamant,
Augustae Sophiae uotis quampluribus orant.
Excutiunt plausus, studiorum gaudia surgunt,
Alternisque sibi respondent agmina dictis.
Emittunt dextras *pariter*, pariterque remittunt:

Cer-

sellam curulem Imperatori positam. v. Chimentell. de Hon. Bis. c. 13. *Id.*

301 *salutato — uulgo*) Claudian. de VI. Cons. Honor. v. 611 sqq.

O quantum populo secreti numinis addit
Imperii praesens genius, quantamque rependit
Maiestas alterna uicem, cum regia Circi
Conuexum gradibus ueneratur purpura uulgus,
Adsensuque cauae sublatus in aethera nullis
Plebis adoratae reboat fragor, unaque totis
Intonat Augustum septenis arcibus Echo. *Id.*

314 *Emittunt dextras pariter pariterque remittunt*) Significat eas, quas Graeci χειροτονίας uocant. Mutilarat nobis hunc uersum librarius eadem occasione, qua et alios, quum putaret, perperam iterari eandem uocem. Sic supra *v.* 201. *sede sedens una*, omiserat librarius τῇ *sede*; sic *v.* 359, *itque tumultus per laetos ingens, ingens fremit undique murmur.* ubi τὸ *ingens*, semel tantum positum

Certatim toto uulgus micat undique circo,
Et uèniunt denſae manicis albentibus undae:
Diſponunt cantus, modulos et cantibus addunt:
Nunc ſimul erectis, pronis nunc ardua membris
Dant capita: accedunt pariter, pariterque recedunt:
Fertque, refertque globum moles condenſa uirorum.
Exaltata putes, placidis bene flantibus euris,
Ludere coniferae frondoſa cacumina ſiluae,
Et flexis nutarè comis, lentoque uiciſſim
Vertice fecundos huc, illuc flectere ramos.
Inde dato populi fecere ſilentia ſigno,
Cunctaque clamoſi tacuere ſedilia circi.
Mollior ut uentis quoties uenit aura remotis,
Fluctiuagum pelagus, quod tempeſtate mouetur,
Manſuetis planatur aquis; tunc Solis honore
Omnia clara ſilent tranquillis aequora ripis.
Vt clamor magnus populi, ſtrepitusque quieuit,
Diuinus Princeps Auguſta uoce perorans
Haec plebi mandata dedit: Bene uiuite, ciues,
Tempus gaudèndi eſt, gaudete, hilaresque manete:
Contulit iſta Deus, nullus ſua gaudia turbet.
Priuentur caedes, ſtudiorum iurgia ceſſent.

ſitum erat cum detrimento uerſus. *Rittersh.*

317 *Diſponunt cantus, modulos et cantibus addunt*) Carmen hoc ita emendatum eſt, quum non bene in manu ſcripto codice legeretur: *Diſponunt cantus, et modum cantibus addunt.* Quo loco nobis audendum aliquid profecto fuit, ut uerſus ipſa ratio conſtaret. *Ruizius.* Pro *modulos* rectius *motus*, *Barth.* l. c.

331 *Vt clamor — quieuit*) Sequor Barthium, emendantem *Vt clamor* etc. *Laeg.*

Et iam poſt duros cunctis promitto labores:
Otia ſint plebi, nobis uigilantia ſollers.
Tranquillam faciam ſecuris ciuibus urbem;
Nos curam ueſtri gerimus, nos ueſtra tuemur.
Credite, non patitur ſaeclorum ſecta meorum
Iniuſtos ſaeuire diu; componite mores,
A furtis cohibete manus, ceſſate nocere.
Diſcite iuſtitiam, legum praecepta tenete:
Iuſtitiam quicunque facit, fora nulla timebit:
Omnis erit iudex informidabilis illi.
Corripiet fontes iuris uigor. *eſte* quieti.
Si ſocium ſocius, ſi ciuem ciuis amabit,
Non ſolum optati iubeo ſpectacula circi,
Praemia ſed populis et maxima dona parabo.

Dita-

337 *promitto*) Fortaſſe haud inepte, *permitto*. *Rittersh.*

341 — *non patitur ſaeculorum ſecta meorum*) Sic ſaepe in reſcriptis ſuis Imperatores in Cod. *ſecta meorum temporum non patitur*. item *diſciplina meorum temporum*, cet. uide exempla collecta diligenter a Fr. Iureto, *in notis ad* Symmachum. Plura quoque attuli in *comment. ad lib.* X. *epiſtol.* Plinii et Traiani *pag.* 350; quibus adde ea, quae notauit Gruter. *diſcurſ.* II. *in* Tac. *part.* I, *pag.* 16. *Id.*

345 *Iuſtitiam quicunque facit, fora nulla timebit*) Iuſto enim *non eſt lex poſita*, inquit Paullus, 1 *Timoth.* I, 9. Hinc et Sophocles: ξὺν τῷ δικαίῳ γὰρ μὴγ' ἕξεσι φρεσὶν τεῦν. *Cauſſa in bona fidente animo eſſe condecet.* Similia apud Plautum, *Amphit. act.* II, *ſc.* II, *Quae non deliquit, decet audacem eſſe, et confidenter pro ſe, et proterue loqui*; et *Pſeud. act.* I, ſc. V. Et Phaedrus, *lib.* IV, *fab.* 25, *v.* 28 *ſqq.*

Excedit animus, quem propoſuit terminum;
Sed difficulter continetur ſpiritus,
Integritatis qui ſinceræ conſcius,
A noxiorum premitur inſolentiis. *Id.*

346 *Omnis erit iudex informidabilis illi*) *Illi* potius, quam *ille*, ut in manu ſcripto eſt, legendum nobis uidetur. *Ruizius.*

347 *eſte quieti*) Legebatur uitioſe, *eſtote*. *Rittersh.*

Ditabo plebes opibus; nomenque negatum
Conſulibus conſul poſt tempora cuncta nouabo,
Gaudeat ut totus Iuſtini munere mundus.
Dona Kalendarum properant uicina mearum,
Vos ueſtris adſtate locis, properate, parate,
Promiſſaque die noſtras ſperate curules.
Expauit gaudens inopino nomine uulgus
Conſulis audito: natus fragor, itque tumultus
Per laetos ingens, ingens fremit undique murmur,
Ingeminantque cauos dulci modulamine plauſus.
Interea lati ſpoliant ſubſellia circi;
Vndique plorantum deſcendit turba uirorum,

351 — — *nomenque negatum conſulibus conſul poſt tempora cuncta nouabo*) Hoc ideo a Corippo dictum eſt, quod poſt Baſilii iunioris conſulatum per XXV annos Oriens ſine conſulibus fuerat, usque ad primum ſcilicet annum Iuſtini iunioris, qui factus Imperator, conſulis nomen uſurpauit, et ita poſt eum ſubſequentes Imperatores: ut ex Marcellini *faſtis Graecis*, et Maffeiorum, diligentiſſime probat Onuphrius Panuinius. *Ruiz.*

354 *Dona Kalendarum properant uicina mearum*) Iuſtinianus enim Imperator obierat Conſtantinopoli Idibus Nouembribus, anno Chriſti IↃLXV, unde iam nouus annus, ſeu Kalendae Ianuariae inſtabant: quibus mos erat apud antiquos, uarios ludos exercere, auſpicia noui anni capere, dona et ſtrenas accipere mutuo et dare, ſed praeſertim conferri ab Imperatoribus, ut inferius *libro* IV, *v.* 125 *ſeqq.* et tandem eodem etiam die iniri conſulatum. *Id.*

Conſulatum A.C. DLXVII. non uero ſuperiori, ut Baronius; Faſti Heracliani et Chronicon Alexandrinum habent, geſſiſſe Iuſtinum, ex Faſtis Maffeiorum aliisque docet Pagi, Crit. Bar. t. 2. p. 639. *Iaeg.*

358 — — — *tumultus per laetos ingens, ingens fremit undique murmur*) Rationem emendati uel potius ſuppleti uerſus reddidi ſupra ad v. 314. *Rittersh.*

fremit undique et undique murmur. Meurs. Crit. Arnob. p. 149.

360 *cauos — plauſus*) cauis manibus editos. *Iaeg.*

361 *ſpoliant ſubſellia*) Scilicet corporibus ſuis; id eſt,

Et positis totam chartis impleuit arenam
Ante ipsam domini sedem, largisque rigantes
Ora uiri lacrimis, et terrae corpora dantes
In facies cecidere suas: Miserere, perimus!
Insonuit uox magna diu: lege sacra parentis
Syngrapha; de tantis rationem collige chartis;
Iam seruis succurre tuis. nos nostra iubenti
Credidimus domino. Vobis quis uestra negaret?
Quum uestrum est, quod mundus habet. Scis, summe regentum,
Publica quid uestro prosint commercia fisco.
Vnde

est, nuda relinquunt. Eadem fere dictum ratione, qua supra v. 232, et v. 337, *priuari caedes*, dixit. *Rittersh.*

363 — — — *chartis impleuit arenam*) *Chartas* intellige, uel *libellos supplices*, uel potius *syngraphas*, quas, v. 390, uocat *cauta*; id est, cautiones seu chirographa, quae Iustinianus suis creditoribus dederat. Reliquit enim moriens magnum aes alienum, quod initio statim imperii sui dissoluit Iustinus, combustis in omnium conspectu syngraphis. *Id.*

369 — — — *nos nostra iubenti credidimus domino*) Nimirum, iubet rogando, quum rogat, potentior. Quamuis alioquin ut ceteri contractus, ita et mutui, consensu constet, sitque uoluntarius. *Credendi* uerbum, hic de *mutuo* usurpari, manifestum est, ut quum dicimus: *creditae pecuniae actionem*, significamus eam, quae de mutuo datur. *Id.*

371 — *uestrum est, quod mundus habet*) Siquidem uerum est, *Imperatorem mundi esse dominum*: de quo nostri disputant ad *l.* ἀξίωσις. *ff. ad l. Rhod. de iact.* et *l. bene a Zeno. C. de quadr. praescript.* uide et Senecam, *lib. VII, de benefic. cap.* 4. et 5: *Iure ciuili*, inquit, *omnia Regis sunt. Et tamen illa, quorum ad Regem pertinet uniuersa possessio, in singulos dominos descripta sunt: ut unaquaeque res habeat possessorem suum. Itaque dare Regi et domum, et mancipium, et pecuniam possumus: nec donare illi de suo dicimur. Ad Reges enim potestas omnium pertinet, ad singulos proprietas. Sub optimo Rege omnia Rex imperio possidet, singuli dominio.* *Id.*

Vnde tributa tuis ſuccedent annua rebus,
Deficiet ſi noſtra manus? Tibi militat omne,
Quod gerimus: nos, quae tua ſunt, priuata uocamus.
Vix nobis uitae conſtant alimenta diurnae,
Afflictis, quae longa dies, longoque labore
Sors quaerit, paruosque cibos ſub nocte reponit.
Flere diu tantis lacrimis non paſſus, acerbis
Condoluit miſerans, et ſe pietate ſubegit
Legibus ultro ſuis. Aliena pecunia, dixit,
Reddenda eſt. uiuus patri qui ſubſtitit heres,

373 *Vnde tributa tuis ſuccedunt annua rebus, deficiet ſi noſtra manus*) Subiecti nimis preſſi, grauati atque exhauſti, non ſufficiunt tandem tributis pendendis. *Nouis indictionibus preſſi, ad uetera tributa deficiunt*, inquit Plinius panegyr. ad Traianum, *cap.* XXVIIII, v. 4. Hinc de ſui aeui Gallia dicit Sidonius *carminum* V:

Gallia continuis quamquam ſit laſſa tributis.

Vide et Saluianum, *de gubernat. Dei, lib.* V, et Sauaron. ad Sidon. *lib.* V, *ep.* 17. Quare callidiſſimus Princeps Tiberius recte aiebat: *Boni paſtoris eſſe, tondere pecus, non deglubere;* ſemperque laudati ſunt Principes, qui tributa minuerint, ut Gratianus Imp. de quo Auſonius, in *gratiarum actione*; ut Valens, de quo Themiſtius Euphradas, *oratione de pace*; ut Iulianus, qui ipſe de ſe in *Miſogone* teſtatur, *ſe quinctam* partem Antiochenſibus remiſiſſe. *Id.*

379 *Flere diu tantis*) Vonckius corrigit:

Flere diu tantos lacrimis non paſſus acerbis,
Condoluit miſerans. ——— *tantos*, i. e. *tot*, ut ſupra, L. I. v. 252. et ſic non poſterioris tantum aeui ſcriptores, ſed ipſos quandoque antiquos atque aurei ſaeculi locutos eſſe monet, laudato Brouckhuſ. ad Propert. L. 2. Eleg. 16. *Iaeg.*

380 ——— *ſe pietate ſubegit legibus ultro ſuis*) Exemplum hoc pertinet ad *l.* IV. C. *de legib.* et *l. Princeps ff. eod. l. XXIII, ex imperfecto. D. de leg. III, l. III, C. teſtam.* §. *ult. Inſt. quibus mod. teſtam. inf.* adde, quod in contractibus Princeps eodem quo priuati iure uti debeat. *Rittersh.*

Thesauros fidis priuatos ferre ministris
Imperat. Innumerae mox aduenere cateruae,
Fortia centenis oneratae brachia libris.
Depositere humeris, turmae glomerantur in unum,
Et totus fuso circus resplenduit auro.
Tunc posita ratione palam, populoque uidente,
Debita persoluit genitoris, cauta recepit.
Gaudia quanta illic, quantus fauor! undique laetus
Tollitur in caelum populorum clamor ouantum.
Mirantur proceres, mirantur talia plebes.
Hinc rutili lucent chartis ardentibus ignes:
Hinc radiat fuluum concertans ignibus aurum.
Hinc chartas flammis subigunt, hinc pondere fusos
Exaequant solidos, et lancem pollice pulsant.
Tunc finibus plenis abeunt, quaestuque laborant,
Elatisque oculis pro uita Principis orant.
Largior inuentus patre est, clementior idem,
Qua uirtute animi mentem calcauit habendi,

Publi-

385 *libris*) stateris. v. infra v. 396. *Iaeg.*

389 *cauta recepit*) *Cauta*, uocat syngraphas, seu obligationes, seu instrumenta, quae usitatius *cautiones*. *Recauta* sunt apochae, quibus cautiones uacuantur, ut S. Augustini faciam mea. Vide Cuiacium in *exposit. Nou.* CXXX, ubi et Suidam allegat. *Cauta* et *cautiones*, ut pacta et pactiones, conuenta et conuentiones, idem. Vocantur *cauta*, etiam securitates. Exempla collegit Sauaro, ad Sidon. *lib. V, ep.* 13. *De suscepta uet. interp. Nou.* LXXII. *Rittersh.*

396 *lancem pollice pulsant*) Ad aequandum examen. *Iaeg.*

397 *quaestuque laborant*,) Vix possunt ferre pondus pecuniae acceptae. Plin. H. N. 9. c. 8. f. 8. *Arionem — interfecere nautis in mari pecuniis, ad intercipiendos eius quaestus.* i. e. opes, numos quaesitos. *Id.*

398 *Elatisque oculis*) Id est, *sublatis*, scil. in caelum; alias *elati oculi*, sunt superbi. *Rittersh.*

400 — — — *mentem calcauit habendi*) Rectius dixisset,

Publica priuato *dum* debita redderet auro!
Sponte ſua dominus ſeruis miſeratus egenis.
Priſcorum hoc uno uicit nouus omnia facto
Facta prius Princeps. Quamuis meliora ſequantur,
Hoc primum tamen omen erat, quod nullus auorum
Auguſtos umquam cecinit feciſſe priores.
Hinc aliud pietatis opus tam grande ſecutum eſt:
Pro uinctis flentes nuptae uenere maritis,
Matres pro genitis; (neſcit ſeruare pudorem
Rebus in afflictis ingens dolor:) immemor ibat
Turba ſui ſexus, cultu miſerabilis ipſo,
Per medios populos. Poſtquam uenere uerendam
Caeſaris ante caram, cunctae ſua pectora durae

xiſſet, *cupiditatem*, uel *amorem habendi*, quam mentem, ſi uerſus paſſus fuiſſet. Significat autem Θυμὸν κρείττονα τῶν κτεάνων, ut ait Pindarus. Praeclare Horatius *lib.* I, *ep.* 10, *v.* 47 *ſeq.*

Imperat aut ſeruit collecta pecunia cuique,
Tortum digna ſequi potius, quam ducere funem. Id.

401 *Publica priuato dum debita redderet auro*) Sic impleui uerſum, in quo deerat particula, *dum*. *Id.*

Largior inuentus patre eſt, etc. Publica pr. cum etc. Meurſ. l. c. et *Ruiz.*

402 *Sponte ſua dominus ſeruis miſeratus egenis*) Nos hoc loco libenter emenda-

uiſſemus, *ſeruos miſeratus egenos*, niſi Corippus ita ſemper loqueretur, libro III, *v.* 348. *Ruiz.*

404 *Facta prius*) Lege *pius*. *Vonck.*

406 *Auguſtos unquam cecinit feciſſe priores*) Carmen hoc ita correctum a nobis eſt, quum in manu ſcripto corrupte admodum legeretur:

Auguſtos nunquam cecinit feciſſet priore. Ruiz.

409 — — — *neſcit ſeruare pudorem rebus in afflictis ingens dolor*) Sic et *nimiae laetitiae decori ſunt et grauitatis immemores*, ut ait Mamertinus *panegyrico* in Iulianum, *cap.* XXIX, *n.* 2. *Rittersh.*

413 *Caeſaris ante caram, cunctae*

Illidunt terrae: pius es, potes omnia, clamant.
Cerne pias lacrimas, miserorum uincula solue:
Matribus his natos, his nuptis redde maritos.
Omnibus haec sit laeta dies, tua gaudia Princeps
Nullus agat tristis: cunctorum crimina dele,
Gaudeat ut laetus miti te Principe mundus.
Has pius adspexit lacrimas, precibusque dolentum
Annuit, et solui cunctos a crimine iussit,
More Dei: Deus est, cui uerbo competit uno Iusti-

cunctae sua pectora durae) *Cara* nomen, quo usus hoc loco Corippus est, quoque nos Hispani, ut et Itali et Galli, omnes uulgaribus nostris linguis, pro uniuscuiusque idiomate non uno modo, (sc. Hisp. *cara*, Ital. *ciera*, Gall. *chere*, angl. *chéar*. I.) hodie utimur, Graecum procul dubio est, κάρη scilicet Aeolibus, κάρα autem Doribus. Quod etsi proprie Graecis *caput* significet, aliquoties tumen pro tota ipsa facie, plenoque oris uultu usurpatum inuenitur, quemadmodum ab H. Stephano, apud Euripidem, est obseruatum. Neque uero nomen hoc ab alio, qui Latine scripserit, quam hic a Corippo, graecissante nimirum, ita dictum inuenio.
Ruizius.

Recte explicat Ruizius: quibus adde haec ex Festi decurtatore Paullo: caput ex Graeco dictum, quod illi interdum κάρα dicunt. Sic σχῆμα Graecorum apud Latinos in schema migrauit.
Rittersh.

421 — — *solui cunctos a crimine iussit*) Solius enim Imperatoris est, capitalis criminis gratiam alicui facere, et uitam donare. Eiusdem quoque est, restituere famam, quae uitae comparari solet, et pari cum ea passu ambulare dicitur. Vide Cassiod. III. *Var.* et Symm. III. *epist.*
Id.

Iuſtificare malos, mediaque a morte leuare.
Credite ſimpliciter, uox haec temeraria non eſt;
Qui facit hoc, Deus eſt, Deus eſt in corde re-
gentum:
Principibus Princeps quidquid Deus imperat,
hoc eſt.
Terrarum dominis Chriſtus dedit omnia poſſe:
Ille eſt omnipotens, hic omnipotentis imago.
Plurima praeterea ſollemni munere donans,
Dimiſſis populis, arcem remeauit in altam.

FL. CRESCONII CORIPPI AFRICANI IN LAVDEM IVSTINI AVGVSTI MINORIS

LIBER III.

SYNOPSIS.

I. *More patrum* Iuſtinus *exornat fumus decedentis auunculi*, v. 1. *Comparatio*, v. 50. II. *Poſt luctum populi priſtina laetitia et iucunditas*, v. 62. III. *Egregii apparatus imperialis conuiuii referuntur*, v. 85. IV. *De conſummatione conuiuii*, v. 134. V. *Exornatur Auguſta domus regentis imperium*, v. 151. *Comparatio*, v. 172. *Comparatio*, v. 182. VI. *Pulchritudo palatii Conſtantinopolitani laudatur*, v. 201. *Comparatio*, v. 228. VII. *Legatos Auarum ſibi* Iuſtinus *imperat praeſentari*, v. 231. *Comparatio*, v. 246.

Contigit ut Princeps Auguſtus limina tecti,
Quamquam feſta dies ſextam conſumſerat horam,
Non dulces epulas, non pocula grata petiuit,
Ni patris primum ſanctum et uenerabile corpus
Ornatum exſequiis tumulo mandaret opimis.
Ante fores iam pompa fuit, paſſimque per aulam
Porticibus longis ſtabat cum plebe Senatus,
Inte-

3 *Non dulces epulas, non pocula grata petiuit*) *Grata* repoſuimus, pro *rata*, quod in manu ſcripta codice legebatur. *Ruizius.*

6 *Ante fores iam turba fuit*) Sic reſtitui, quum antea hinc abeſſet *turba*. *Ritterſh.* Melius *pompa*. *Barth.*

Interius flentes famuli. uasa aurea mille,
Mille columnarum species, argentea mille,
Quae superimpositis implebant atria ceris,
Ordine cuncta suo, patrum sic more, parata:
Triste ministerium *laetam* feriebat in aulam.
Alta superpositis radiabant stramina gemmis,
Tempore quas prisco Romana potentia cepit:
Quas uiridis Nereus, quas protulit Indica tellus,
Et quas Memphitica Caesar perduxit ab aula:
Quas supplex Cleopatra dedit, quum uincula fratris
Frangeret, et rupto pallens custode ueniret:
Ex quibus aduersis cernebant fulgura mitti,
Sed lumen, non ignis, erat; lux undique fulget,
Aurea conspicui lustrans laquearia tecti.
Tura Sabaea cremant, flagrantia mella locatis
Infundunt pateris, et odoro balsama succo.
Centum aliae species, unguentaque mira feruntur,
Tempus in aeternum sacrum seruantia corpus.
Supremum patri talem celebrauit honorem

Au-

10 *ceris*) non pro *imaginibus*, ut uult Barthius, sed pro *cereis* capiendum uidetur. *Iaeg.*

12 *Triste ministerium*) *Virgilianum* hoc est, v. g. *lib. VII, Aeneid. v.* 19: *foeda ministeria. Rittersh.*

Laetam, forte, *latam. Ruiz.* Pro *feriebat* refer. *feruebat. Barth.*

13 *stramina*) Sic uestes *stragulas* appellat, ne quis stramina ex culmis rusticorum hic exaudiat. *Rittersh.*

14 *Tempore quas prisco Romana potentia cepit*) In manu scripto, *humana*, et non, *Romana*, fuit. *Ruizius.*

22 *Tura Sabaea cremant*, et mox *v.* 25 *sacrum seruantia corpus*) Sic Aurelius Prudentius Clemens, *Cathemerin. X, v.* 51 *sq.*

Adsperſaque myrrha Sabaea
Corpus medicamine seruat.

Plura de unguentis et aliis rebus ad arcendam putrefactionem cadaueribus adhiberi solitis, diligenter annotauit Kirchmannus, *lib. I, de funerib. Romanor. cap.* 8. *Rittersh.*

26 *Celebrauit*) Forte conuenientius *celebrabat. Ruizius.*

Auguſto melior Iuſtinus Caeſare Princeps.
Vt prius ingrediens corpus uenerabile uidit,
Incubuit lacrimans, atque oſcula frigida carpſit
Diuini patris, uerbisque dolentibus inquit:
Nos flemus triſtes, mentisque ardore dolemus:
Tu, pater, Angelicas inter, ſanctiſſime, turmas
Laetus abis, poſitoque Deum iam corpore cernis,
Et frueris meliore die ſub lumine Solis,
Nos, cui nullus ait. Salue, pater inclyte, ſalue,
Aeternum, pater alme, uale. Non plura moratus
Auguſtus nutu tolli ſublime feretrum
Imperat, et tota populus proceſſit ab aula:
Maeſtaque funereas accendunt agmina ceras:
Omnis

27 *Auguſto melior*) Acclamabant Principibus nouis: *Felicior Auguſto, melior ſis Traiano.* uide Ioan. Sarisberiens. *lib. V. policrat.* cap. 8; et quae notaui ad *lib.* III. Guntheri *cap.* 2. *Rittersh.*

28 *Vt prius*) Reſcr. *Pius.* *Barth.*

31 *Nos flemus triſtes*) Simili antitheto uſus eſt Carolus M. in epitaphiis uerſibus, quibus decorauit Rolandum, ſororis ſuae filium:

Tu patriam repetis, triſti nos orbe relinquis:
Te tenet aula nitens; nos lacrimoſa dies. *Rittersh.*

35 *cui nullus ait*) Forte *nulla ſalus.* *Ruizius.*

Malim ita: *ſub lumine Solis, Nos qui nullus adit*: i. e. cuius lumen nos mortales non uidemus; ſolis, hoc noſtro naturali multo lucidioris. Sed longe, longeque melior eſt coniectura Barthii, reponentis *Nox cui nulla ſubit.* *Iaeg.*

39 *Maeſtaque funereas accendunt agmina ceras*) Notiſſimus ueterum paganorum mos, efferre mortuos cum facibus, cereis, hinc etiam *funus*, a funibus ſeu funalibus accenſis dictum uolunt grammatici, Donatus, Seruius, Iſidorus. Eundem morem etiam eccleſia retinuit, hac ſignificatione, quaſi defuncti tanquam athletae quidam deducantur facibus accenſis et praeportatis, ut deuicto ſaeculo ad ſupremum illum βραβεῖον ac deſignatorem pergant, coronas ac praemia pugnarum ſtrenue pugnatarum percepturi. Docet me hanc ſignificationem S. Chryſoſtomus, *homil. IV, ad*

Omnis in exſequias ſexus conuenit et aetas.
Quis memorare poteſt tantae miracula pompae?
Hinc Leuitarum uenerabilis ordo canentum,
Virgi-

ad Hebraeos. εἰπὲ γὰρ μοι, τί βούλονται αἱ λαμπάδες αἱ φαιδραὶ; οὐχ ὡς ἀθλητὰς αὐτοὺς (τοὺς τεθνηκότας ἤγουν νεκροὺς) προπέμομεν. Alluſit ad eundem morem et Alcimus Auitus, *lib.* V:

Nulla uacans a morte domus, dum lumine multo
Tota curatur populoſum funus in urbe. Rittersh.

42 *Leuitarum uenerabilis ordo*) Iſidorus, *lib. VII, etym.* 12, *Leuitae*, inquit, *ex nomine auctoris uocati: de Leui enim Leuitae exorti ſunt, a quibus in templo Dei myſtici ſacramenti myſteria explebantur.* Hi Graece *diaconi*, Latine *miniſtri* dicuntur: quia, ſicut in *ſacerdote conſecratio*, ita in *diacono miniſterii diſpenſatio* habetur. *Id.*

42 et 43 ——— *ordo canentum, uirgineus tonat inde chorus*) Τῶν γυναικῶν τῆς κλίνης ἡγουμένων καὶ ψαλλουσῶν Iuſtinianus quoque (cuius hic exſequiae ducuntur) meminit *Nou.* LVIIII. Sed cur *hymnos* et *pſalmodias* funeribus Chriſtiani, ut hodieque facimus, accinebant? Nimirum, ut gratias Deo agerent, quod eum, qui e uita exceſſit, iam a laboribus liberarit, quod metu mortis exemtum ſecum habeat immarceſcibili ornaturus corona. Docuit nos hoc quoque, ut multa alia, S. Chryſoſtom. *homil. IV. ad Hebr.* εἰπὲ γὰρ μοι, τί βούλονται οἱ ὕμνοι; οὐχὶ τὸν ΘΕΟΝ δοξάζομεν καὶ εὐχαριστοῦμεν, ὅτι λοιπὸν ἐσεφάνωσε τὸν ἀπελθόντα, ὅτι τῶν πόνων ἀπήλλαξεν, ὅτι τῆς δειλίας ἐκβαλὼν ἔχει παρ' ἑαυτῷ; οὐ διὰ τοῦτο ὕμνοι; οὐ διὰ τοῦτο ψαλμῳδίαι; ταῦτα γὰρ πάντα χαιρόντων ἐστί. Nec dubitat ſanctus et grauiſſimus orator affirmare, Deum ipſum iſtiusmodi quaſi munimenta humanorum animorum exſtruxiſſe (hoc enim eſt ἐπιτειχίσαι, quo uerbo Chryſoſtomus utitur) ad peruerſam illam conſuetudinem plangendi et mortuos inſolabiliter lugendi euertendam. Plura uide apud Kirchmann. *lib. II, de funerib. Roman. cap.* 6. *Id.*

Virgineus tonat inde chorus; uox aethera pulsat;
Funduntur lacrimae ritu niuis, imbre madebant
Cunctorum ueſtes, proprioque in fonte natabant
Manantes oculi, uultusque, ſinusque rigabant.
Attonitae matres reſolutis crinibus ibant:
Ante fores aliae, tectis ſublimibus illae,
Implentes altas turba ſtipante feneſtras.
Quantus Hyperborei uolucrum concentus in Iſtri
Contrahitur ripis, gelidas quas linquere terras
Aſpera cogit hiems, glacie niuibusque coactis:
Innumerae glomerantur aues, ſtipantur in unum,
Innectuntque moras, et flumina linquere nolunt.
Tranſitus ob cauſſam multi pia tura cremabant:
Vndique currebat ſtudio plebs maeſta uidendi.
Omnibus unus amor, iuſtus dolor omnibus unus
Augebat lacrimas, et uiſo funere flebant,
Donec Apoſtolici ſubeuntes atria templi
Inclyta ſacrato poſuiſſent membra ſepulcro,
Quod pius ipſe ſibi puro conſtruxerat auro.

Poſt-

44 *Funduntur lacrimae ritu niuis*) Sic infra *lib. IV, v.* 12, *more niuis*. Homerus, χιὼν ὡς. *Id.*

46 *Manantes oculi*) Legebatur perperam, *madentes*. Sed nemo non uidet rectum eſſe, *manantes*; quod Kirchmannus quoque agnoſcit *lib. II, cap.* 11, ubi hunc locum allegat. *Id.*

52 *Aſpera cogit hiems glacie, niuibusque coactis*) *Coactis*, pro, *coactae*, repoſitum eſt. *Ruinius.*

55 *Tranſitus ob cauſſam*) Impegit poeta in regulam proſodiae corripiendo ultimam ſyllabam *tranſitus*. Sic alibi primam in *ſtagitant* breuem facit ἀλόγως. *Rittersh.*

61 *pius ipſe*) Intelligit Imperatorem Iuſtinianum, q. d. ὁ μακαρίτης, ὁ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως, ut Imperator de retro Principibus loqui amat in *Nouellis*. Quare non probo coniecturam Ruizii, legere uolentis, *prius*, pro, *pius*. *Id.*

Poſtquam facta quies, totam plebs laeta per urbem
Sacra coronatis ornauit moenia textis:
Pratorum ſpoliatur honos, nemus omne refertum
Frugibus, et glaucae frondes rapiuntur oliuae.
Exornant poſtes, et arundine limina comunt,
Feſtaque per cunctos tendunt uelamina uicos.
Ludere tunc iuuenes, et laudibus addere laudes
Incipiunt, plaudunt pedibus, mollique reponunt
Crura gradu, mirisque modis noua carmina flectunt:
Iuſtinum, Sophiamque pios, duo lumina dicunt.
Organa, plectra, lyrae, totam inſonuere per urbem.
Mille uoluptatum ſpecies, conuicia mille,
Saltatus, riſus, diſcurſus, gaudia, plauſus:
Auguſtis uitam laetis clamoribus optant.
Poſt ſenium dicunt ſeſe iuueneſcere: mundus
Gaudet, et antiquae repetit primordia formae.
Ferrea nunc abeunt, atque aurea ſaecula ſurgunt
Temporibus, Iuſtine, tuis, ſpes urbis et orbis,
Romani iubar imperii, decus *addite* cunctis Retro

63 *rectis*) Rectius *textis*. *Barth.*

65 *Frugibus*) fetibus arboreis. v. Heinſ. ad Ouid. Nuc. v. 19. *Iaeg.*

72 *Organa, plectra, lyrae totam inſonuere per urbem*) Carmen hoc ita quidem eſt reſtitutum, quum perueríe legeretur in manu ſcripto: *Organa, plectrum, lyra et totam inſonuere per urbem.* Sed et in proxime duobus ſubſequentibus, *conuiuia*, pro *conuicia*, et *diſcurſus*, pro *discuſſus*, emendauimus. *Ruizius.*

De organis v. Geſner. Chreſt. Plin. p. 404. ſq. *Iaeg.*

80 *Romani iubar imperii, decus addite cunctis retro Principibus*) Sic reſtitui lectionem et diſtinctionem huius loci,

Retro Principibus, cuius ſapientia uictrix
Obtinuit patrii faſtigia maxima regni.
Ingeminant Sophiae nomen, lumenque ſecundum
Hanc dicunt, carmenque nouum cum plauſibus addunt.
Interea laetus ſacra cum coniuge Princeps
Coeperat Auguſtae felicia carpere menſae
Gaudia, regales epulas, et dulcia Bacchi
Munera, quae Sarepta ferax, quae Gaza crearat, Aſca-

loci, qui ab utraque prius uitioſus erat. (ſc. *decus; addita*) *Retro Principes*, ſaepe etiam a Iuſtiniano, aliisque, paſſim in libris *iuris ciuilis* dicuntur *anteriores*, οἱ ἔμπροσθεν, οἱ παλαι βασιλεῖς. Sic *retro Principum dispoſitiones*, et *retro latae ſanctiones*, et *a multis retro ſaeculis*, et *retro familiaritas*, *retro iuuenes*, cet. Eſt enim manifeſte *graeciſſans ellipſis*. *Rittersh.*

88 *Munera, quae Sarepta ferax, quae Gaza crearat*) *Sarephtha*, *Saraphta*, *Sarafa*, promiſcue haec urbs Phoenices deſignatur. Vino fuit nobilis, inde dicit Alexander Tralianus, *lib. I*, cap. 13: καὶ ὀλίγον οἶνον - - - καὶ μάλιστα τὸν ὑδατώδη, οἷός ἐστιν ὁ Κνίδιος, καὶ ὁ Σάμιος, καὶ ὁ Σαρεφθίνος, *et uinum exiguarum uirium, et potiſſimum aquoſum, quale eſt Cnidium, Samium, et Serephtinum.* Contra Fulgentius, *lib. II. Mythologicon*, ubi de *Diony ſio*: *Indos uero uiciſſe, quod haec gens ualde ſit uino dedita, duobus ſcilicet modis, ſiue quia feruor Solis eos faciat potatores, ſiue quia ibi ſit Seraptenum uinum uel Meriotanum, cuius uini tanta uirtus eſt, quod uix quamlibet ebrioſus ſextarium toto menſe bibat.* cet. *Rittersh.*

Vrbs haec a Ioſepho *lib.* VIII. *antiq. Iud. cap.* 7, Σαρεφθὰ appellatur. Sarephthinum illud celebre uinum, *Tyrium* Plinius, *lib.* XIV, H. N. *cap.* 7, uidetur uocare. Fortunatus, de *uita S. Martini*:

— *Falerna*
Gazaque, Creta, Samos, Cypros, Colophona, Sarepta,
Lucida perſpicuis certantia uina lapillis.

De urbe *Gaza*, uid. Ioſephus *antiq. lib. VI, cap.* 1, *lib.*

Aſcalon et laetis dederat quae Graeca colonis,
Quaeque antiqua Tyros, quae fertilis Africa mittit, 90
Quae Meroe, quae Memphis habet, quae candida Cypros;
Quaeque ferunt ueteres maturo robore uites,
Quas manibus propriis Ithacus plantauit Vlyſſes,
Arce ſub Ibalia, Laertia *limina* ſeruans,

Paneg. Tom. Poſt.

lib. IX, *cap.* 8, *lib.* XIII, *cap.* 21, *lib.* XIV, *cap.* 10, *lib.* XV, *cap.* 11, *lib.* XVII, *cap.* 13; Plinius, *lib.* VI, H. N. *cap.* 28, et *lib.* XII, *cap.* 14; Lucanus, *lib.* III. 214 *ſqq.*

Accedunt Syriae populi, deſertus Orontes,
Et felix, ſic fama, Ninos, uentoſa Damaſcus,
Gazaque et arbuſto palmarum diues Idume,
Et Tyros inſtabilis, pretioſaque murice Siden.

Goetz.

89 *Graeca*) Vox mendoſa. Forte *Creta* uel *Petra*, quae in confiniis Palaeſtinorum et Arabum ſita eſt. v. Strabo, L. 16. p. 537. Caſaub. et uini Petritae mentionem facit Plin. H. N. L. 14. c. 7. ſ. 9. *Iaeg.*

94 *Arce ſub Ibalia Laertia flumina ſeruans*) Carmen hoc ita corruptiſſime legitur in codice manu ſcripto:

Parces ubi balia lacertia lumina ſeruans:

quod nos nec emendare omnino potuimus, neque emendatum ab aliquo, et ad marginem adſcriptum, placuit, ita ſcilicet:

† M m Non-

Arce ſub Acilia Lernaeia flumina ſeruans.

Quin et aliquot uerſus ſubſequentes mihi ſuſpicione non carent, ſed quos animus non eſt emendare, nec, niſi inſigniores duntaxat mendas, in his noſtris obſeruationibus indicare. *Ruiz.*

94 *Arce ſub Ibalia*) Barthius emendat: *Pace ſub Iliaca.* Quid? ſi legamus:

Quas manibus propriis Ithacus plantauit Vlyſſes,
Arte ſub Icaria, Laërtia limina ſeruans.

Icarum, Atticae regem, uitis plantandae rationem ſuos docuiſſe, narrant mythiſtorici, v. ad Propert. 2, 24, 29. Brouckhuſ. qui etiam ad Tibull. 4, 1, 10. oſtendit, illum a nonnullis confundi cum Icario, Penelopae patre, filio Oebali; unde etiam pro *Ibalia* legi poſſit adhuc probabilius *Oebalia*. *Sub arte* eſt *ad praeſcriptum artis*, uel *per artem*, ὑπὸ διδασκαλίαν, ut ſaepius. *Iaeg.*

94 *limina ſeruans*) Legebatur male, *lumina.* *Rittersh.*

Nondum Troiani uitans diſcrimina belli:
Quaeque Methymnaeis expreſſit cultor ab uuis
Pocula, quae uitreo flagrabant plena Falerno.
Priſca Palaeſtini miſcentur dona Lyaei
Alba colore niuis, blandoque leuiſſima guſtu.
Fuſca dabant fuluo Chryſattica uina metallo,
Quae natura parit liquidi non indiga mellis:
Et Gariſaei permiſcent munus Iacchi.
Cuncta quis expediet, dominis quae parturit orbis,
Romano quaeque eſt prouincia ſubdita regno?
Haec magno luxu quamquam cumulata redundent,
Temperie ſolita paruus cibus ore modeſto
Sumitur, et quantum capiat mens ſobria potus,
Cenſura ſeruante modum. Cura ipſa regendi,
Clementisque animus praeſumere parcius eſcas
Iure facit, potumque parum ſapientia quaerit.
Aurea purpureis apponunt fercula menſis
Pondere gemmarum grauia plus. Pictus ubique
Iuſti-

100 *Fuſca dabant fulue Riſattica uina metallo*) In manu ſcripto eſt:

Fuſca dabant fuluoris Attica uina metallo.

Quod nec ſtare ullo modo poteſt, nec emendatum, quemadmodum ad marginem fuerat, ſatis nobis placuit; ſic enim eſt:

Attica fuſca dabant fulgenti uina metallo.

Sed et huic proximum carmen uitioſe legi exiſtimarem, *naturamque* ibi pro aliquo loci alio nomine, ignorantia ipſius librarii, ſuppoſitum fuiſſe, niſi iam ſubſequentia: *liquidi non indiga mellis*, non ad *naturam*, ſed potius ad ſuperiora, *uina* ſcilicet, referenda ſint, quae ita dulcia forent, ut melle ad id nequaquam indigerent. *Ruiz.*

v. Barth. Adv. 55, 2.

110 *potumque*) Non male, *potusque*. *Ruiz.*

112 *Pondere gemmarum plus grauia*) Ita quidem legitur hoc carmen in codice manu ſcripto, ſed quod propter primam ſyllabam breuem *grauia* conſtare minime poſſit. Quod ſi *grandia*, pro *grauia* reponatur, non ſatis commode ſententiae congruere

Iuſtinianus erat; dominis pictura placebat,
Gaudebantque ſui genitoris imagine uiſa
Felices geniti: ueras ibi credere poſſes
Sacras effigies, uiuasque adſtare putares.
Ars et materies animas ſimul addere poſſint,
Addendi ueniam niſi tu, natura, negares.
Ingeniis hominum poſt mortem uiuere fama
Conceſſum eſt, clarum ſeruat ſua gloria nomen.
Ipſe triumphorum per ſingula uaſa ſuorum
Barbarico hiſtoriam fieri mandauerat auro,
Tempore quo captis iniecit uincla tyrannis
Iuſtinianus ouans, quarto cum conſule Princeps
Alta triumphali *tereret* Capitolia pompa.

gruere uidetur: nec aliud quidem occurrit remedium, quo uerſus hic ſanari, et ſuae integritati reſtitui poſſit. *Ruiz.*

115 *Felices geniti: ueras ibi credere poſſes ſacras effigies, uiuasque adſtare putares*) Duo hi uerſus ita deprauate legebantur in manu ſcripto exemplari:

Felices goniti ueras ibi credere poſſes
Sacras et figies, uiuasque adſtare putares. *Id.*

118 *Addendi uitam*) Rectius *ueniam*. *Barth.*

119 *Ingeniis hominum poſt mortem uiuere fama*) Legebatur antea *famam*. Imitatur uerſum uulgo notum:

Viuitur ingenio, cetera mortis erunt.

Quam ſententiam pluribus expoliuit Ouidius, nec non Cicero in ea pro *Archia*, et magnifice de ſuis carminibus Horatius:

Exegi monumentum aere perennius,

lib. III, *od.* 30. *Rittersh.*

124 *Iuſtinianus ouans, quarto cum conſule Princeps*) Nam quarto conſulatu Iuſtiniani, qui fuit annus eiusdem imperii et principatus ſeptimus, natalis autem Domini noſtri Ieſu Chriſti IↃXXXIV, Carthago de Vandalis recepta, et Africa Romano imperio redacta eſt per Beliſarium, qui Gilimerem, Vandalorum Regem, captiuum Conſtantinopolin in triumphum adduxit. Auctores Ioan. Zonaras, Comes Marcellinus, et alii. *Ruiz.*

125 *tereret Capitolia*) Legebatur uitioſe una littera minus, *terret*. *Rittersh.*

Sacris Principibus iucundae fabula menſae
De diuo genitore fuit: tum nomen honorum
Inter delicias et dulcia pocula ſummis
Laudibus attollunt, uiuumque per ora fatentur.
Sic deceſſorem regnantum nullus amauit,
Quamquam ſceptra patris natus ſucceſſor haberet:
Ante oculos geniti genitor dulciſſimus omni
Tempore ſemper erit, ſemperque in corde manebit.
Poſtquam diuinae ſumſere nouiſſima coenae
Pocula, et excelſae ſiluerunt gaudia menſae,
Contulerat quae prima dies, ſurrexit ab alto
Laetus uterque toro, ſecretaque tecta petiuit.
Sed non in ſegnes ſoluerunt pectora ſomnos;
Inuigilant animi, quibus eſt pia cura regendi
Tot latos populos, duros domitare tyrannos,
Conſiliis uti, cauſſas diſponere mundi.

Maxi-

126 *fabula*) Sermo, confabulatio. *Id.*

127 *nomen honorum*) honoratum. Sic alibi Corippus dixit, *honorum lucem*; et *lib.* IV, v. 86: *quidquid latet, exſtat honorum*; et v. 332: *ſenio honoro*. *Idem.*

130 *deceſſorem*) Anteceſſorem in imperio, cui mox opponit ſucceſſorem. *Gloſſ.* uetus *deceſſor*, πεοηγησάμενος, et altero *Gloſſar.* πεοηγησάμενος, *anteceſſor*, *deceſſor*, *praeceſſor*, *deceſſores*, διαπάτοχοι, malim διάδοχοι, ut in eodem *gloſſario*, *deceſſiones*, διαδοχαι. Nam διαπάτοχος in altero ueteri *gloſſ.* uertitur *poſſeſſor*, *detentator*, *retentator*; et διαπατοχὴ, *poſſeſſio*: et διαπατέχω, *obtineo*, *poſſideo*, *retineo*, *detento*. *Id.*

138 *Sed non in ſegnes ſoluerunt pectora ſomnos, inuigilant animi*) Manifeſta imitatio Homeri: cuius haec ſunt *Iliad.* II:

Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα,
ᾧ λαοί τ' ἐπιτετράφαται, καὶ τόσσα μέμηλε. *Id.*

Maxima pro rerum quae diſpoſuere ſalute
Admiranda magis, quam connumeranda fateri
Humanum decet ingenium. Quis carmine digno
Tot diuinarum miracula pandere rerum
Sufficiat? Quibus haec uerbis, qua laude reponat?
Diua Auguſta fauens, ſanctum et uenerabile nomen,
Immortale bonum, noſtrae Sapientia linguae,
Auſpiciis haec ſacro tuis: tua uota canentem
Reſpice, et oranti clemens ſolatia praebe.
Septima gaudentem lux aurea uiderat orbem,
Expellens placido brumalia frigora uerno;
Omnia Sol oriens radiis melioribus affläns,
Tranquillo gelidas tepefecerat igne pruinas.
Gaudebant elementa ſimul, mollique calebant
Temperie, uotisque ſuis noua Roma *fauebat*.
Ornata eſt Auguſta domus, iuſſuque regentis
Acciti proceres omnes; ſchola quaeque palati eſt

148 *noſtrae Sapientia linguae*) Rurſus ad nomen Imperatricis Sophiae alludit, ut ſaepe ſupra. *Id.*

149 *ſacro*) Magis mihi placet, *ſacra*. *Goetz.*

151 *Septima gaudentem lux aurea uiderat orbem*) Dies ſcilicet decimus nonus Nouembris, quo anni tempore iam dies, utpote ad brumam ipſam propiores, ſolent eſſe frigidiſſimi, potiſſimum uero Conſtantinopoli, et toto eo Thraciae tractu, ubi inſtanti hieme perpetuis niuibus, et altiſſima glacie omnia rigere conſpiciuntur. *Ruizius.*

152 *placido uerno*) *Vernum*, ſubſtantiue dixit pro, *uerno tempore*, ſeu *uere*. *Rittersh.*

156 *fiebat*) F. *fauebat* aut *fremebat*. *Ruiz.*

158 *ſcholaque ipſa palati eſt*) Scholam palatii uocat totum coetum officia aulica adminiſtrantium, ut infra quoque *v.* 188. *libr.* IV. Saepe uſurpatur uerbum in *poſterioribus libris codicis* Iuſtiniani. Interpolui autem hic τὸ *ipſa*, quod cum detrimento uerſus aberat. *Rittersh.*

Pro *ipſa* interponit *quaeque* Barth. in Claudian. p. 701.

Iussa suis adstare locis: iamque ordine certo
Turba decanorum, cursorum, in rebus agentum:
Cumque palatinis stans candida turba tribunis,
Et protectorum numerus: mandante magistro
Omnis

701. recte; nam plures scholae erant. v. Guth. de Off. Dom. Aug. *Iaeg.*

160 *Turba decanorum, cursorum*) De his v. Cod. L. 12. Tit. 27. et Guther. de Off. Dom. Aug. p. 331. et 669. *Id.*

160 *In rebus agentum*) *Agentes in rebus* dicebantur et *magisteriani*; quod ex *Nouellis* recte notauit Cuiac. *ad tit.* XX. *lib.* XII. *Cod.* Poterat addere auctoritatem uet. glossarii, ubi bis legas, *agens in rebus*, μαγιστριανος; et fortassis rescribendum μαγιστριανος, una syllaba auctius. Sic *Nouella* LXXXVI. Iulianus *magisterianum* peritissime interpretatur, *agentem in rebus*, probante ibidem Cuiacio, in fine expositionis suae. De officio eorum uide *d. t. C.* et *tit. seq. De Principibus agentium in rebus.* De hoc genere hominum scitum est illud Iuliani Imperatoris: *Rapere, non accipere, sciunt agentes in rebus*: quod apophthegma ille protulisse dicitur inductis quadam solennitate agentibus in rebus in consistorium, ut aurum acciperent; quum uidisset quendam ex eorum consortio, non, ut moris erat, expansa chlamyde, sed utraque manu cauata suscepisse. uid. Amm. Marc. *lib.* X. *Rittersh.*

161 *candida turba*) candidati, de quibus Guther. l. c. p. 347. idem de *tribunis*, p. 486 sq. de *protectoribus*, L. 12. Cod. Tit. 17. et Guth. pag. 348. denique de *magistro palatino* s. *officiorum* idem, p. 390. sqq. Barthius malit *turma.* *Iaeg.*

162 *mandante magistro — sacrorum — officiorum*) Is erat, ad quem disciplina morum in palatio pertinebat, quasi iudicem et magistrum officiorum aulicorum, quales sunt *cubicularii*, *l.* III. *C. de praepos. sacr. cub. Castrensiani* et *ministeriani*, *l.* III, et IV. *C. et minist. silentiarii*, *l.* IV. *C. de silent. Decani*, *l.* II. *de dec.* qui omnes obsequio et ministerio Principis dediti erant. Denique *magister officiorum*, et magister τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων, uel, ut Theocritus ait, ἡγεμὼν τῶν βασιλείων. Vide Cuiac. *in parat. C. ad tit. de offic. mag. off.* Huic similem arbitratur eum, qui in Galliis *Prevost de l' hostel*, h. e. quem uulgo *praefectum aulae*, den Hofmeister, appellitamus. *Rittersh.*

Omnis ſacrorum uis adfuit officiorum
Ornatu uario, cultuque, habituque, modoque.
Ingens excubitus, diuina palatia ſeruans,
Porticibus longis, porta condenſus ab ipſa,
Murorum in morem, laeuam, dextramque tegebat,
Scuta ſuberectis coniungens aurea pilis:
Enſe latus cincti, praeſtricti crura cothurnis
Adſtabant celſi pariter, pariterque nitebant.
Exſtantes latis humeris, durisque lacertis,
Coniferae ueluti ſacra inter flumina quercus,
Per quas blanda fluens rauco ſonat unda ſuſurro,
Condenſam faciunt frondoſo robore ſiluam,
Excluduntque diem ramis, intonſaque laetae
Attollunt capita, et uertice ſidera pulſant.

163 *Omnis ſacrorum uis adfuit officiorum*) *Officia* et hic et infra *lib.* III, *v.* 265. *lib.* IV, *v.* 104, et *v.* 236, aliquoties poſuit per tropum metonymiae, pro *ipſis hominibus officiariis*, ſeu *officia gerentibus*. Sic cuſtodiam iureconſulti ſaepe uocant ipſum hominem, qui in cuſtodia ſiue uinculis habetur *l.* XXVIII. §. *in exſulibus. ff. de poena l.* XII. *de cuſt. et exhib. reor. alibi.* Sic mox *v.* 165, *ingens excubitus*, et *lib.* IV, v. 241. dicuntur *multi excubitores.* *Idem.*

171 *Exſtantes)* Legebatur male *extantis.* *Id.*

172 ſeqq.) Hic, ut ſaepius in noſtro poëta, agnoſcimus imitationem Virgilii, qui Aen. 9, 677. de Pandaro et Bitia:

Ipſi intus dextra ac laeua pro turribus adſtant,
Armati ferro et criſtis capita alta coruſci:
Quales aëriae liquentia flumina circum
Siue Padi ripis, Atheſin ſeu propter amoenum,
Conſurgunt geminae quercus, intonſaque caelo
Attollunt capita et ſublimi uertice nutant. *Iaeg.*

176 *uertice ſidera pulſant*) Sic Boethius, *proſ.* I, de philoſophia inquit, *uertice pulſat caelum.* Vterque imitatione Horatii, *lib.* I, *od.* I, v. 36:

Sublimi feriam ſidera uertice.

Laeuaque, dextraque acies adſtare uideres,
Multaque ancipites ſplendeſcere luce bipennes,
Terribiles, aetate pares. Imitatur Olympum
Officiis Auguſta domus; ſic omnia clara,
Sic numeris bene comta ſuis, ita luce coruſca:
Aurea conuexi ueluti rutilantia caeli
Sidera menſura, numeris, et pondere curſus
Perfi-

177 *Et laeua, dextraque acies adſtare uideres*) In manu ſcripto ita peruerſe fuit:

Laeuaque, dextraque acies adſtare uideres:

quemadmodum altero uerſu inferius, *terribilis*, quod nos in *terribiles* mutauimus. *Ruiz.*

Laeuaque dextraque, ſic in MSC. ſuo ſe legiſſe teſtatur Ruizius. Cur igitur mutauit *et laeua? Quia*, inquit, *peruerſe ita fuit.* Cor Ariſtarchi! An non multa ſimilia apud praecipuos poetarum legerat? *Rittersh.*

179 *Terribiles, aetate pares*) Haec uerba non ad *bipennes*, ſed ad *acies* referenda eſſe, nemo non uidet. At ſic incommode interiectus eſt uerſus praecedens *Multaque — bipennes*, et inconcinna ſeries orationis, etiam ſi, Graecorum more, *ſplendeſcere* referamus ad *acies*, ſubaudito κατὰ *quantum ad bipennes*. Tentabimus transponendis uerbis medicinam facere. Supra, v. 170 ſq. legam:

Adſtabant celſi pariter, pariterque nitebant
Terribiles, aetate pares, duriſque lacertis.

Huc uero uocemus ibi omiſſa:

Multaque ancipites ſplendeſcere luce bipennes
Exſtantes latis humeris. — —

Sic omnia ſunt magis in expedito. *Iaeg.*

183 ſq. *Sidera menſura, numeris et pondere — librata ſuo*) Suſpenſa ἰσορρόπως, in aequilibrio conſtituta. Ouid. Met. 1, 12 ſq.

Nec circumfuſo pendebat in aëre tellus,
Ponderibus librata ſuis. — —

Idem Faſt. 6, 269 ſqq.

Terra pilae ſimilis, nullo fulcimine nixa,
Aëre ſubiecto tam graue pendet onus.
Ipſa uolubilitas libratum ſuſtinet orbem;
Quique premat partes, angulus omnis abeſt.

Lucan. 5, 93 ſq.

— — — *Forſan terris inſerta regendis,*
Aëre libratum uacuo quae ſuſtinet orbem,

Totius

Perficiunt librata ſuo, ſtabilique receſſu
Firma manent, unumque iubar ſuper omnia fulget:
Omnia ſuccumbunt flammis melioribus aſtra,
Et, quo tecta latent, Regis, paſcuntur ab igne.
Hac ſe magnarum Romana potentia rerum
Lege tenens, medias inter ſuper omnia gentes
Regna micat, claro tantum uni ſubdita caelo.

Atria praelargis exſtant altiſſima tectis,
Sole metallorum ſplendentia, mira paratu,
Et facie plus mira loci, cultuque ſuperba.
Nobilitat medios ſedes Auguſta Penates,
Quattuor eximiis circumuallata columnis:
Quas ſuper ex liquido praefulgens cymbius auro
Immodico, ſimulans conuexi climata caeli,
Immortale caput, ſoliumque ſedentis obumbrat
Ornatum gemmis, auroque, oſtroque ſuperbum.
Quattuor in ſeſe nexos curuauerat arcus;
Par laeuam dextramque tenens Victoria partem
Altius erectis pendebat in aëre pennis,
Laurigeram geſtans dextra fulgente coronam.
Mira pauimentis, ſtratisque tapetibus ampla
Planities; longoque ſedilia comta tenore
Clara ſuperpoſitis ornabant atria uelis.

Totius pars magna Iouis Cirrhaea per antra
Exit. — — — — —
v. etiam Plin. H. N. L. 2. c. 5. *Id.*

186 *Omnia ſuccumbunt flammis melioribus aſtra*) Melioribus, praeſtantioribus. τοῖς κρείττοσι. elegantiſſime Solem facit regem aſtrorum, qui omnia alia aſtra ſimul et obſcuret, et paſcat ſua luce. *Rittersh.*

196 *cymbius*) Vox nondum alibi mihi reperta ſignificat *caelum quoddam*, i. tegmen in cymbae modum formatum, quo ſolium tegitur. *Iaeg.*

Vela tegunt poſtes : cuſtodes ardua ſeruant
Limina, et indignis intrare uolentibus obſtant
Condenſi numeris, faſtu, nutuque tremendi.
Poſtquam diſpoſitis ornata palatia turmis
Officia explerunt, adytis radiauit ab imis
Inclyta lux, et conſiſtoria tota repleuit.
Egreditur Princeps, magno comitante ſenatu:
Adfuit obſequio caſtorum turba uirorum.
Illis ſumma fides, et plena licentia ſacris
Deſeruire locis, atque aurea fulcra parare,
Regales menſas epulis onerare ſupernis,
Conſeruare domum, ſanctumque intrare cubile,
Internas munire fores, ueſtesque parare.
Armiger interea, domini ueſtigia luſtrans,
Eminet excelſus ſuper omnia uertice Narſes
Agmi-

208 *indignis intrare uolentibus*) Τὸ *intrare*, bis ſumendum: *uolentibus intrare, ſed indignis intrare. Rittersh.*

209 *Condenſi numeris, faſtu, nutuque tremendi*) Legebatur in manu ſcripto: *condenſi in humeris.* Et alicui fortaſſis magis placeret, *condenſi innumeri*, corrigi, quod mihi non arridet. *Ruiz.*

209 *Condenſi numeris*) Magis mihi placeret lectio cod. MS. electo *in*, *condenſi humeris.* Sic Horat. Carm. 2, 13, 31. *Pugnas et exactos tyrannos Denſum humeris bibit aure uulgus.* Hiatum excuſare caeſura poteſt. *Iaeg.*

211 *Officia explerunt, adytis radiauit ab imis*) *Adytis*, repoſuimus pro, *atitis*, quod in manu ſcripto erat: quo modo etiam Virg. *lib.* V. *Aeneid. v.* 84. et ſequenti locutus eſt:

Dixerat haec: adytis quum lubricus anguis ab imis
Septem ingens gyros, ſeptena uolumina traxit, cet.

Niſi iam alicui *atriis* potius repónendum uideretur. *Ruiz.*

214 *caſtorum turba uirorum*) *Eunuchos* ſignificat, etiam illis uerbis, quae proxime ſequuntur, *illis ſumma fides*, cet. *Rittersh.*

217 *ſupernis*) *ſuperbis. Meurſ.* l. c.

221 *Eminet excelſus ſuper omnia uertice Narſes, agmina*) Eiusdem προσωπογραφίαν pulchram uide et infr. *lib.* IV, *v.* 366. Imitatur

Agmina, et Auguſtam cultu praefulgurat aulam,
Comtus caeſarie, formaque inſignis et ore.
Aureus omnis erat, cultuque, habituque modeſtus,
Et morum probitate placens, uirtute uerendus,
Fulmineus, cautus, uigilans noctesque diesque
Pro rerum dominis, et honora luce coruſcus:
Matutina micans ut caelo ſtella ſereno
Auratis radiis argentea ſidera uincit,
Vicinumque diem claro praenuntiat igne.

Vt

tur autem hic *Virgilianum* illud: *et toto uertice ſupra eſt.* *Rittersh.*

221 *Narſes*) Imperante Iuſtino tres Narſetes claruere, iique Persarmeni. De duobus prioribus loquitur Procop. L. 2. de B. Goth. c. 13. Primus praefectus Italiae fuerat. Secundus, qui frater erat Aratii et Iacii, periit in bello Perſico, imperante Iuſtino geſto, ut refert Procop. L. 2. de B. Perſ. c. 25. Tertius, Narſes ille eſt, de quo Corippus loquitur et cecinit: *Armiger — inſignis et ore.* At Narſes iſte, de quo poëta loquitur, non eſt is, qui tantas res in Italia geſſit, quique in offenſionem Sophiae Auguſtae incurrit. Neque enim Narſes Eunuchus forma inſignis fuit et ore, neque etiam iuuenis, ſed ſenex. Narſes itaque, de quo hic Corippus, ſub Mauricio dux militum fuit, et XXX. circiter annis poſt priorem adhuc floruit, tantoque Perſis terrori fuit, ut Perſarum infantes, audito ſolo Narſetis nomine, tremerent. De eo ſuſe Theophylactus, in Hiſtoria Mauriciana. — Praeterea Narſes, de quo Theophanes ad annum VI. Iuſtini iunioris ſcribit: *Hoc anno Narſes cubicularius et Protoſpatharius, qui Iuſtino Imp. adeo carus fuit, ut eius gratia ludibriis reſpergeretur, domum Narſetis conſtruxit, et Catharorum monaſterium;* Narſes, inquam, hic ille eſt, de quo uerba facit Corippus, qui Cubiculariis et Eunuchis praeſidebat; horum enim ſeriem et miniſteria deſcribit Corippus L. 3. Hunc etiam Narſetem Protoſpatharium fuiſſe, ſeu *Protectorem Comitum*, enſe armatum, turmaeque ſibi ſubditae ſignum gerentem, manifeſte oſtendunt uerſus Corippi, L. 4. quorum initium eſt, v. 366. *Nec non enſipotens* etc. *Pagi*, l. c. p. 640.

230 *Vicinumque diem claro praenuntiat igne*) In manu ſcripto fuit, *pronuntiat ignem.* *Ruiz.*

Vt laetus Princeps ſolium conſcendit in altum,
Membraque purpurea praecelſus ueſte locauit,
Legatos Auarum iuſſos intrare magiſter
Ante fores primus diuinae nuntiat aulae,
Orantes, ſeſe ueſtigia ſacra uidere
Clementis domini: quos uoce et mente benignus
Imperat admitti. Miratur barbara pubes
Ingreſſus primos, immenſaque atria luſtrans
Ingentes adſtare uiros, ſcuta aurea cernunt:
Pilaque ſuſpiciunt alto ſplendentia ferro
Aurea, et auratos conos, criſtasque rubentes:

Hor-

233 *Legatos Auarum*) Deſcribitur haec legatio in Excerptis Menandri Protectoris, qui hiſtoriam ab obitu Agathiae continuauerat, ut docet Photius in Bibliotheca. *Tunc Abari*, inquit Menander, *uoluntatis Imperatoris periculum facere ſtatuerunt, ſiquidem ampliora munera caperent, quibus per Romanorum puſillanimitatem ſua ſibi compararent commoda. Modo itaque precibus agebant, modo minas ingerebant. Sed Imperator tantum ſui terrorem Legatis incuſſit, ut intellexerint, illum eorum ſuperbiam minime toleraturum, neque quidquam eorum, quae prius accipere conſueuerant, indulturum, aut impune poſthac incurſiones in Romanae ditionis regiones facturos.* Pagi l. c. p. 637.

237 *admiſti*) Pagius habet *acciri*, ex memoria, puto. *Iaeg.*

238 *immenſaque atria luſtrans*) De induſtria noluit abſorbere aut elidere uocalem *e ante a*, perinde, ut infr. *lib.* IV, *v.* 28, *more apum*. Similia exempla olim obſeruaui apud Q. Serenum Sammonicum. *Rittersh.*

240 *Pilaque ſuſpiciunt alto ſplendentia ferro*) Pro *ſuſpiciunt*, legebatur in manu ſcripto, *ſuſcipiunt*: quod et in aliis locis Coripi a nobis emendatum etiam fuit. *Rutz.*

241 *Aurea, et auratos conos, criſtasque rubentes*) Diu multumque profecto me dubium tenuit huius carminis emendatio, quod deprauatiſſime ita in noſtro exemplari manu ſcripto legeretur:

Aurea, et auratas crines, criptasque rubentes:

uerum ex illo *Virgiliano* III. *Aeneid. v.* 468:

Et conum inſignis galeae, criſtasque comantes:

atque altero in IX. *Aen. v.* 207,

— *Ipſum*

Horreſcunt lanceas, ſaeuasque inſtare ſecures:
Ceteraque egregiae ſpectant miracula pompae,
Et credunt aliud Romana palatia caelum.
Spectari gaudent, hilaresque intrare uideri. 245
Non ſecus Hyrcanae, quoties ſpectacula, tigres,
Dat

— *Ipſum illum clypeum, criſtasque rubentes,*
facile nobis tandem indubiae certiſſimaeque coniecturae lux quaedam effulſit. *Id.*

242 *lanceas)* Nota συνίζησιν. *Ritterſh.*

242 *lanceas)* v. Dreſem. ad Iſcan. L. 2. v. 96. et omnino ad L. 6. v. 384. Ita etiam (eiusdem) L. 4. v. 246. legendum reor:

— — — *Prior Aeacides licioribus aras*
Imbuit, et has donis tandem ſollemnibus emtas.

Vulgo *ambit et has.* Vnde iam ad marginem correxerat Albanus Torinus, *imbuit et donis*, delero *has*, quod uidetur mihi ſeruari poſſe, ſi in τῷ *imbuit* συνίζησις admittatur. Conferri de his et ſimilibus poſſunt quae habet plura Munckerus, Diſſert. *de Hygini aetate et ſtilo*, pag. ſi numeres, 4. 5. ed. doctiſſ. van Staveren. Cellar. ad Sedul. L. 2. v. 275. Faërn. ad Terent. Andr. Act. 1. ſc. 1. v. 25. et alibi. Ipſe quoque hanc in rem notaui pauca in ſcripto ludicro, cui titulum feci: *Mercurii Stygii Iter Subterraneum*; quod utinam numquam mihi expreſſiſſet quorumdam importuna temeritas! uide ibi pag. 22. Auctor Carminis de Phoenice, qui Lactantius dicitur, v. 28.

Duodecies undis irrigat omne nemus.

Paulinus, Nat. XI. (apud celeberr. Murator. T. I. Anecdot.) v. 85.

Marcus Alexandria tibi datus, ut boue pulſo.

Propert. L. 4. Eleg. 7.

Eosdem habuit ſecum, quibus eſt elata, capillos,
Eosdem oculos, lateri ueſtis aduſta fuit.

Alcimus Auit. L. 6. Poemat. v. 191.

Coeleſti lauacro tenerum mors inuida natum
Praeripiat, dura generatum ſorte gehennae.

Vbi in *lauacro* duae literae *a* et *u* ſunt elidendae, ut caeſura conſtet; ſine exemplo, quantum noui. *Vonck.*

244 *aliud caelum)* Ἄλλον ἢ ἕτερον οὐρανόν, id eſt, *caelo ſimile.* Sic ἄλλος Ἡρακλῆς dicitur, qui Herculi ſimilis eſt robore. Sic alia ad eandem faciem dicta paſſim reperias. *Ritterſh.*

Dat populis noua Roma ſuis, ductore magiſtro,
Non ſolita feritate fremunt; ſed margine toto
Intrantes plenum, populorum millia, circum-
Suſpiciunt, magnoque metu miteſcere diſcunt,
Deponunt rabiem, gaudent fera uincla ſubire,
Per medios intrare locos, ipſumque, ſuperbae,
Quod ſpectentur, amant; caueam, turbasque fauentes
Luſtrant, et pronae ſolium regnantis adorant.
Verum, ut contracto patuerunt intima uelo
Oſtia, et aurati micuerunt atria tecti,
Caeſareumque caput diademate fulgere ſacro
Tergitius ſuſpexit Auar, ter poplite flexo
Pronus adorauit, terraeque adfixus inhaeſit.
Hunc Auares alii, ſimili terrore, ſecuti,
In facies cecidere ſuas, ſtratosque tapetes
Fronte terunt, longisque implent ſpatioſa capillis
Atria, et Auguſtam membris immanibus aulam.
Vt clemens Princeps legatos ſurgere iuſſit,
Officia ſtratos, iuſſu monituque iubentis,
Erexe-

253 *Quod ſpectentur amant, caueam, turbasque fauentes luſtrant*) *Caueam* hic, pro *caueant*, quod perperam legebatur, repoſuimus, adiuti Virgilii carmine *lib.* V. *Aeneid. v.* 340:

Hic totum caueae conſeſſum ingentis:

quod procul dubio Corippus hoc loco imitatus eſt. *Ruiz.*

258 *Ter gazis*) Subſtituo, *facie*. *Goetz.*

258 *Ter gazis*) Subſtituit ὁ πάνυ *ter facie s. Auar.* At, ſi Menandri Excerpta conſuluiſſet, facili negotio potuiſſet animaduertere, nomen Auaris latere, qui legationis princeps ad Iuſtinum miſſus fuerat; atque adeo ſcribendum: *Tergitius*, uel *Targitius ſuſpexit Auar*. Vide Menandrum. *Vonck.*

262 *longisque implent ſpatioſa capillis atria*) *Capillis*, quos ſupra *fragmenti v.* 4, *colubrimodos* uocabat. *Rittersh.*

Erexere uiros: Quod poſcitis, ore ſereno
Clementer regnator ait, memorate, docete,
Et ueſtri Regis quae ſit legatio, ferte.
Haec poſtquam Princeps tranquilla uoce profatus,
Crudus et aſper Auar dictis ſic coepit acerbis:
Rex Auarum Cagan, debellans intima mundi,
Famoſos ſtrauit magna uirtute tyrannos,
Innumeros populos, et fortia regna ſubegit.
Cuius Threicium potis eſt exercitus Hebrum
Exhauſto ſiccare lacu, fluuiumque bibendo
Nudare, et nondum *plene* ſatiatus abire.
Quem Perſae timuere feri, genibusque minantis
Admo-

271 *intima*) f. *ultima. Iaeg.*

272 *Famoſos ſtrauit magna uirtute tyrannos*) In codice manu ſcripto fuit: *Famoſis intrauit magna.* Ceterum, pleraeque uariae lectiones ad marginem ipſius Corippi poematis a nobis appoſitae, quae ad finem huius tertii libri conſpiciuntur, ex antiquiſſimo quodam uolumine *Ouetenſis* eccleſiae collectae ſunt, ubi duae hae orationes legati Regis Auarum, et Iuſtini Imperatoris, cum aliis uariis operibus continentur. *Ruiz.*

274 *Cuius Threicium potis eſt exercitus Hebrum exhauſto ſiccare lacu*, cet.) Significat barbarus legatus, Regem ſuum maximas ductare copias. Sic Xerxis copiis potantibus amnis *Chidorus* non ſuppetiit, ſed defecit, ut ſcribit in *Polymnia* Herodotus. Ad quem reſpicit Iuſtinus, *lib.* II, *cap.* 10, *n.* 18, *ſeqq.* *Rittersh.*

276 *plene*) Al. *potu.* *Ruiz.*

277 — — — *genibusque minantis admouere manus, pacem et meruere precando*) Deerat τὸ *et*: quod repoſui. Ritus ſupplicum, tangere genua, uelut miſericordiae ſacra. Sic Tacit. *lib.* XV *annal. cap.* 71, *n.* 1, de Nerone: *genua ipſius aduolui.* Plinius, *lib.* II. *hiſt. nat. cap.* 45: *Hominis genibus quaedam et religio ineſt obſeruatione gentium: haec ſupplices attingunt, ad haec manus tendunt: haec ut aras adorant, fortaſſis quia ineſt iis uitalitas. Namque in ipſa genu utriusque commiſſura dextra laeuaque a priore parte gemina quaedam baccarum inanitas ineſt, qua perfoſſa, ceu uinculis, ſpiritus fugit*, cet. *Rittersh.*

Admouere manus, pacem *et* meruere precando.
Ni fieret, fruſtra celſis Babylonia muris
Cincta foret, dominos humeris nunc ferre parata.
Rupimus Euphratem, gelidos ſuperauimus amnes,
Hibernasque niues, curſus qua frenat aquarum
Frigus, et omnigenis fit durior unda metallis.
Vidimus extenſos uitrea teſtudine pontes,
Stagna, lacus, fluuiosque ſuper, fontesque iacere
Inſilicis morem, uel ſtratae marmore terrae:
Cognatos latices laticum concreta tegebant.
Plauſtra ſuper ſolidas ſtridentia duximus undas.
Illic uoluentum ueſtigia nulla rotarum
Area, nec ſolitos labens dedit orbita ſulcos,
Nec fragilis potuit cryſtalli forma noceri,
Praeſolido ſtringente gelu: fremitusque ſonorum
Cornipedum liquidos ceu terruit ungula campos,
Inſanum uoluens ſtrepitum; calcauimus *Imbrum*.
Iu-

279 *Ni fieret, fruſtra celſis*) Al. *Ne forte excelſis fruſtra*. *Ruiz.*

280 — — — *dominos humeris nunc ferre parata*) Al. *Dominosque Auares nunc patria ferret*. Al. *Didicit dominos patientia ferre*. *Id.*

282 *Hibernasque niues, curſus qua frenat*) Al. *Hibernos curſus quando refrenat*. *Id.*

282 *curſus qua frenat aquarum*) Sic Virgil. IV. *Georg. v.* 135 ſeq.

— *Quum triſtis hiems etiam nunc frigore ſaxa*
Rumperet, et glacie curſus frenaret aquarum.
Ritterſh.

284 — *extenſos uitrea teſtudine poſtes*) Al. *Et tectos uitrea teſtudine pontes*. *Ruiz.*

287 *concreta tegebant*) Al. *Cum cruſta tegebat*. *Id.*

289 *Illic uoluentum ueſtigia nulla rotarum area*) *Illic*, pro *illis*, et *area*, pro *arrea*, quae in manu ſcripto legebantur, ſunt reſtituta. Quatuor carmina, quae his ordine ſuccedunt, perturbatiſſima ſunt: atque ideo de uerbo ad uerbum repraeſentanda fore duximus. *Id.*

291 *noceri*) laedi. v. Burmann. ad Phaedr. 4, 18, 4. *Iaeg.*

294 *Imbrum*) Al. *Ebrum*; in textu *Imorem* habet. *Ruiz.*

Iuimus in fluctu ſicco pede; praebuit amplas
Nix ſpatioſa uias: praeduris gentibus acre
Intulimus bellum; pars altera caſtra locauit:
Miſcuimus pugnas, munitas cepimus urbes,
Firmaque diſruptis deiecimus oppida muris.
Nunc ripas Scythici uictor Rex contigit *Iſtri*,
Denſaque per latos figens tentoria campos,
Ad tua nos, Princeps, haec ſplendida moenia miſit.
Annua praelargi patris ſolatia ueſtri
Sumere tempus adeſt. Sanctus quae praebuit ille,
Vos etiam praebere decet. Si foedera pacis
Intemerata tibi, ſi mauis pacta manere,
Debita quaerenti transmittite munera Regi.

295 *Iuimus in fluctu*) Prius erat *fluctus*. *Rittersh.*

300 *Nunc ripas Scythici uictor Rex contigit Iſtri*) Repoſitum eſt *Iſtri*, pro *Aſtri*, quod ſcribebatur in manu ſcripto. *Ruiz.*

303 *Annua ſolatia*) Sic uocat munera ſollemnia, quae infra *v.* 350, *prouiſa*, uulgo *prouiſiones*, dicuntur: uocat etiam *v.* 347, *pacta*, et *v.* 349. *dona*. *Solatia* in hac ſignificatione non raro reperias etiam in iure noſtro, ut in *l.* XIII. §. 1 *ff. comm. praed.* ubi Alciat. *ſalarium* legendum putat, a quo ſignificationum differentia nos cogit diſſentire, et pro alimentis et ſalariis etiam uſurpari obſeruatum a uiris eruditis in *cod. Theodoſ. tit. de nauicular. l.* XXXII *ſolatiis pro mercedula praeſtitis*. ita legendum quoque in *l.* C. VI. *eod. t. ſolatia annonarum* in *l. un.* C. *de annon. et capit.* Ita legendum quoque eſt in *l.* VI. C. *de nauicul. lib.* XI. ſecundum ueteres ſcriptos *codd.* et *cod. Theodoſ. in l.* XXXII, eod. tit. *Rittersh.*

304 — — — *Sanctus quae praebuit ille, uos etiam praebere decet*) Geminum plane in modum Romani apud Guntherum, *lib.* III, *v.* 351, munera poſcunt Imp. Fridericum I.

Largaque Romanae perſoluas munera plebi:

quibus ille non minus maſcule atque animoſe reſpondit, quam hic Iuſtinus Auarum legato. *Id.*

307 *Debita quaerenti transmittite munera Regi*) Mirum lectori non ſit, quod Corippus hoc loco pluraliter

Talia iactantem, nulla commotus in ira
Tranquillus Princeps, oculis pietate ſerenis
Adſpexit iuuenem, placidoque haec edidit ore:
Quantum eſt legatis conceſſa licentia fandi,
Tantum legatos animo decet eſſe modeſto,
Et uitae probitate graues, quique ordine poſſint
Scire, locis humiles quibus, et quibus ora ſuperbi
Expediant; noſtramque petant quod mitiget iram,
Proſpiciantque ſuae, poſcentes foedera, uitae.
Quod tua uentoſis inflata ſuperbia uerbis
Iactitat, ignauae mentis deformia nudat.
Quid profugos laudas, famaque attollis inani
Extorrem populum? Quae fortia regna ſubegit
Effe-

ter loquatur, quum ſuperiori uerſu ſingulari numero uſus fuerit: nam et paullo ſuperius, *Vos etiam ſeruare decet*, dixerat. Neque a barbaro legato ita exacta loquendi ratio fortaſſis petenda erat, quod Corippus de induſtria quidem et artificioſe hoc loco expreſſit. *Ruiz.*

311 *Quantum eſt legatis conceſſa licentia)* Officium legati eſt, non abuti ſua licentia, quaſi idcirco ſibi, quidquid libeat, etiam liceat, deceatue, quia iure gentium ſit ἱερὸς καὶ ἄσυλος. uid. Alber. Gentilis *libb. de legationibus.* *Rittersh.*

314 *Scire, locis humiles quibus, et quibus ora ſuperbi)* Carmen hoc in uetuſto codice ita deprauatum legebatur: *Scire locos humiles quibus equibus ora ſuperbis.* *Ruizius.*

317 — — *uentoſis inflata ſuperbia uerbis)* Sic Plinius in panegyrico de Aegyptiis plane geminum in modum *cap.* XXXI, 2: *Superbiebat uentoſa et inſolens natio*, cet. *Rittersh.*

317 *uentoſis — uerbis)* Petron. c. 2. *Nuper uentoſa iſthaec et enormis loquacitas Athenas ex Aſia commigrauit.* *uentoſa eſt* ἀερολέσχης. *Iaeg.*

318 *ignauae mentis deformia)* Id eſt, deformitatem ac turpitudinem prodit animi faſtuoſa oratio tua. Oraculum enim eſt illud *Iſocraticum*: τὸ ἕτοιμον εἰς λόγους, ἀργὸν εἰς τὰς πράξεις; uti et illud *Terentianum, Heaut.* II, IV, 5: *Mihi quale ingenium haberes, indicio fuit oratio.* *Rittersh.*

Effera gens Auarum? proprias defendere terras
Non potuit, ſedesque ſuas fugitiua reliquit.
Tu, uelut ignaris, falſis rumoribus audes
Vana loqui, turpique dolo noua ſomnia fingis.
Quod tibi nunc uiſum eſt ueſtro adſignare labori,
Militibus noſtris ludo ſolet eſſe diurno.
Hoc ſtudium dominis, ea ſunt ſua ſeria, ſeruis:
Sanctum hoc imperium toto ſic floruit orbe
Bella gerens, pacemque tuens. Nos more parentum
Pacem diligimus, nunquam fera bella timemus.
Pax eſt ſubiectis, pereunt per bella ſuperbi.
Parcimus innocuis; ſonti non parcimus ulli.
Res Romana Dei eſt, terrenis non eget armis.
Iure pio uiuit, bellum non ingerit ultro:
Suſcipit illatum, uel ſi ſeruire negabunt
Ingratae gentes; primum tamen admonet hoſtes,
More gubernandi: monitus qui ſuſcipit iſtos,
Viuit, et a nobis meritos exſpectat honores.
Quisquis amat pacem, tutus ſub pace manebit:
Et qui bella uolunt, bellorum clade peribunt.
Gens quaecunque auſa eſt Romana laceſſere ſigna,
Horruit exſtinctas inopino fulmine turmas;

323 *ignarus*) Al. *ignaris*. Ruiz.

334 — — — *bellum non ingerit ultro: ſuſcipit illatum*) Sic paullo ante, *v.* 330: *Pacem diligimus, nunquam fera bella timemus.* Et Plinius ad Traianum, *cap.* XVI, 1: *Sed tanto magis praedicanda eſt moderatio tua, quod, innutritus bellicis laudibus, pacem amas: nec, quia uel pater tibi triumphalis, uel adoptionis tuae die dicata Capitolino Ioui laurus, idcirco ex occaſione omni quaeris triumphos. Non times bella; nec prouocas.* Vnde hunc aliquando uerſum feci:

Nec prouocanda nec timenda
bella ſunt bono duci.
Rittersh.

Innumeros cecidiſſe ſuos, Regesque ſuperbos
Vidit per noſtros humiles fractosque triumphos.
Ergo ſigna meis Cagan contraria ſignis
Ferre parat; lituosque mihi, campumque minatur
Gens Auarum, ni pacta damus? Terrore putatis
Id noſtrum feciſſe patrem, miſeratus egenis
Et profugis, quod dona dedit? Pietate regendi
Hoc facimus, gratisque dari promiſſa iubemus.
Noſtra manus larga eſt, non prodiga, perdere nescit:
Iure ſuas diſpenſat opes, quo continet orbem:
Sponte damus dignis, indignis ſponte negamus.
Tu numeros numeris, et uires uiribus audes
Exaequare meis? Noſtris non fidimus armis,
Quamquam ductores, numeri, fortesque tribuni,
Subiecti Reges, et gentes rebus abundent,
Quot caelum guttas mittit, quot litus arenas.
Quod ſupereſt, unumque meum ſpeciale leuamen,
Imperii Deus eſt uirtus et gloria noſtri,
A quo certa ſalus, ſceptrum datur, atque poteſtas:
Qui

344 *per noſtros humiles, fractosque triumphos*) Alii: *Sub noſtris humiles fractosque triumphis.* *Ruiz.*

346 *campumque*) *Camposque*, alii. *Id.*

Cortius ad Ciceronis *epiſt. 7. libri* I. *ad diuerſos, n. 14: Regionem prouinciae.* Recte, *inquit*, Manutius regionem *ſitum* interpretatur. Dicitur enim ita, ut *prouincia*, pro, *iurisdictione et imperio.* Liv. XXXX, 28, *confecta prouincia*: ut *locus*, pro, *ſitu et conditione* loci. Lucan. IV, *v.* 37: *His uirtus ferrumque* locum *promittit; at illis Ipſe* locus: ut *campus*, pro, *caede et acie.* Corippus, *lib.* III, *v.* 346:

— — — *Lituosque mihi,*
campumque *minatur.*
Goetzius.

350 *gratisque*) Al. *graque.* *Ruiz.*

350 *promiſſa*) Sic in textu Ruiz. cett. Emendat Meurſ. l. c. *promiſſa.* v. 357. pro *rebus* malim *nobis.* *Iaeg.*

Qui populos clemens ſuper omnia regna Latinos
Conſtituit, pacemque ſuam commendat amari;
Cuius ſpe fruimur, cuius uirtute ſuperbos
Deiicimus, cuius populos pietate tuemur.
Qui noſtros auget mira uirtute triumphos;
Ipſius laudamus opus, ſolumque timemus.
Hunc unum colimus Regem, dominumque fatemur.
Cognoſcant Auares, quoniam Deus omnium hic eſt.
Faſtus non patimur, gentes ſeruire uolentes
Suſcipimus, donisque humiles et honore leuamus.
Quisque ſuas menſuret opes, uiresque ſuorum,
Cum queis bella gerat, ſub qua ſpe ſumſerit arma.
Diuino ſibimet plus conſulat, unde petatur
Auxilium; poterunt ſi Numina uana potentem
Oppugnare Deum; ſi poſſunt ſponte uenire
Perſculpti lapides, ſurdae, mutaeque figurae,
Monſtraque, quae uariis exſtant conflata metallis.
Si caelo tellus bellum mouet, arma feretis
Vos armis aduerſa meis. Si, barbare, neſcis,
Quid uirtus Romana poteſt, antiqua require,
Quae proaui, patres, et aui potuere Latini.

365 *populos*) Al. *populum.* Ruiz.
368 *regem*) Al. *rerum.* Idem.
Mox *quoniam* eſt *quod*, ὅτι. Iaeg.
369 *omnium*) Fortaſſis, *omnibus.* Ruiz.
371 *donisque humiles et honore*) Al. *donis, humilesque in honore.* Idem.
372 *ſuas menſuret opes*) Al. *Suam menſuret opem.* Id.
374 *Diuino ſibimet plus conſulat*) Fortaſſis: *divinos ſibi nec plus.* Idem.
Malim: *Et Domino ſibi ne plus conſulat.* Rittersh.
F. *Diuinum.* v. 367. pro *opus* f. *opem.* Iaeg.
376 *poſſunt*) Al. *poſſint.* Ruizius.

Quid noſter ſenior potuit pater, inſcie, diſce:
Sub qua Wandalici ceciderunt ſtrage tyranni,
Edomitique Getae, pubesque Alamannica, Franci,
Totque aliae gentes, famoſaque regna per orbem
Ardua ſub noſtris flectentia colla triumphis
Suſcepere iugum, mentes animosque dedere
Seruitio, nobisque manent ex hoſte fideles.
En, Scultor noſtra ſeruire paratus in aula
Legatos nobis, et plurima munera mittit.
Quos contra ingratos defendimus, arma paramus.
Obſtamus dominis, profugis damus oſtia ſeruis?
Legibus hoc noſtris non conuenit, arguo factum:
Indignis praebemus opem: Caganque timeri
Se putat, et bello mea ſigna laceſſere tentat?
Ite, licet; campos, acies et caſtra parate,
Signorumque duces certos ſperate meorum.
Contremuit ſtupefactus Auar, magnoque timore
Diriguit, ſiccis uox humida faucibus haeſit,
Turbatusque malis Auguſta ab ſede receſſit.
Cetera, conſiliis quae Princeps prouidus altis
Diſpoſuit, uerbis (fateor) comprendere nullus
Sufficit, et pleni tenor eſt in fine libelli.
Haec dilata parum, non praetereunda relinquo,
Quaeque ſuis aptare locis, rerumque fauorem,
In quantum potis eſt, deuota mente notabo.

384 *Sub qua*) Fortaſſis, *ſub qua*. *Idem.*

385 *pubes Alamannica*) Addenda copula, et legendum, *pubesque*. *Rittersh.*

390 *Scultor*) Alii, *Scaldor*. *Ruizius.*

393 *Optamus*) Al. *obſtamus*. *Idem.*

398 *ſperate*) Pro, *timete*: ut apud Virgil. I. *Aeneid.* v. 547:

At ſperate deos memores fandi atque nefandi.
Rittersh.

Exſpectate, v. Caſaub. ad Sueton. Caeſ. c. 60. *Iacg.*

Fl.

FL. CRESCONII CORIPPI AFRICANI IN LAVDEM IVSTINI AVGVSTI MINORIS

LIBER IV.

SYNOPSIS.

I. *De exſpectatione et opere, ubi* Iuſtini *muneri populi praeparantur*, v. 1. II. *De conſulatu* Iuſtini, *in quo primum ſenatores ditati ſunt*, v. 86. *Comparatio*, v. 148. *Comparatio*, v. 168. *Comparatio*, v. 198. III. *De multitudine populi aduentum principis exſpectantis*, v. 206. *Comparatio*, v. 215. *Comparatio*, v. 251. *Comparatio*, v. 256. IV. *De* Iuſtini *in arcem conſcenſu*, v. 326.

Iam uicina dies ſpectandi conſulis omnes
Vrguebat turmas arcus ſtatione replere,
Et loca, quae populis praefectus deputat urbis,
Conſultor legum, libertatisque tuendae
Diſpoſitor, iuſti uindex, corrector iniqui,
Cenſuram grauitate regens, multoque rigore
Terribilis, mitique magis pietate tremendus.
Tunc partes munire ſuas, ſpatiumque parare
Accelerant: medioque fori, qua diuite dextra

7 *Terribilis, mitique magis pietate tremendus*) *Miti*, pro *mitis*, in hoc uerſu reponendum cenſuimus. *Ruiz.*

9 *Accelerant: medioque fori, qua diuite dextra Egrediens Princeps ſacra trabeatus ab aula*) Hos uerſus ita emendamus, quum in uetuſto codice hoc modo perperam legerentur:

Accc-

Egrediens Princeps ſacra trabeatus ab aula,
Diuitias, uulgo ſollemni munere donans,
More niuis ſparſurus erat, noua fabrica ſurgit.
Turbatur tota lignorum uenditor urbe
Emtorum numero, ſtudio ruit agmen emendi.
Robora ſiluarum tunc plauſtra gementia ducunt
Magnis ponderibus, tractu ſtridente rotarum.
Explicitae moles; nec ſufficit arida tantum
Ligni materies; ratibus tunc ire per urbes
Finitimas, ferro uirides ſuccidere ſiluas.
Rareſcunt luci, campi ſpoliantur opaci,
Arboribus ferrum ſedit; gemit undique feſſus
Conciſor nemorum, crebrisque ſecuribus ictus
Congeminant; nidis uolucres fugere relictis:
Horreſcunt ſua luſtra ferae, dulcesque latebras
Linquunt: concuſſae penitus tremuere cauernae,
Immiſſamque timent tenebroſa cubilia lucem.
Denſa per antiquas diſcurrunt agmina ſiluas
More apum, quas uer tepidum noua condere caſtra,
Et munire fauos ceris iubet aethere captos.
Denſa per herboſos errant examina campos,
Floribus inſidunt uariis, roremque madentem
Ore

Accelerant mediumque fori qua diuite dextra
Egrediens Princeps ſacrata beatus ab aula. Id.

11 *Diuitias uulgo ſolenni munere donans)* Sic infra *v. 71 ſq.*

Et donis aptare ſinus, quae plurima conſul
In plebes miſſurus erat.

Significat *miſſilia*, in uulgus a nouo conſule ſparſa, quem elegantiſſime, *aureum imbrem*, uocat infra *v. 72 ſq.*

In plebes — — — — — — quo ueniens late pluat aureus imber.
Rittersh.

28 *More apum)* Conf. cum his Virgil. Georg. 4, 153 ſqq. Mox v. 29. pro *captos* leg. f. *coeptos*. *Iaeg.*

Ore legunt, onerantque humeros, cerasque liquentes
Conficiunt, dulcesque lares in pumice figunt;
Incumbunt operi, gratisque laboribus instant.
Protinus omnigeni caeduntur robora ligni,
Quaeque suis aptanda locis; durissima costas,
Mollia dant tabulas. Quadrata caesa bipenni
Fraxinus, et crebris cadit ictibus ardua pinus:
Tum fagi dulces, et succo taxus amaro,
Iliceaeque trabes fortesque, et pallida buxus,
Pulchra magis pallore suo; cecidere securi
Antiquae quercus, et amictae uitibus ulmi,
Cedrus olens, solidum numquamque *natabile* robur,
Esculus, alnus, acer, terebinthus, populus, ornus.
In tenues tabulas abies montana secatur;
Iuniperi, tiliaeque leues, et odora cupressus.
Mille secant in frusta trabes, tonat aethera pulsans
Malleus, et tractae stridunt scabredine serrae;
Curuaque percusso longe sonat ascia ligno.
Tanta nec Inachides secuerunt robora plebes,

40 *fortesque*) Delendum encliticon *que*, aut l. *fortisque*. *Iaeg.*

43 *natabile*) Malim, *natatile*. *Rittersh.*

Sed nec alterum illud câret patrocinio analogiae. v. de huiusmodi adiectiuis Gesner. ad Horat. Carm. 1, 3, 22. *Iaeg.*

43 *numquamque natabile robur*) ad naues fabricandas non adhibendum, quia, teste Plinio, H. N. L. 16. c. 40. f. 79. *robur marina aqua corrumpitur*. *Id.*

47 *aethera pulsans*) Recepi emendationem Munckeri, ad Hyg. p. 112. rescribentis *aethera* pro uulgato *aethere*; infra, v. 204. *pulsant balatibus auras*. *Id.*

50 *Tanta nec Inachides secuerunt robora plebes*) In manu scripto exemplari: *Tanta nec in acies secuerunt*, legebatur. Nos ex coniectura, *Inachides*, reposuimus, quo nomine Argiui ipsi significantur, qui eam classem ingentem

Armatas claſſes ratibus quum mille parārent.
Illa prius laetae ſpectacula praebuit urbi
Fabrica. Mirantur populi, ſtudioque uidendi
Omnis concurrens ſexus ueniebat et aetas.
Roboribus flexis teretes curuauerat arcus
Artificum praedocta manus, trabibusque cauatis
Adfigens tabulas pendentes ſtruxerat aedes,
Quattuor informans molem ſtationibus unam,
Buxea populeis aptans capitella columnis,
Materiaque baſes ipſa firmauerat imas.
Omnia roboribus ſternunt loca plana politis,
Coniungunt tabulas, et ferri nexibus artant,
Quae pondus, ſtrepitusque uirûm, motusque fauentis
Ferre queant populi. Cunctorum terga locorum,
Alternumque latus concluſit ſectile lignum,
Vndique munimen, decus, et tutamina praebens.
Diſpoſuere gradus, quîs ſtaret in ordine longo
Diuiſum in turmas, atque in ſua corpora uulgus,
Poſſet et exſertas ad munera tendere palmas,
Liberius ſpectare oculis, manibusque fauere,
Et donis aptare ſinus, quae plurima conſul

In

gentem mille naulum contra Troiam comparauerunt. *Ruiz.*

60 *Materiaque ipſa baſes)* Metri cauſſa haec transponenda fuerunt ita: *materiaque baſes ipſa* etc. *Iaeg.*

63 *motusque fauentis ferre queant populi*: et mox: *manibusque fauere*) Theatrorum ac circi uerba ſunt, *fauere*, et *fauor*, quae non ſignificant tacitam beneuolentiam, ſed eam, quae uoce, acclamationibus, ac geſtu et applauſu exprimeretur: εὐφημίαν, ἐπιβόησιν, quod late probat Il. Caſaubonus, *not.* ad *Fl. Vopiſcum* p. 525, ubi etiam hunc ipſum laudat Corippi locum. *Rittersh.*

65 *Alternumque latus concluſit ſectile lignum)* *Latus*, pro, *latos*, hoc loco repoſuimus. *Ruiz.*

In plebes miſſurus erat, palmasque capaces
Tendere, quo ueniens late pluat aureus imber.
Vt labor artificum perfecta mole quieuit,
Atque operis tanti nituit decus, omnia late,
Quae modo lignorum ſqualebant fragmine, mundant,
Exornantque locos, et feſta fronde coronant.
Partes quisque ſuas: fixis tabulata uirebant
Palmarum ramis, et amicae pacis oliuae.
Cuncta triumphalis pendentia culmina laurus
Comit, et amplectens foliis felicibus ambit.
Quos illic ludos, quae *feria* uulgus habebat?
Ludere nunc alios, alios ſpectare uideres
Mille uoluptatum ſpecies. Velamina tendunt,
Vt

82 *Quos illic ludos, quae feria uulgus habebat*) Nouo quodam, et inuſitato plane modo Corippus hoc loco uſus eſt nomine *feria*, in neutro genere, pro ſolenni feſtaque ceſſatione populi ab omni opere cum laetitia publica. *Ruiz.*

Seria. Legebatur *feria*; ſed opponit Corippus ludos et ſeria, in quae duo tota hominum uita diſtinguitur. *Rittersh.*

Lib. III, *v.* 327. uocabulum *feria*, adhibet noſter Corippus. *Goetz.*

84 *Mille uoluptatum ſpecies*) Voluptates ſaepe abſolute dici ludos et ſpectacula, notarunt iam pridem doctiſſimi uiri. uid. Iſ. Caſaubon. *not. in Treb. Pollion.* et Fr. Iureti *miſcell. in Symmach. lib.* II, *ep.* 46, ubi multorum locis auctorum hoc ipſum confirmat. Iis et hic addi poteſt Corippi uerſus, et Iuſtiniani, *Nouell.* CV. *de conſulibus*, ubi ait: Ταῖς Θείαις πρὸς ψυχαγωγίαν ἄγειν τοῦ δήμου, καὶ ταύτας ἁρίζεσθαι εἴς τε ἱππόδρομίαν, εἴς τε τὰς τῶν Θηρίων Θέας τε καὶ ἀναιρέσεις, καὶ τὰς ἐπὶ τῆς σκηνῆς τὰ καὶ Θυμέλης ἡδυπαθείας. Quid tamen de iſtiusmodi uoluptatibus ſpectaculorum ſit ſentiendum, et quam perniciosae fuerint bonis moribus, et quam

85 Vt loca quaeque decent; ut plus mirentur, obumbrant:
Quod uulgo eſt, uile eſt: quidquid latet, exſtat honorum:
Quodque magis tegitur, pretii maioris habetur.
Tunc intercluſos nulli transire ſub arcus
Conceſſum eſt, cunctis medio uia lata patere.

Lux

quam opportunae corrumpendis animis, uideri poteſt apud Tertullianum, Chryſoſtomum, Saluianum, aliosque Eccleſiae doctores. Vide ſacras noſtras lectiones.

Rittersh.

85 *ut plus mirentur, obumbrant: quod uulgo eſt, uile eſt*) Praeclara ſententia, oraculi inſtar habens, quam uulgus ita effert: *quod rarum eſt, carum eſt: uileſcit quotidianum.* Huc et ſententia pertinet P. Syri Mimi:

Bonarum rerum conſuetudo peſſima eſt.

Et Plutarchus ait: ἐξυτελίζει τὴν τοῦ Θείου σεμνότητα ἡ ἐν ἑτοίμῳ τῆς ὄψεως συνήθεια. Contra uero ἀγνωσία σεμνότης ἐστὶ τῶν τελετῶν. Sacrorum dignitatem ac uenerationem tuetur *ignoratio*, ut eſt apud Syneſium. Hinc et *myſteria* ipſa nomen acceperunt, παρὰ τὸ μύειν, a *claudendo, tegendo, occultando.* Quo refero inſignem locum Varronis, citatum ab Auguſtino, *lib. IV. de C. D. cap. 31: Multa ſunt uera, quae non modo uulgo ſcire non eſt utile, ſed etiam, tametſi falſa ſint, aliter exiſtimare populum expedit.* Et ideo Graeci τελετὰς ac myſteria taciturnitate parietibusque clauſerunt. *Id.*

86 *quidquid latet, exſtat honorum*) *Honorum*, pro, *honorat*, emendatum a nobis eſt: quo etiam nomine Corippus frequenter in hoc poemate utitur. *Ruiz.*

87 *Quodque magis tegitur*) Fortaſſe *Quoque m. t.* ſubaudito ad *maioris* relatiuo altero *eo*, ut ſaepius. Sic, u. g. Ouid. Met. 3, 372.

Quoque magis ſequitur, flamma propiore caleſcit.

Et eiusdem operis L. 7, 563. ſq.

Quo propior quisque eſt, ſeruitque fidelius aegro,
In partem leti citius uenit. ---
Iaeg.

89 *Conceſſum eſt, cunctis medio uia lata patere*). In manu ſcripto, *uiolata*, pro, *uia lata*, deprauate legebatur. Pro *patere* forte *patebat.* *Ruiz.*

Lux octaua nouo naſcentis lumine Chriſti
In ſe uoluentis ueſtigia flexerat anni;
More ſuo currens totum compleuerat orbem
Circulus, alterius referens de fine dierum
Principium, teretemque rotam nouus ordine menſum
Vrguebat numerus, totum qua uoluitur aeuum,
Et finit ſine fine dies. Iubar axe ſereno
Emi-

91 *In ſe uoluentis ueſtigia flexerat anni*) Alluſit ad *uerſum* 402. Virg. II. *Georg.*
Atque in ſe ſua per ueſtigia uoluitur annus.
Simul et illud ex I. *Aeneid. v.* 238, imitatur: *olim uoluentibus annis.* *Rittersh.*

94 *menſum*) Pro, *menſium.* dixi olim in *exercitationibus Auſonianis.* *Id.*
Supra, *lib.* II, *v.* 167, *regnantum*, Corippus dixit; et Cenſorinus, de *die natali*, *cap.* XXII, *n.* 1, *menſium genera duo*; et *n.* 10, Varro *Romanos a Latinis nomina menſium accepiſſe arbitratur*; et *n.* 17, *multi Principes nomina quaedam menſum immutauerunt.* Phaedr. *lib.* I, *fab.* 12, *v.* 7:
Venantum ſubito uocibus conterritus.
Vide quoque Lactantii, certe ueteris cuiusdam poetae, carmen *de phoenice*, *v.* 27;
Qui ſemel erumpens per ſingula tempora menſum.
Cellarius, in nota huic uerſui adiecta, inquit: hoc eſt, *menſium*, ſyncope. Adde *paſchalem* eiusdem uel alterius *auctoris hymnum*, *v.* 41:
Nobilitas anni, menſum decus, alma dierum.
C. A. Heumannus, ad *v.* 27. *de phoenice*: *menſum*, pro *menſium.* Sic pro *agreſtium*, eſt *agreſtum* apud Virg. *Georg.* I, 10; et *balantum*, *v.* 272, et *lib.* III, 183, *bellantum*, et *v.* 389, *naſcentum*, et *v.* 111, *ſequentum*, et *v.* 541, *natantum*, et *lib.* IV, 255, *carentum*, pro, *carentium.* *Goetz.*

96 *Et finit ſine fine dies*) Οξύμωρον: cuius exempla plurima ad Oppianum quondam notaui. *Rittersh.*
Sed quia Rittershuſii Oppianus iam non ad manus eſt, placet haec addere: Cic. *Catil.* I. *cap.* 8, *n.* 21, *Quum patiuntur, decernunt; quum tacent, clamant.* Plinius, *lib.* I, *epiſt.* 13, *n.* 4: *Nunc otioſiſſimus quisque multo ante rogatus, et identidem admonitus, aut non uenit, aut, ſi uenit, queritur ſe diem, quia non perdiderit, perdidiſſe.* Virg. VII. *Aeneid. v.* 195:
Num

Emicuit, uotisque pie ſeſe obtulit orbi,
Laetificans cunctas felici lumine terras.
Clara coruſcantem lux hauſerat altera lucem;
Cum terris gaudente polo prodibat uterque,
Sol radians, et conſul ouans, noua Roma nitebat,
Certabantque ipſi iucunda palatia caelo.
Dona Kalendarum, quorum eſt ea cura, parabant
Officia, et turmis implent felicibus aulam.
Conuectant rutilum ſportisque capacibus aurum
Accumulant, ornantque locos, quibus altior ipſa
Sella triumphalis firma ſtatione locata
Iam fuerat, nondum claro tunc conſule plena.
Hinc uetus argentum, formas, ſpeciesque nouatum
In uarias, preſſum titulis, ſculptumque figuris,
Excelſis portant humeris, magnisque laborant
Ponderibus, ciſtaeque graues funduntur in unum:
Vtraque materies in magnos ſurgit aceruos.

Aedi-

Num capti potuere capi? S. Apoſtolus Paullus, 1 *Cor.* I, 25: Τὸ μωρὸν τοῦ Θεοῦ, σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστί. Καὶ τὸ ἀσθενὲς τοῦ Θεοῦ ἰσχυρότερον τῶν ἀνθρώπων ἐστί. Conf. 2 *Cor.* VI, 8, 9, 10. cet. *Goetz.* cf. Vechner. Hellenolex. L. 2. c. 13. in f. *Iaeg.*

97 *uotisque pie ſeſe obtulit orbi*) F. *uotisque pii ſeſe obtulit orbis.* *Iaeg.*

99 *hauſerat*) *auxerat* uult *Barth.*

100 *Cum terris gaudente polo prodibat uterque*) Ita correximus hoc carmen, quum in peruetuſto codice legeretur:
Cum terris gaudenti populo prodibat uterque.
Quae caſtigatio, etſi nobis omnino non ſatisfaciat, melior quidem ad praeſens non occurrit. *Ruiz.*

102 *Certabantque ipſi iucunda palatia caelo*) Legebatur, *ipſo.* *Rittersh.*

103 *Dona Kalendarum*) *Strenas:* de quarum origine et etymo uid. Symmach. *lib.* X, *epiſt.* 28. *Id.*

109 *Hinc*) *Huc.* *Iaeg.*

Aedibus in magnis miro conſtructa paratu
Exſtabat ſedes, auro gemmisque ſuperba,
Lumen habens ſine Sole ſuum: luſtratque propinquos
Gemmarum natura locos, rerumque colores
Mutans, et Phoebi radios fulgentis obumbrans.
Miſcentur teretes quadris, uiridantibus albae:
Chryſolithi mireque micant, flammasque pyropos
Afflans, et propria depellens luce tenebras.
Hanc prius, in media quam Sol praecederet aula,
Auratis gradibus ſacrisque tapetibus altam,
Conſcendit Princeps trabea ſuccinctus auita,
Regalem ditans auguſta fronte coronam;
Cenſuramque piam ſeruans grauitate reſedit,
Caeſareos augens habitus, ritusque Gabinos:

Cuius

120 *pyropos*) Non nihil lucis accipiunt hic et antecedentes uerſus, ab Ouid. *lib.* II. *Met. fab.* 1:

Regia Solis erat ſublimibus alta columnis,
Clara micante auro, flammasque imitante pyropo:
Cuius ebur nitidum faſtigia ſumma tenebat:
Argenti bifores radiabant lumine ualuae. Goetz.

122 *Hanc prius, in media quam Sol praecederet aula*) *Hanc*, ita ut ad *ſedem*, de qua proxime Corippus dixit, referatur, pro *haec*, repoſuimus in hoc uerſu: ubi fortaſſis melius *procederet*, et *in mediam aulam*, accuſandi caſu, etiam legeretur. Ruiz.

124) *trabea*) Conf. *v.* 234, *et* 244 huius libri. *Trabea*, a Dion. Halic. *lib.* V, *cap.* 47, τρίβωνος, appellatur, fuitque ſine dubio togae ſpecies e purpura et albo. Goetz.

127 *augens*) auguſtiores faciens. Laeg.

127 *Caeſareos augens habitus, ritusque Gabinos*) Videtur hoc loco Corippus imitatus Lucanum, *lib.* I. ubi ait:

Turba minor ritu ſequitur ſuccincta Gabino.

Qui autem fuerit *cinctus Gabinus*, oſtendit Seruius in illud Virgilii, *lib.* VII. *Aeneid. v.* 612:

Ipſe Quirinali trabea, cinctuque Gabino:

et Iſidorus, lib. XIX, *Etymol. cap.* 24. Ruiz.

Cuius hydaſpeis radiabat purpura gemmis,
Vincens luce diem, plus maieſtate ſedentis
Lucidior, meliorque ſui: primumque Senatus
Pronus adorauit, Vincas, Iuſtine, perorans:
Conſule te, felix, te Principe, floreat orbis:
Salue Auguſtorum numeri non ordine prime,
Sed meriti; largitor opum, largitor honorum,
Libertatis apex, mundi caput, unica uirtus,
Et rerum manifeſta ſalus, reparator opimi
Nominis. Antiqui redeunt noua ſaecula faſti.
Auguſti primum renouaſti Caeſaris aeuum:
Clarius

128 *Cuius id aſpiciens*) In locum uitioſae huius lectionis non dubito reponere, ex emendatione Voſſ. ad Patercul. 2, 3. *hydaſpeis*. Ita Claudian. de III. Conſ. Honor. v. 3 ſq.

Feſtior annus eat, cinctusque imitata Gabinos
Diues hydaſpeis augeſcat purpura gemmis.

Hydaſpeus eſt a fluuio Indiae Hydaſpe, qui Senecae Med. v. 725. *gemmifer* dicitur. *Ritus Gabini*, quorum hic mentio, non ſignificant priſcum illum cinctum Gabinum, ſed, (quod docet ad l. c. Claudiani Geſnerus,) *Lorum* (τὸν λῶρον). Conſularem et Imperatorium, quo a Conſtantino inde utebantur. De eo, qui in uerbis proxime ſequentibus eſt, pleonaſmo, *plus lucidior*, v. Vechner. Hellenolex. 1, 2, 6. ibique Heuſinger. n. z. et de comparatiuo *melior*, cum genitiuo *ſui* pro *ſe*, more Graecorum, coniuncto, eumdem uirum ad Vechner. 1, 2, 18. n. *y*. *Iaeg.*

131 *adorauit*) Adorare, eſt Graecorum προσκυνεῖν. Vid. C. Cellarii *notam ad cap.* III, *n.* 3. *Conon.* Nep. et eiusdem *obſeruationes ad Curtii lib.* VI, *cap.* 6, *n.* 3, et *lib.* VIII, *cap.* 5, *n.* 6; itemque I. H. Schulzii, disq. de *uerbo* προσκυνεῖν, *Altorfii*, CIↃIↃCCXXX, 4, editam. *Goetz.*

137 *faſti*) Althelm. de L. V. v. 21.

Vt faſti ſeriem memini dixiſſe priorem.

Eodem modo in ſingulari numero *faſtus* dicitur Corippo, L. 4. v. 137. Sed ibi malim legere, *a. reddunt n. ſ. f.* Alterum nimiam barbariem redolet, et ab aetate Coripi magis ſemotum. *Vonck.*

138 *Auguſti primum ren. Caeſ. aeuum*) Haec et ſequentia

Clarius est, meliusque tuum: tua gaudia tecum
Hinc uester primus feliciter excipit annus,
Votaque plura tuis celebret noua Roma triumphis.
Inde senatorum sacro recitantur ab albo
Nomina, Conscripti Patres, qui uoce citati
Accedunt hilares, subeuntque altissima sedis
Culmina: praetendunt dextras, et praemia sumunt
Consulis et mundi domini; donisque superbi
Fuluo plena ferunt argentea uasa metallo.
Qualia fecundi *conuectant* munera campi
Agricolae, quum prata uirent, plenisque canistris
Lilia cana ferunt, mediumque intermicat aurum
Floris odoriferi: primordia fertilis anni
Ferre domum gaudent, postesque et limina comunt,
Et sua placandis uectant donaria templis.

Paneg. Tom. Post. † O o Tunc

tia illustrat Pagi, qui Diss. Hypat. p. 330. *Iustinus*, inquit, *Augusti exemplo, restituto consulatu, ab eo imperii sui annos numerari uoluit.* Et p. 358. *Consulatum post Iustinum iuniorem cum imperio* ait *coniunctum fuisse, ut, qui hoc exturbati essent, si iterum illud adipiscerentur, rursus eumdem inirent.* Denique p. 332. *Ex poëmate Corippi constat, Kal. Ianuar. eumdem Imperatorem consulem processisse, de quo Theophanes inquit: Consulum more munus dedit Iustinus, multasque pecunias, quibus etiam num plures ditati, sparsit in populum.* Ineg.

142 — *senatorum sacro citantur ab albo nomina, Conscripti Patres: qua uoce citati)* Malim, *qui.* Nota, quod de albo senatorum et citatione nominum ait poeta: quod licet addas iis, quae de albo senatorum, et iudicum, atque decurionum obseruauit D. Gothofredus, ad *tit. ff. de albo scribendo. Album*, in ueteri gloss. uertitur λεύκωμα. *Rittersh.*

148 *conuectant*) Legebatur, *connectant.* *Id.*

153 *nectunt*) Ita restitui pro, *nectant.* *Id.*

Lege *uectant.* Iacob. Philipp. Tomasinus *de Donariis*, c. 1. citat:

Et sua placandis nectunt donaria Diis.

Quod uidetur ἁμάρτημα μνημονικόν. *Vonck.*

Tunc oratorum geminae facundia linguae
Egregias cecinit ſollemni munere laudes
Conſulis Auguſti: dignis Fortuna fauorem
Praebuit, et iuſtis ſucceſſit gratia dictis.
O fortunati, quibus eſt ex rebus abundans
Laudum materies! quid non laudabile dicunt,
Qui uitam tanti, qui Principis acta reponunt?
Quis fuit ille fragor? tantus fauor unde repertus?
Tot laudatorum numerus? Quibus artibus uſi,
Et quibus ingeniis? Quanto conamine niſi
Tunc phaleris phaleras, et laudibus addere laudes?
Non potuere tamen ſanctae miracula uitae
Ordinibus numerare ſuis: diuina referre

Nec

166 — — — *Diuina referre nec uirtus hominum, nec ſenſus ſufficit ullus*) Sic ſupr. *v.* 143, *lib.* III:

Admiranda magis, quam connumeranda fateri
Humanum decet ingenium.
Quis carmine digno
Tot diuinarum miracula pandere rerum
Sufficiat?

Nazarius, *panegyrico ad* Conſtantin. Auguſtum, *cap. V*: *Exiſtimare de Principibus nemini fas eſt: nam et in ueſtibulo ſuo inquirentem repellit obiecta ueneratio, et ſi qui mentem propius adiecerunt,* (ita lego partim ex MSC. partim ex coniectura, alias *adegerunt,*) *quod oculis in Solem ſe contendentibus euenit, praeſtricta acie uidendi facultate caruerunt.* Similes apud Salomonem multae ſunt ſententiae. Boethius, *conſolat. philoſoph. lib. V, proſ.* 6: ἀργαλέον δ' ἐμὲ ταῦτα θεῶν ὡς πάντ' ἀγορέυειν. *neque enim fas eſt homini cunctas Diuini operis machinas uel ingenio comprehendere, uel explicare ſermone*: quamquam Boethius de Dei rebus; at Corippus, de Principis loquitur. Sed et Principem in terris conſtat eſſe quandam imaginem *Deitatis*, ut recte et Sacris quoque litteris conuenienter ſcribit Ioan. Sareſberienſis, *lib.* VI, cap. 25. Sic Plinius *panegyrico ad* Traianum, *cap.* LXXX, *n.* 5 et 6: *Ipſe mundi parens — te dedit, qui erga omne hominum genus uice ſua fungereris.* Et notiſſima eſt Dei uox in Pſalmo LXXXII, *comm.* 6, ſic principes alloquentis: *Ego dixi, uos dii eſtis.* *Rittersh.*

Nec uirtus hominum, nec ſenſus ſufficit ullus.
Fontis Niliaci ſi quisquam aut hauriat undas,
Et bibat, aut bibulis riuos inducat arenis,
Ipſe quidem ſatiatur aquis, ſatiantur et agri;
Sic quos ille rigat, fontes et flumina replet,
Et praebet largas haurire uolentibus undas.
Quae circa dominos aptamus uota, probamus;
Dum canimus, colimusque pios, ueneramur ouantes:
Quos dum laudamus, laudem de laude meremur,
Et fruimur maiore bono: nam diua propago
Humanae nil laudis eget, ſed uota clientum
Penſat, deuotosque ſibi pietate coronat.
Fertilis hic Auguſta manus, felixque uideri
Plus uoluit, nullumque ſuo praeferre fauore.
Namque illos donis Conſcriptis Patribus aequos
Eſſe dedit, quum diſtet honor: uigilantia noctis
Hoc meruit, carisque fauens ſapientia Muſis.
Doctior eſt Princeps, nouit, quod littera rerum

168 *Fontis Niliaci*) Vid. Pomp. Mela, de *ſitu orbis, lib.* III, *cap.* 9, *lib.* I, *cap.* 1, 4, 9, *lib.* II, *cap.* 7; Plinius *Maior*, Ioſephus, de *bello Iud.* cet. *Goetz.*

173 *Quae circa dominos aptamus uota, probamus*) Quum in manu ſcripto, *habemus uota*, legeretur, contra carminis nec non et ſententiae rationem: nos, *aptamus*, repoſuimus; quo fere loquendi modo Coripp. ſtatim in huius operis *v.* 8 *ſeq.* uſus eſt, quum dixit:

— — — *tamen utile ſeruis*
Eſſe reor, mentem dominis aptare fidelem. *Ruiz.*

184 — — *littera rerum pars magna eſt*) Quo melius haec de litterarum et eruditionis praeſtantia utilitateque a quouis intelligantur, operae pretium erit, illuſtrem ea de re locum ex *libro XII. bibliothecae* Diodori Siculi euoluere, ubi legem quandam Charondae, quam is de litterarum ſtudiis tulit, egregiis depraedicat et extollit uerbis: Ἐγραψεν οὖν αὐτ-

Pars magna eſt, magnusque labor ſcribentibus inſtet.
Protinus officiis ſummam tutantibus aulam
Ordinibus propriis, et priſco more notatis,
Perque ſcholas, turmasque uocans, pia praemia gaudens
Praebuit, et fidos opibus ditauit alumnos
Pro meritis, gradibusque ſuis. Idem inclytus omnes
Nutrierat, uiuoque etiam genitore regebat
Natus in imperio, media nutritus in aula
Inter alumnorum numeros, coetusque fideles.
Nomina cunctorum, cunctorum nouerat actus:
Omnes mitis amans, omnes pietate paterna
Semper alens, ſemperque monens: rituque regendi
Continet ipſe ſuos, nutritque, fouetque clientes:
Prouidus ut paſtor, longo qui tempore tauros,
Lanigerosque greges herboſis pauit in agris,
Omnia,

καὶ ἕτερον νόμον ἀπὸ τούτου κρείττονα, ——— ——— καὶ δημοσίας ἐπιμελείας τε καὶ δαπάνης ἠξίωσε. Addit deinde, quum anteriores legislatores medicis corporum ſtipendia ex publico conſtituerint, Charondam tanto meliori iure haec decreuiſſe litterarum doctoribus, ὅσῳ (ſic lego, non ut uulgo ὥσθ') οἱ μὲν τὰ σώματα θεραπείας ἠξίωσαν, ὁ δὲ τὰς ψυχὰς, τὰς ὑπ' ἀπαιδευσίας ἐνοχλουμένας ἐθεράπευσε. καὶ κείνων μὲν τῶν ἰατρῶν εὐχόμεθα μηδέποτε χρείαν ἔχειν. Τοῖς δὲ παιδείας διδασκάλοις ἐπιθυμοῦμεν ἅπαντα τὸν χρόνον συνδιατρίβειν. *Rittersh.*

185 *Perque ſcholas*) Legebatur, *per ſcholas*. *Id.*

190 *Pro meritis, gradibusque ſuis*) *Pro*, repoſitum eſt loco, *prae*: ut paullo etiam inferius *v.* 99, — *Herboſis pauit in agris*, pro, *herboſos pauit in agros*: quod ita in uetuſto codice mendoſe legebatur. *Ruiz.*

Omnia, quae posuit, taurorum nomina nouit;
Crescere dilectum gaudet pecus, intrat ouile,
Discernit teneros et in unum congregat agnos,
Nomina nota uocans: audita uoce sequuntur,
Agnoscunt dominum, pulsant balatibus auras,
Atque auidi sumunt uirides, quas attulit, herbas.
Interea populus totas compleuerat aedes,
Ornatas nexis diuersa ex fronde coronis.
Serica per cunctas pendebant uela columnas;
Perque arcus, uicosque omnes, adstabat utraque
Parte fauens uulgus, palmasque, sinusque parabat.
Consulis aduentum, summa tardantis in aula,
Exspectant, *penduntque* moras, cauillasque morarum
Inquirunt, oculosque omnes ad regia tollunt
Limina, processumque Augusti consulis optant.
Haut secus, ut Libyci, terra sitiente, coloni
Nubila *suspiciunt*, moto cum fulgura caelo
Prima micant, crebroque tonans Notus implicat aethram;
Ruricolûm siccos discurrit turba per agros,
Spe pluuiae, mundantque locos, aditusque uiarum.
Librant, et cursus omnes moderantur aquarum,
Vnde fluant liquidi per prata uirentia riui;
(Cogit dura sitis,) cumulosque arentis arenae
Obiiciunt, pinguisque soli decliuia claudunt.

204 *pulsantque balat. auras*) Deleui *τὸ que*, ob rationem metri. *Iaeg.*

208 *Syrica*) F. *Serica*. *Ruiz.*

212 *Penduntque*) Legebatur, *pendentque*. *Kittersh.*

216 *Haut secus, ut*) Retius *ac.* v. supra, L. 2, 92. Fortasse uitium est non scripturae, sed scriptoris. *Iaeg.*

216 *suspiciunt*) Alii, *suscipiunt*. *Ruizius.*

220 *librant*) explorant et conferunt altitudinem aquae cum altitudine locorum, v. Plin. Epist. 10, 50. *Iaeg.*

Poſtquam opibus fidos conſul ditauit alumnos,
Auguſto nutu cunctos incedere iuſſit,
Vt populis pia dona daret: praecepta faceſſunt.
Tollitur in magnum diualis ſella triumphum
Mille miniſtrorum manibus, gratoque labori
Submittunt humeros, et loris fortibus aptant
Electi iuuenes, aetas quibus omnibus una,
Par habitus, par forma fuit, ueſtisque rubebat
Concolor, atque auro lucebant cingula mundo.
Inceſſit laetus praeclara in ueſte Senatus,
Pars trabeis, pars comta togis, ut cuique probatus
Ordo locum, cultumque dabat: diuina ſequuntur
Officia, et primis praeco clamoribus inſtat
Omnibus imperitans, ſectis praecedere turmis.

In-

232 *auro lucebant cingula mundo*) Heini. ad Valer. Flacc. corrigit *aureo nodo*, et adfert Claudian. Olybr. Conſ. v. 89. ubi *nodus* pro baltheo ponitur. *Iaeg.*

236 *praeco*) Praecones ciues Rom. eſſe debebant. uid. Briſſon. *de formul. p. m.* 142. Multiplex autem eorum erat uſus; nam *in ſacris*, ſilentium indicabant hac ſolenni formula: *Hoc age*, et, *Fauete linguis*. Fauebant uero homines linguis uel ſilentes; uel, ſi uerba facerent, male ominatis uerbis parcentes. Apud Graecos, κήρυκες, appellabantur. Homer. *Odyſſ.* XX, 276:

Κήρυκες δ' ἀνὰ ἄστυ θεῶν ἱερὴν ἑκατόμβην ἦγον.

Fortaſſe huc quoque reſpexit Apoſtolus Paullus, 1. *Tim.* II, 7, et 2. *Tim.* I, 1. Praecones in ſacris Eleuſiniis ſeruientes, ἱεροκήρυκες, ſolebant uocari. Conf. Iac. Sponii, *itinerar. par. II, pag.* 216. Praecones in concionibus, *audientiam faciebant*. Plaut. *prolog. Poen. v.* 11, *ſeqq.*

Exſurge praeco, fac populo audientiam.
Iamdudum exſpecto, ſi tuum officium ſcias.
Exerce uocem, quam per uiuis et colis.
Nam niſi clamabis, ſtatim te obrepet fames.

Reliqua praeconum munera recenſere ſpatium non permittit. *Goetz.*

237 *ſectis*) Forte, *tectis*, *Ruiz.*
Aſt, *lectis*. *Rittersh.*

Incedunt denſae mixto lictore cohortes:
Hinc armata manus dextram, laeuamque tuetur
Caeſarei lateris, clypeis pia terga tegebat
Ingens excubitus, protectorumque phalanges
Fulgebant rutilo pilis ſplendentibus auro:
Ipſe autem conſul ſacro diademate fulgens,
Ornatus trabea, gemmisque, oſtroque nitebat,
Ore, humerisque potens, et ſacri luminis inſtar
Illius adſpectus gemmas uincebat et aurum,
Angelicis oculis exaequans ſidera caeli.
Contigit ut ſacrae felicia limina portae,
Tramite qua recto mediam uia ducit in urbem,
Terruit inceſſu populos, oculisque refulſit,
Qualis ab oceani liquidis Sol aureus undis
Splendentes mittit radios, rutilusque ſerenum
Fundit ubique diem, mundumque illuminat omnem
Lucis honore ſuae. Viſo tunc conſule, plebes
Plauſibus adſurgunt, et uoces uocibus addunt:
Sic, bene quaeſitas ut pullis porrigat eſcas,
Mitis hirundo redit; poſtquam ſua tecta uidendum
Garrula per patulas fuerit delata feneſtras,
Matris in aduentum nido conſurgit ab omni

244 *Ornatus trabea*) Sic ſupra *v.* 124: *trabea ſuccinctus*, uel uno uerbo, *trabeatus*, quo utitur initio huius *lib.* IV, *v.* 10:

Egrediens princeps ſacra trabeatus ab aula:

et infr. *v.* 313 ſeq.

— — — *trabeatus ab aula egrediens.* *Rittersh.*

245 *Ore, humerisque potens*) Placet coniectura Ruixii, *patens*: ut ſit, *exſtans, prominens, ſublimior ceteris.* *Idem.*

257 *Mitis hirundo redit, poſtquam ſua tecta uidendum*) Ita quidem legitur in manu ſcripto, ſed quod, *uidendum*, in hoc uerſu, etiamſi congrue fortaſſis, ſuſpicione tamen aliqua apud me non caret. *Ruix.*

F. *ad ſua tecta uidendum*, uel *reuiſens* aut *reuiſum*. *Iacg*

Turba loquax, flagitantque cibos, fidaeque parentis
Oribus ora petunt, et apertis faucibus adstant:
Illa sed impendens nidum circumspicit omnem,
Distribuitque pias, ut cunctos nutriat, escas.
Sanxerat Augustus Sophiae cognomine templum,
Romanum Princeps quum Iustinianus haberet
Imperium, Christoque uouens sua uota dicarat
Mens Augusta, reor, iam non ignara futuri;
Aut magis ignarum recto Deus ordine ducit
Ante futurorum, quae sunt, arcana bonorum
Auspiciis sacrare piis. Theodora regebat
Tempore, quo sacram fundauit conditor arcem,
Et Sophiae nomen nondum regnantis habere
Arx meruit: sceptri fuerant ea signa futuri.
Ingens mysterium, magna quod mole latebat,
Perfectum patefecit opus: uia lucida nostris
Nunc facta est oculis: manifesta luce uidemus
Olim promissum caelesti munere regnum
Iustino Sophiaeque piis; patuitque quod ante
Clausum erat, et nullis uelamen uisibus obstat.
Rem Sophia dignam certo Sapientia fecit:

Insti-

260 *flagitantque*) Haec uox metro repugnat. Possit fortasse substitui *inhiantque*. *Iaeg.*

262 *Illa sed impendens nidum circumspicit omnem*) *Sed*, hoc loco pro, *et*, reposuimus; qui lapsus describenti librario facile contingere potuit. *Ruiz.*

Illa, pro, *ita*, hic legit Ruizius: unde uero emendationem illam accersuerit, fugit me. *Goetz.*

Arcessiuit, puto, ex ratione metri. Prior syllaba uocis *ita* corripitur. Sed cum nullum uariae lectionis uestigium in ed. Ruizii inueniam, illum ex libro manu scripto, non ex coniectura, posuisse τὸ *illa*, arbitror. *Iaeg.*

268 *magis*) h. e. potius. In uersu sequente pro *quae* malim *quam*. *Idem.*

Instituit pulchrum, solidauit robore templum,
Coepit, perfecit, donisque ornauit; et auxit.
Iam Salomoniaci sileat descriptio templi;
Cedant cunctorum miracula nota locorum.
Inclyta praeclarum duo sunt imitantia caelum
Consilio fundata Dei, uenerabile templum,
Et Sophianarum splendentia tecta nouarum.
Principis est haec aula Dei: Deus illud utrumque
Glorificauit opus, sed maiestatis honore
Plus templum terroris habet: namque *inde* probatur,
Quam sit ubique Deus praesens, simul omnia complens,
Internis oculis. Illic pia cernitur esse,
Indiuisa manens, Patris Genitique potestas:
Spiritus et Sanctus substantia creditur una.

288 *Principis est haec aula Dei*) Quae iam inde ad finem usque huius *libri IV.* sequuntur, nescio, quonam malo fato, ita sunt plerisque locis perturbata, non paucis mutila, ut consultius nobis fuerit, omnia fere, ut melius fieri potuit, lectori repraesentare, quam dum eadem incredibili animi nostri contentione emendare studemus, fortassis corruptiora adhuc multo reddere: quemadmodum aliquibus plus nimio suo ingenio confidentibus accidisse in alienis laboribus compertum est. Sed tamen, nec omnino abstinere potuimus, quin pari diligentia, qua in superioribus sumus usi, aliqua minus difficilia castigaremus: reliquis, quae omnino curationem nullam admittunt, asteriscis suprapositis, quasi apicibus, insignitis. *Ruiz.*

290 *inde probatur*) Sic restitui, pro, *ibi.* Error natus ex notis: *i* utrumque saepe librariis est, et *ibi*, et *inde.* *Rittersh.*

Meurs. *ibi namque prob.* Sed metro conuenientior est Rittershusii emendatio. *Iaeg.*

293 *Indiuisa manens Patris Genitique potestas*) Praeclara Christianae et orthodoxae fidei confessio, complurибus uersibus expolita, ad normam symboli Nicaeni et Chalcedonensis. *Rittersh.*

Tres ſunt perſonae, ſubſiſtunt, nomina fulgent:
Vtque Pater Deus eſt, Genitus Deus, aequus honore,
Spiritus et Sanctus pariter Deus. Ex tribus una,
E caelo ueniens mundi perſona redemtrix,
Humani generis formam de Virgine ſumſit.
Sponte ſua uerus factorque et conditor orbis
Factus homo eſt, uerusque Deus non deſtitit eſſe.
Natus, non factus: plenum de lumine lumen:
Vna in naturis exſtans perſona duabus:
Conſimilis Deitate Patris, hominique profecto
Conſimilis: ſine peccato, peccata relaxans,
Plurima per populum faciens miracula Chriſtus.
Calca-

300 *Sponte ſua uenit*) Lege: *Sponte ſua uerus f. et c. o.* Etenim *uerum hominem* opponit *uero Deo.* Quam autem τὸ *uenit* hic miſerum languet! *Vonck.*

302 *plenum de lumine lumen*) Althelm. ad S. Mariam uirginem:

Nam tu perpetuum promſiſti lumine lumen,
Titan quem clamant ſacro ſpiramine uates:
Cuius per mundum iubar alto ſplendet ab axe.

Venant. Fortunat. *de partu uirg.* v. 135 ſqq.

Poſt tenebras ſolem tua reuocat aluus in orbem,
Cum domini iubaris irradiauit apex.
In te habitans mundi lumen ſtatione coruſca,
Floruit interius per tua membra Deus. Id.

304. *omnique profecto*) Forte *Pneumaeque. Ruiz.*

Lege: *hominique pr.* Supra, v. 300. ſimiliter *uerum hominem* Chriſtum dixerat; neque deſtitiſſe tamen *uerum Deum* eſſe. Ceterum haec Corippi uerba imitatus fuit Gunther. L. 5. *Ligur.* v. 154 ſqq.

Inſtabat ueneranda dies, qua Chriſtus in una
Aequalis Deitate patri, ſine temporis ortu
Natus ab aeterno, ſub tempore, temporis auctor,
Caelitus infuſa uoluit de uirgine naſci.

Vide, quae apud eum ſequuntur, quaeque praeceſſerunt in Corippo: adparebit clare. Cf. ſi lubet, Venant. Fort. de part. uirg. v. 37. ſqq. *Vonck.*

Calcauit mortem moriens, uitamque reſurgens
Vita dedit cunctis in ſe credentibus ipſe:
In caelum adſcendens a dextris ſedit honori
Aequaeui Patris, iudex uenturus in orbem,
Et regnum ſine fine tenens. Hunc mente fideli
Regnator Iuſtinus amans, trabeatus ab aula
Egrediens, templum primus ſublime petiuit,
Atque Deo grates ſolita pietate peregit.
Plurima uotorum ſacrauit dona ſuorum,
Immenſoque pium ditauit munere templum.
Obtulit et ceras, ſed mitis uoce petiuit,
Corde humilis, dextraque Dei benedictus abiuit,
Plus exaltatus, plus iuſtificatus in ipſum,
Quod ſe humilem ſtans ante Deum, ueramque fatetur,
Quam retinet pietate, fidem. Quum diligit, ipſe
Diligitur; quum CHRISTVS amat, Rex magnus, amatur.
Ipſe regit Reges, ipſe et non ſubditur ulli.
Iuſtinus Princeps hoc protectore quietus

Im-

319 *in ipſum*) F. *id ipſum*, omiſſa praepoſitione *propter*. *Iaeg.*

321 *Quam retinet pietate fidem; quum diligit ipſe, diligitur: quum* Chriſtus *amat, Rex magnus, amatur*) In manu ſcripto codice, *quam* pro *quum*, bis, et *amator*, pro, *amatur*, mendoſe, niſi iudicio noſtro fallimur, legebatur.

Atque haec quidem a nobis in Corippum obſeruata pro noſtro captu; cum multo plura obſeruari potuiſſent ab aliis, qui et ingenio, et diligentia plus ualent, tum ad poematis lectionem emendatiorem reddendam, tum uero ad hiſtoriam Iuſtini II. Caeſaris, ex multis auctoribus Graecis et Latinis magis illuſtrandam: quorum neutrum munus eſt ſuſceptum a nobis, quibus tantum in animo fuit Corippum ipſum ita in lucem dare, ut noſtra opera ab omnibus ſtudioſis legeretur, et ſine multis difficultatibus etiam intelligi poſſet.

Ruizius.

Imperat, hunc ipſum ſolum ſpe certus adorat.
Vt pius expletis templorum limina uotis
Liquit, in ingentem uectandus conſulis arcem
Conſcendit gaudens, et ſeptus lumine ſedit.
Ante pedes Domini, faciunt qui iuſſa, clientes
Adſtabant laeti; uultuque et ueſte nitebant
Romani populi patres ſine ſemine facti.
Patricius, ſenio fulgens Calinicus honoro,
Qui pater imperii meruit iam factus haberi,
Gratior Auguſti ſeruans pia gaza faceſſi.
Namque illi moriens mox Iuſtinianus honores
Contulerat, fidaeque prius narrauerat auri
Conſilii ſecreta ſui: uocor, inquit, alumne,
Et properat ſuprema dies, iuſſuque creantis
A regnis in regna uehor. Deus omne Latinum
Iuſtino dedit imperium: tu, fide, memento

Ver-

331 *Patres ſine ſemine facti.* et mox: *Patricius,* — — — — — — *qui pater imperii meruit iam factus haberi*) Nota ex iure noſtro res, patriciatus dignitas, quae erat perpetua, qua ratione et ſumma dicitur a Iuſtiniano in §. *filiusfamilias, Inſt. quib. mod. ius. pat. pot. ſolu.* Dicebantur autem patricii parentes Principis: ut in 4. *Anthолog. t.* 4. de Aureliano legimus: Ὃν τριστράρχον καὶ πατέρα βασιλῆς ἐὸν καλέσαντο μέγιστοι. Et *eodem libro, tit.* 28: Ἀμμώνιος, ὃς βασιλῆος ἐὸν πατήρ.

Sic et patres ſine ſemine factos dicere poſſis, qui, nullis licet procreatis ſuſceptisque liberis, iura trium natorum, indulgentia imperiali conſequebantur: de quibus dixi non nihil ad Plinii ac Traiani epiſtolas amoebaeas, *lib.* X, *ep.* 95. et 96.

Rittersh.

Confer. Plinius *lib. II, ep.* 13, *n.* 8, et *lib. VII, ep.* 16, *n.* 2, et *lib.* X, *ep.* 2, *n.* 1. Dio, *lib. LV, ſub initium*, Paullus, *lib. IV. recept. ſent. tit.* 9. *extr.* et in primis Heineccius, in *comment. ad L. Iul. et Papiam Poppaeam. Goetz.*

Verborum, quae mando tibi; quum, carne relicta,
Spiritus adſcendens claram penetrauerit arcem,
In medium procerum, Iuſtini ad limina perge:
Inuitato uirum; nolit licet ille ſubire
Sorte mea triſtis, ueniet, conſentiet iſthinc.
Ne dubitare uelis, nullus contemnere poſſit
Terribilis praecepta Dei. Cognoſcet *amantes*,
Quos fidos habui mihi; qui nocuere, nocebit.
Ipſum etiam facto ſimili tentare parabunt,
Vt pereant, iuſtasque ſuo dent ſanguine *poenas*.
Sed pietas Auguſta malos caſtigat alumnos
Conſilii bonitate ſui, dum perdere non uult
Suſpectum ſibi quidquid erat: ſic punit iniquas
Carniuoras animas, ut mortis poena *recedat*,

Non

341 *quum carne relicta*) Sic reſtitui, pro, *dum carne relicta*. *Rittersh.*

342 *claram penetrauerit arcem*) De hoc uerbo tranſitiue uſurpato v. Ondendorp. ad Frontin. Strateg. 3, 9, 5. *Iaeg.*

344 *nolit licet ille ſubire*) Legebatur, *uidelicet ille*. peccabat etiam diſtinctio, quam ſimul reſtitui. *Rittersh.*

346 *Ne dubitare uelis*) De pleonaſmo uerbi *uelle* v. Brouckhuſ. ad Tibull. 1, 5, 50. et interprett. ad Petron. c. 70. *Iaeg.*

347 *amantes*) Hanc ſe-

ſiciſſimam emendationem debes, lector, C. G. Schwarzio. Ruizius legebat, *amans*; Rittershuſius, (ex Ruiz. coni.) *amabit*. *Goetz.*

350 *ſuo dent ſanguine poenas*) Legebatur nullo ſenſu, *terras*. *Rittersh.*

poenas reponit etiam *Meurſ.* l. c.

353 *Suſpectum ſibi quidquid erat*) Ita ſuppleui hanc lacunam, poſcente ſententia. Pro, *ſic*, malim, *ſed punit*. *Rittersh.*

354 *carneueras*) F. *carne feras*, aut *carniuoras*. *Ruiz.*

recedat addidit *Rittersh.*

Non maneat: breuiusque luant, cruciantia tantum
Praeteritura pati, ſatis eſt; aeterna tremiſcant
Supplicia; inflictas timeant in ſaecula poenas:
Vltio commiſſum lenit ſcelus illa profecto.
Paucorum multis proſunt exempla malorum,
Quorum poſt mortem noſtrae monumenta perhorrent
Et damnant leges. Erit unius utile multis
Exitium, ceſſantque doli, dum poena timetur.
Legislatores ſtatuit Deus ipſe per orbem.
Haec animo retinens, ſincera mente fidelis,
Paruit, et domino meruit dilectus haberi.

Nec

355 — *cruciantia*) Ruizius legit *cruciant Praeteritur abti*, et inde effinxit *praeteritura pati*.

355 *cruciant*) Difficile eſt, huic loco Aeſculapium eſſe. Ex parte ſic fortean ſanabimus:

— — — — — *cruciantia tantum*
Praeteritura pati, haut ſatis eſt: aeterna tremiſcant
Supplicia: inflictas, cet.
Rittersh.

359 *Paucorum multis proſunt exempla malorum*) Cyprianus *ſermone* V. *de lapſis*: *Plectuntur interim quidam, quo ceteri corrigantur. Exempla ſunt omnium, tormenta paucorum.* Atque hinc eſt, quod a Graecis poenae dicuntur παρα δείγματα: quia propter exemplum infliguntur, ut ceteri a maleficiis deterreantur. *Id.*

360 *Quorum poſt mortem noſtrae monumenta perhorrent, et damnant leges*) Significat eos, quorum memoria poſt mortem damnatur, de quibus uide §. *per contrarium*. I. *de her. quae ab int. defer.* et *l. V. ſi quis*, C. *ad L. Iul. maieſt.* *Id.*

363 *Legislatores ſtatuit Deus ipſe per orbem*) Hinc Ioſaphatus Rex ad iudices, quos

Nec non enſipotens, membrorum robore conſtans,
Adſpectu mentis, non a grauitate benignus,
Adſtabat Narſes, ſedemque ornabat herilem,
Splendida ſigna gerens; qualis pretioſus achates,
Aut medius fuluo Parius lapis enitet auro,
Artificis formante manu; ſic luce coruſcus,
Sic animo placidus, mitis, ſic gratior ore,
Terga tegens domini, claris fulgebat in armis.
Adfuit et ſacrae domino gratiſſimus aulae
Tiberius, curasque omnes implebat et *actus*
Implens.

quos conſtituebat, II *Paral.* XIX, 6: *Iudicia Domini exercetis*; et leges ipſae δῶρον καὶ εὕρημα Θεῶν dicuntur. *Idem.*

366 *Nec non enſipot.*) v. ſupra, L. 3. v. 221. Pag. *Iaeg.*

367 *adſpectu — benignus*) F. *adſpectu mitis, mixta grauitate benignus*, uel *nota gr. b.* Poſſit etiam pro *adſpectu mitis* legi *Adfectu mentis.* *Iaeg.*

369 *Achates*) De *achate* legi merentur, quae Plin. *lib.* XXXVII. *hiſt. nat. cap.* 10, et *cap.* 1, memoriae prodidit. *Goetz.*

370 *Parius lapis*) i. e. candidum marmor, quod in *Paro*, maxima feliciſſimaque Cycladum inſula, naſcitur. *Id.*

372 *Mitis ſic gratior ore*) Malim, *miti ſic gratior ore.* *Rittersh.*

375 *Implebat et*) Adde, *actus*, et uerſum impleueris. *Idem.*

Implens officii
Obſequiis inſtare ſuis tranquillus al*umnus.*

377 *tranquillus al.*) Cuiusuis eſt, ſupplere, *alumnus.* Quid autem hic in fine, et in reliquo hoc poemate (quod integrius ad nos peruenire potuiſſe, optabile cum primis erat) paſſim deſit, dicat Apollo. *Id.*

INDEX I.

A, *notat Argumentum*: N, *Notas.*

A.

Achilles pulcher 6, 17. 2.
Actiaca uictoria 5, 13. 4.
Actiacum bellum, 11, 33, 1.
Adria, mare 10, 9, 1.
Aedui fratres pop. Rom. 3, 4, 1, n. 6. 22, 4. et 7, 2, 4. n.
Aedui Romanos in Galliam duxerunt 7, 3, 3.
Aeduorum ciuitas 4, 21, 2.
Aegyptum Diocletianus pacauit 3, 21, 2.
Aegyptus Palmyrenis paret, 4. 10, 2.
Aemilius Paullus 11, 8, 4.
aemulatio pulchra eſt, 1, 8, 3.
Aethiops et Indus 4, 5, 2.
Aeternitas in imperatorum titulis 4, 13, 3. et 5, 2, 2. et 5, 11, 5. et 7, 1, 1, n.
Aeropus rex 9, 20, 1.
infans in acie ib.
Africa 9, 32, 8. fertilis, 12, 3, 90
Africanus 11, 8, 2. et 4. et 5.
Agentes in rebus, 12, 3, 160.
agricolae conſulares 11, 9, 6.
trabeati ib.
Agrippa pro Auguſto uicit 5, 13, 4.
Alamani 2, 17, 1: 9, 18, 1.
Alamania proculcata 4, 10, 4.
Alamania rebellans 10, 6, 2.
Alamanicus 11, 5, 4. 12, 3, 385.
Alamanorum rex captus 4, 2, 1.
Alamanus compulſus in ſolitudines 11, 5, 2.
Alanus 11, 11, 4. c. 32, 4.
Albani pop. 11, 22, 3.
Albis fluuius, 8, 21, 5. it. *Alba*, cf. Vopiſc. Prob. c. 13.
— horridus, 2, 16, 4.
— ſecat Germaniam 2, 16, 4.
Albula Tuſcus, *Tiberis*, 8, 21, 5
Alexander nondum Magnus 11, 8, 4 et 5.
Alexandri exercitus quantus? 8, 5, 1.
Allectus Carauſii oppreſſor 4, 15, 5. n.
Allienſis dies, 11, 46, 3.
Alpes Cottiae, 2, 9, 3. 11, 30, 2. c. 38, 2.
— Iuliae 11, 30, 2. c. 38, 2. c. 40, 1.
Alpes Italiam uallant, 2, 2, 4.
Alpium iuga caelo uicina, 2, 2, 4.
Ambianum ſolum 4, 21, 3.
Ambracienſe oppidum 3, 7, 3.
Amphionis carmen 3, 15, 2.
Ampliſſimus ordo 11, 47, 1.
Anaſtaſius, 12, 1, 16.
anguipedes gigantes 2, 3, 5. n. et 11, 44, 5.
Antiſtites nominibus, re uera ſatellites 11, 29, 3.
Antoninus memorabilis pietate 11, 11, 6.
Antoninus *Lucius* territus cataphractis 9, 24, 6.
ad anulos ſedere 6, 15, 1.
Apelles pictor 5, 6, 3.
Apollinis templum 6, 21, 3 ac 7.
Aquileia recepta 8, 11, 1, et 9, 27, 1.
Aquileiam continuare Illyrico 11, 39, 2.
Aquileienſe oppidum 11, 38, 4
palatium 5, 6, 2.
Ara maxima Herculis 1, 1, 3.
Arabs 11, 21, 2.
Arar fl. ſegnis 6, 18, 2.
Arcadius 11, 11, 4.

Arctois frigoribus subiectus, 11, 4. 3.
Arebrignus pagus 7, 6, 4.
Arelate 6, 18, 4.
Argo nauis 10, 8, 2.
Arion, *equus*, 6, 8, 5.
Armatus, 12, 2, 130. v. *not.*
artifices Britanni translati in Galliam 4, 21, 2.
artificum manus 11, 45, 4.
Ascalon, 12, 3, 89.
Ascaricus rex Germ. 6, 11, 6. et 9, 16, 5.
Athenae a Minerua conditae 3, 9, 5.
Athenae magistrae et inuentrices 10, 9, 3.
Athesis saxis asper 8, 8, 2.
Auarum gens, 12. fr. 4.
augustior claritas luminis, 4, 2, 2.
Augustoduni ornamenta, 6, 22, 5.
Augustodunense oppidum 3, 14, 1.
Augustodunum an colonia, 3, 5, 1 n.
Augustodunum Flauia 7, 1, 1. et 7, 2, 1.
Augustus 11, 33, 3.
Imperator 11, 1, 1. c. 30, 5. c. 47, 1.
auratum uellus 10, 8, 2.

B.

Babylonia, 12, 3, 279.
Baduarius, 12, 2, 284.
Bagaudae 1, 4, 3.
Bagaudarum initium 7, 4, 2. n.
Bagaudica rebellio 3, 4, 1.
Baianus sinus 6, 13, 4.
ponte stratus ib.
Balio triumphalis 11, 28, 4.
Batauia 5, 4, 2. 8, 25, 2. 11, 5, 2.
Batauorum insula 6, 6, 4.
Belisarius 12, 2, 125.
Bellouacum solum 4, 21, 1.
belluae triumphales 11, 22, 5.
Bessus quaesitor 11, 28, 2.
bestiis obiecti captiui 6, 12, 3. et 8, 23, 3.
Bibracte Iulia 7, 14, 5.
Blemyes *pop.* 2, 17, 4.
Bononiense oppidum 6, 5, 2.
Bosporanus 11, 22, 2.
Britannia 11, 38, 2.
Britannia alius orbis 4, 11, 2.
Britannia Hispaniae propinquior credita 4, 18, 5.
Britannia recepta 4, a.
eius laudes 6, 9, 3.
Britannia sine bestiis noxiis 6, 9, 2.
Britannica tropaea 6, 7, 1.
Britannis nullae aestate noctes 6, 9, 3.
Brixia *opp.* 9, 25, 4.
Bructeri *pop.* 9, 18, 1.
Brutus osor regii nominis 11, 20, 5.
bullae cerueicibus raptae pupillorum 11, 26, 2.
Burgundii 2, 17, 1.
Burgundiones 2, 17, 3.
Byzantium 10, 2, 3. n.

C.

Cabillonensis portus 6, 18, 3.
caelibatus prohibitus 5, 2, 4.
Caesar misericors in mortuos 11, 46, 1.
Caesares distincti ab imperatoribus 3, 4. 1. et c. 15. 2.
Caesaris Iulii felix memoria 11, 18, 3.
Cagan, Rex Auarum, 12, 3, 271. *et saepius.*
Caledones *pop.* 6, 7, 2.
Calinicus, 12, 1, 76.
Callaicus scrutator 11, 28, 2.
Calpetanus mons 2, 16, 5.
Camenae nouem 3, 7, 3.

Cam-

Campania 11, 4. 4.
Campani a Capy Troiano 7, 3, 1. n.
candida turba, *candidati*, 12, 3, 161.
candidatus, 11, 12, 2.
candidatorum labores 10, 16, 1
Cannae 2, 10, 3 et 11, 46, 3.
Cannenſe malum 11, 19, 2.
Canopus mollis 11, 23, 4.
Capitolinus Iupiter 11, 9, 5.
Capitolium Auguſtodunenſe, 3, 9, 3.
Romanum 1, 13, 2.
Carauſii latrocinium 4, 12, 1.
Carauſius pirata, 1, 12, 1. n.
Carnifex purpuratus, 11, 24, 1.
Carpi profligati 4, 10, 4.
Carporum ruina 4, 5, 2.
Carthago aemula Romae, 1, 8, 1.
Caſtores auxiliares Romanorum 9, 15, 4. et 11, 39, 4.
Catones 1, 14, 2. et 11, 1, 4.
Catones in mortem coacti 11, 46, 2.
Catuli 11, 7, 4.
Caucaſus minax 11, 33, 4.
cauearum plauſus 11, 17, 2.
Cauiones *pop.* 1, 5, 1. n. et 2, 7, 2.
Celtarum populi 7, 3, 3.
cenſus equeſter 11, 14, 3. n.
Cereri meſſes libantur 3, 17, 1.
certaminum praemia 3, 13, 1.
Chaibones *pop.* 1, 5, 1.
Chamaui 9, 18, 1.
Chamauus Gallis arat 4, 9, 3.
Charybdis reuomit 11, 26, 4.
Chorus uirgineus, 12, 3, 43.
Chryſattica uina, 12, 3, 100.
Cicero humeris Italiae reportatus 8, 19, 5.
Cicerones trunci 11, 46, 2.
Cilix pirata 11, 23, 2.
Cinna furioſus 8, 20, 3.
Cinnani furores 11, 46, 1.
Circi ornamenta 9, 35, 5.
Circus maximus Rom. 8, 21, 3.
Claudius Gothicus 6, 2, 2.
diſciplinam reformat ib.
Conſtantini agnatus 7, 2, 5. et c. 4.
Cleopatra ſupplex, 12, 3, 17.
Cleopatrae luxus 11, 33, 2.
clibanariorum deſcriptio 9, 22, 4.
incommoda 9, 24, 6.
clibanarii clauis percuſſi 9, 24, 3.
Cloelia uirgo 8, 18, 2.
Cocles Horatius 8, 18, 2.
Colchus extra imperium 11, 14, 2.
Collina Cannis feralior 11, 46, 3.
comitialis lex 11, 7, 2.
comitium orbis terrarum 11, 3, 6.
Conſtantinus infans caeſar 9, 1, 1. n. et c. 37, 3.
Conſtantinus caſtus 5, 4, 1.
in Britannia caeſar factus 5, 4,
conſul 9, 3, 5.
Auguſti nomen in nuptiis aſſumſit 5, 1, 1.
Conſtantini expeditio in Maxentium 8, tot.
Matrimonium cum Mineruina, 5, 4, 1. n.
ſingulare certamen 6, 3, 3.
caeleſtes auxiliares 9, 14.
Conſtantinopolis 10, 2, 3. n. et 10, 14, 5.
Conſtantius Pius, 6, 7, 3. et 8, 4, 3.
conſul dat nomen anno 11, 16, 3.
contumelia habet aculeos acres 9, 12, 2.
Cornelia Gracchi ux. 5, 13, 4.

INDEX I.

Coruncanius 11, 9, 5.
Corybantum cymbala 1, 2, 4.
Cottiae Alpes 2, 9, 3 : 11, 30, 2 et c. 38. 2.
Craſſus praeſente Scaeuola noluit ineptire 10, 16, 2.
Creta gloriatur Iouis incunabulis 11, 4, 5.
Criſpus caeſar 9, 1. n.
caeſarum maximus 9, 36, 3.
Croeſus rex 3, 16, 1.
Cura Palati, 12, 1, 137.
Curius Dentatus 1, 14, 2. et 11, 9, 5.
curules ſellae 1, 3, 2.
curules *abſolute* 11, 9, 6.
Cydonum tela 6, 8, 1.
Cyllarus, *equus* 6, 8, 5.
Cypros candida, 12, 3, 91.

D.

Dacia *Aureliani* reſtituta 4, 3, 3.
Dalmatae 10, 9, 1.
Damon et Phintias 11, 17, 1.
Danubii tranſitus 4, 2, 1.
Danubio praetendunt 9, 21, 3.
Decani 12, 3, 160.
decennalia 2, 1, 3.
celebrata incipiente anno X. 7, 13, 2.
delatoris uoces 11, 25, 3.
Deliacus mercator 3, 12, 2.
Delos olim uaga, poſt firma 3, 18, 2.
reptata numinibus 11, 4, 5.
Demetrius, 12, 1, 27.
dictatores inter armenta 11, 9, 6.
dii an negligant res humanas 5, 9, 1.
Diocletianus 4, 21, 1.
Aegyptum pacauit 3, 21, 2
Diocletianus Iouius, quaſi ab Ioue ortus 1, 1, 4 n.
diuiſores in comitiis 10, 19, 1

E.

Eleuſina 10, 9, 3.
Emathia, *Macedonia* 11, 46, 3.
Emona *urbs* 11, 37, 1
Epirotae 10, 9, 1
Eruli *pop.* 1, 5, 1
Euchrotia Priſcillina 11, 29, 2 n.
Eumenii auus Athenienſis 3, 17, 3
Eumenius magiſter ſacrae memoriae 3, 11, 2.
iterum profeſſor ibid.
eius amplum ſalarium ſb. miles 4, 2, 1.
Euphrates limes 1, 2, 6 et 1, 7, 5.
ruptus 12, 3, 281.
Euphrates geminus, 2, 6, 6.
exaſperat homines imperata correctio 11, 14, 4
excipiendi principem ritus 7, 8, 4.
exercitus mediocris praeſtat numeroſo 8, 5, 1.

F.

Fabricii nomina reuerenda 11, 9, 5.
Falerna *uina* 11, 14, 1.
Famae mille uoces 5, 1, 3.
Flauia Aeduorum 7, 1, 1 et c. 14, 5.
Flauiae gentis Conſtantius 7, 1, 1 n.
Florentia Iulia 7, 14, 5
Fortunatorum inſulae 6, 7, 2 et 10, 23, 1
Franciae reges beſtiis obiecti 6, 10, 2. et c. 11, 6.
Franci domiti 2, 7, 2. 6, 11, 3

Franci in Treuiris et Neruiis 4, 21, 1.
pubes Alamannica 12, 3, 385.
Francorum excurſiones nauales 4, 18, 3.
rex, 2, 5, 4.
frater dictus collega auguſti 1, 1, 5 n. et 1, 4, 1 et 1, 9, 3
Friſius et Chamauus captiui 4, 9, 3.
Fronto, orator par Ciceroni 4, 14, 2.
Frontoniani ibid. n.
Fulúius Nobilior 3, 7, 3.

G.

Gabini ritus 12, 4, 127 *v. not.*
Galerius Caeſar 3, 21, 2.
Galerius auguſtus 8, 3, 4.
Galliae 11, 2, 1 et c. 11, 4
Gallus receptus muris 11, 46, 3.
Gallicanus cenſus 7, 5, 5.
Gallienus princeps 4, 10, 1.
Gargara fertiliſſima 11, 4, 4.
Gaudio exſtincta mater 11, 19, 2.
Gauranus mons 11, 4, 4.
Gaza 12, 3, 88.
Gelli *pop.* 2, 17, 2
geographici ſtudii commendatio 3, 20.
Germaniae limes inferior 8, 21, 5
Germanorum reges 1, 10, 3
Geryon trino capite 1, 2, 1
Geſoriacenſe littus 4, 14, 4
Geſoriacenſes muri 4, 6, 1
Geſoriacenſis obſidio 4, 6
Getae edomiti, 12, 3, 385
Gipedes *pop.* 2, 17, 1
glacie uinum frigerare 11, 14, 1
gloriae uia quotuplex 9, 5, 6
Gomphi Theſſaliae 8, 6, 1
Gothi, Gotthi 2, 17, 1: 11, 11, 4. et c. 22, 2, et c. 32, 4
Gothus ſubmittit ſe 4, 10, 4.
Gracchi et Corneliae matrimonium 5, 13, 4
Graeca 12, 3, 89 *v. not.*
Graeciae amoena 8, 24, 1
in gremio Iouis lauream deponere 11, 9, 5
ad gremium Iouis ire 5, 8, 7
Guntienſis tranſitus 4, 2, 1
gymnaſia Spartanorum 11, 13, 4.

H.

Hadrianus legislator 11, 11, 6
Haemona *urbs* 11, 37, 1
Hannibal Alpes penetrauit 2, 9, 4
Hannibal 11, 8, 4 et c. 32, 1.
Harpyiae 2, 3, 5 n.
Hebe uxor Herculis 2, 3, 6 n.
Hebrus Threicius 12, 3, 274
Helleſponti anguſtiae 6, 13, 4
Hercules Ioui auxilio fuit 1, 4, 2
pacator terrarum 1, 11, 6
perpetuus uirtutis aſſertor 2, 3, 6.
Muſagetes 3, 7, 3.
Thebanus 11, 4, 5.
Victor 1, 13, 4.
Herculis ara maxima 1, 1, 3.
Monoeci arces 2, 4, 2.
Herculei labores 11, 44, 5.
Herculeus inſtigatus ad imperium recipiendum 5, 11, 1.
in nuptiis filiae agitabat receptionem imperii 5, 12, 7.
mire uincit 1, 6, 3.
Germaniam primus intrat 1, 7, 2.
Herculeus Maximian. 1, 1, 4.
Herculeum ſacrum 1, 1, 3.

INDEX I.

Hibernia 6, 7, 2.
Hiberni feminudi 4, 11, 4.
Hiſpania Britanniae propinquior credita 4, 18, 5.
Hiſpaniae ſitus felix 11, 4, 2.
Hiſpanus 11, 24, 5.
ab hiſtoria aeternitas 11, 44, 4.
Honoris templum 3, 7, 1.
Hortenſii felix memoria 11, 18, 3.
Hunnus 11, 11, 4. et c. 32. 4.
Hydaſpeae gemmae 12, 4, 128.

I.

Ianiculum praeceps 11, 9, 7.
Ibalia arx 12, 3, 94. v. *not.*
Iberus 11, 10, 2.
Ilienſes Aſiae 7, 3, 1.
Illyrici funus 11, 11, 4
Illyricum 10, 6, 2; 11, 39, 2.
Imbrus 12, 3, 294
Immortalis resp. propagatione 5, 2, 3
Inachides plebes, *Argiui*, 12, 4, 50
Indi conſcii ſolis orientis 6, 9, 4
Indica tellus 12, 3, 15
Indici Liberi triumphi 11, 44, 5
Indus 11, 22, 2
ad inferiores inferos 10, 13, 4
inquietus uigiliis 10, 13, 5
Iota reſurgens 12, 1, 352
Iouis omnia plena 2, 14, 1
Iouius Diocletianus 1, 1, 4. n.
Iris nuntia Deûm 6, 8, 5
Iſter durator ingentium corporum 11, 33, 4
Scythicus 12, 3, 300
Iſtri limes 1, 2, 6
Iſtro praetendere 11, 10, 3
Italia gentium domina 1, 2, 2, et 4, 10, 3
Alpibus uallata 2, 2, 4
lacerata 11, 35, 5
Italicum genus 11, 23, 2
Ithacius accuſator 11, 29, 3
Ithacus Vlyſſes 12, 3, 93
Iuliae Alpes 11, 49. 1. et c. 30, 2
ciuitates 7, 14, 5
Iulianus uicit Germanos 10, 4, 3
reſtituit Galliam ibid. 6
eius parſimonia 10, 10, 3
Iupiter ſtator 1, 13, 4
Iurisconſulti clari 10, 20, 1
Iuſtinus 12, 1, 65 *et ſaep.*
Iuthungi *pop.* 4, 10, 4
Iuuentae connubium cum Hercule 2, 3, 6

K.

Kalendae Martii anni auſpices 4, 3, 1

L.

Lacedaemonii reges 1, 9, 4 et 9, 36, 2
Legatorum ius et officium 12, 3, 311 ſq.
Lentulus 11, 23, 2
Leuitarum ordo, 12, 3, 42
Liber Indicus 11, 44, 5
Libya, *Africa* 10, 27, 2
Libyae ſitientia arua 3, 21, 1
limes orientis 11, 32. 2
ſuperior germaniae 8, 22, 5
inferior 8, 21, 5
Limites imperii 1. 2. 6 et 1, 7, 3 et 3, 18, 4
Lingonica uictoria 6, 6, 3
Lingonicus ager 4. 21. 1
litterae fundamenta uirtutis 3, 8. 2.
pars magna rerum, 12. 4, 184
Londinienſe oppidum 4. 17. 1
Lucifer et Veſper an diſtincti 4. 4. 2

Lu-

Luculli felix memoria 11. 18. 3
luxuria Romana, 11. 14
Rom. principum 10. 11. 3
Lydia praedicatur amne Pactolo, 11. 4. 4
Lynceus perſpicax 9. 11. 5

M.

Macedonici duces 11. 5. 4
Maeniana aedificia 3. 2. 1
Maeotis *palus* 10. 9. 1
Maeotides paludes 4. 18. 5
Magiſter ſacror. officior. 12. 3. 162
magnis mentibus digna corpora 6. 17. 3.
Mamertinus iunior 10 arg.
praefectus aerarii 10. 1. 3
praetorii ibid, 5
conſul 10, a. et 2
peculatus reus 10. 1. 4 n.
Mamertinus ſenior 1 arg.
Mamertinorum fabuloſa origo 7. 3. 1
Marcellus 12. 2. 283
Marcellinus, Maximi tyranni frater. 11, 35. 1
Marii ſaeultia 8. 20. 3
Marius poſt exſilia crudelis 11. 46. 1
Mars errat dubius 9. 7. 1
Marte ancipiti bella pugnata 12. 23. 2
Marti praeda dicata 3. 17. 1
Maſſilia amica Rom. 7. 3. 1
Maſſiliae fata 6. 19
portus 6. 19. 1
Mauretani ferociſſimi 5. 8. 6
Mauri hoſtes 11. 45. 5
uaſtati 4. 5. 2
Maurus uterque 11. 5. 2
Maxentius ſuppoſitus infans 8. 4. 3
Maxentius ſex annos imperium uſurpauit 8. 16. 2 et c. 20. 3
merſus Tiberi 8. 17. 2
Maxentiani belli hiſtoria 8. 3 ſq.
Maximianus Herculeus quaſi ab Hercule ortus 1. 1. 4 n.
Pannonia ortus 1. 2. 2
primus Germaniam perdomuit 5. 8. 4
Mauretaniam recepit 5. 8. 6
eius victoria mirabilis 1. 6. 3
eius fata 6. 14. 6
Maximianus Galerius 8. 3. 4
Maximus tyrannus, 11. 28 et 29
occiſor Gratiani 11. 24
eius ſupplicium 11. 41
Mediolanenſe palatium 2. 11. 1
Mediolanum 8. 7. 5
Megaera belli ciuilis, 11, 35. 1
Memphis, 12. 3. 91
Memphitica aula, 12. 3. 16
Mercurius a Nilo, *Aegyptius* 6. 9. 4
Mercurio lucra libantur, 3. 17. 1
Merobaudes trabeatus 11. 28. 4
Meroë 12. 3. 91
Meſſana ab Oſcis condita 7. 3. 1 n.
Methymnaeae uuae, 12. 3. 96
Meuania paſcua 11. 4. 4
Midas rex 3. 16. 1
Minerua Capitolina 3. 9. 5
conditrix Athenarum ib. cur ſtudiorum praeſes 3. 10. 1
Moenus fluu. 6. 13. 2
moles Conſtantii in oceano 4. 6. 2
Monoeci Herculis arces 2. 4. 2

Moſella fluu. 1. 12. 6 n.
Muluius pons 8, 17. 1
muri carmine ſtructi 3. 15. 2 n.
Muſagetes Hercules 3. 7. 3
Mutinae oppugnatio 9. 27. 1

N.

Narſes, 12. 3. 221
Narſeus rex Perſar. 1. 11. 1 n.
natales illuſtres diuinum munus 6. 3. 2
natalis Romae dies 1. 1. 4
urbis Treuerorum 6. 1. 1 n.
Nepotianus tyrannus 10. 13. 3
Nereus uiridis, 12. 3. 15
Nerua tranquillus 11. 11. 6
Neruiorum deſertus ager Francis datus 4. 21. 1
fertilitas 7. 6. 1
Nicer barbarus fluu. 6. 13. 2
Nicopolis urbs, Auguſti opus 10. 9. 2
Niliaca tropaea 4. 5. 2
Nilus fluu. 2. 6. 6
Nili fontes ignoti 6. 9. 4
Nobilior *Fuluius* 3. 7. 3
nobiliſſimi caeſares 9. 36. 1 n.
Noricum Pannoniaeque 4. 10. 2
Numa ſacrificus 11. 20. 3
Numantini 11. 5. 4

O.

Oceanus 11. 22. 2 : c. 27. 5. et c. 2. 1
Oceanus genitor deorum 6. 7, 2
eius litora uicina caelo 6. 9. 5
Octauius conſul a Mario occiſus 8. 20. 3
Officia ſacra, 12. 3. 163
Organa 12. 3. 72
Oriens 11. 14. 7. c. 30. 1. c. 39. 2.
Ormies *rex* 2, 17. 2

P.

Pactolus 7. 14. 1
Palaeſtinus Lyaeus 12. 3. 98
Palantea moenia 1. 1. 3
Palatia 11. 16. 1
Palatii ſancti ritus, 11. 21. 2
ſchola, 12. 3. 158
Palatium Auguſtodunenſe 7. 1. 3
Palatium opus Euandri 1. 1. 2
mons ibid. n.
Palatinae aedis repoſitum 11. 21. 3
Palatina impendia 11. 13. 2
Palatini tribuni 12. 3. 161
Palatinum iugum, *mons* 1, 2, 1
Palladium coelo lapſum 10. 6. 4
Palmyrenus aequat ſe 4. 10. 2
Pannonia 1. 2. 2 : 11. 32. 4
Pannoniae *plur.* 4. 10. 2 : 11. 11. 4
Parcae ſuperum librariae 11. 18. 4 n.
Parrhaſius pictor 5. 6. 3
Parthus blandiens 2. 5. 4
ultra Tigrim redactus 4. 3. 3.
Paullus Aemilius 6. 10. 7: 11. 8. 4
Pegaſo uectus 11. 39. 5
Peloponneſi ciuitates 10. 9. 4
perfectiſſime uir, 3. 1. 1. et c. 3
perfectiſſimatus, *dignitatis nomen* 3. 3. 1
Perſae Conſtantino foederati 11. 22. 5 n.
feri, 12. 3. 277
Perſae, potens natio 9. 38. 3
Perſes legem euaſit 6. 10. 7
Perſes rex Macedon. 11. 32. 1
Perſidos flumina 3. 21. 1

Pha-

Phalaris, *tyrannus* 11. 29. 4
Pharus tepens 11. 33. 4
Philippea caſtra 11. 8. 4
Phintias et Damon 11. 17. 1
Phocaeus iuuenis, *Pylades* 11. 17. 1
Picti, *pop. Britann.* 4. 11. 4. et 6. 7, 2
Pictura Aquileienſis 5. 6. 2
Pinarii Herculis ſacerdotes 1. 1. 3
Pirithoi fides 11. 17. 1
Poenus portis imminens, 11, 46. 3
Pola Iulia 7. 14. 5
Pompeii, 11. 46. 2
pons Agrippinenſis 6. 11. et c. 13
Caligulae 6. 13. 4
Muluius 8. 17. 1
Rheni 4. 2. 1
portae coronatae 11. 37. 4
portus fluuialis 6. 18. 3
Porus rex Indiae 1. 10. 3
princeps iuuentutis etiam natu grandis 3. 6. 1
Probus diues 4. 10. 3
proelium ad Muluium 9, 30
ad Petauionem 11. 34. 1 n.
Siſciam 11. 34. 1
Taurinum 9. 22 ſeq.
Veronam 9. 25 ſeq.
proſopopoeiae exempla 5. 11. 1 : 11. 11. 4.
Protectores. 12, 3. 162
Pylades Oreſtae 11. 17. 1
Pyrenaei montes 11. 4. 3
Pyrrhus rex 11. 32. 1
Pythiados de Socrate oraculum 3. 16. 2

Q.

Quadi profligati 4. 10. 4
quinquennalia principis 2. 1. 1
quinto incipiente anno 7. 13. 2
quinquennia caeſarum 9. 2. 3

R.

Raetiae limes 2. 5. 5
Raetiae limites 4. 3. 3
Raetica laurea 2. 7. 1
Raetis obiecta Germania 1. 9. 1
Rauenna, 12. 2. 124
Regaiſus *rex Germ.* 6. 11. 6
Remus aut Neruius 7. 6. 1
Rheni cornua 3. 21, 1 et 6. 13. 2
diuortium 4. 8. 1
Rhenus limes imperii 1. 7. 3
Rhenus uidet 11. 5, 2
Rhodanus ruit concitus 6. 18. 4
Riſattica v. Chryſattica.
Roma arx gentium 9. 35. 2
domina gentium 1. 1. 4 et 1. 14. 3 et 2. 12. 1
ſeptena arce ſublimis 11. 45. 7
tendens brachia etc. 12, 1. 288
Romanorum naualis militia 4. 11. 3
Romulus conditor 1. 13. 1: 11. 20. 3
Romulus falſus 8. 18. 1
Romulus Maxentii filius 9. 6. 6
Roſtra, *locus Romae*, 2. 19. 5 et 3. 20. 4 et 11. 47. 3
Ruffi *pop.* 2. 17. 2
Ruricius dux Maxentii 9, 25. 4
Rutupinum litus 4. 15. 5

S.

Sabaea tura, 12. 3. 22
Sacae *pop.* 2. 17. 2
ſaecula Saturni aurea. 3. 18. 5
Saguntus foederata 7. 3. 1
Salluſtiani horti 8. 14. 4
Sapientia v. Sophia.
ſapientia rerum domina 2. 19. 2

Saracenī 11. 22. 3
Saracenus oppreſſus 2. 5. 4
Sardorum gramina 11. 25. 4
Sarmatiae uaſtatio 2, 5. 4
Sarepta ferax 12, 3. 88
Sarmatia obtrita 4. 10. 4
Sarmatica caedes 11. 5. 4
laurea 2, 7, 1
tabernacula 11. 10, 2
Sarmaticae expeditiones 4. 5. 1
Sauus *fluu.* 11, 34, 2
ſaxa citharam ſecuta 3. 15. 2
Saxo bellis naualibus conſumtus 11. 5. 2
Saxonicus 11. 5. 4
ſaxo praecipites dati 10. 13. 2
Schola Palatii 12, 3. 158
Scipio Africanus maior 5. 13. 5
minor 11, 8. 4
Scipiones 11, 7. 4
Scotus 11. 5. 2
Scultor ſ. Scaldor, 12, 3. 390
Scythis interdictus Tanais 11. 22. 3
Scythicae nationes 11. 32. 3
Segusium *ſub Alpib.* 8. 5. 4. et 9. 17. 3
eius expugnatio 9. 21. 1
ſellae curules 1. 3. 2
Sequana fluu. 4. 14. 4
Seuerus Caeſar Galerii 8, 3. 4
Sicilienſis ſpecula 9. 11. 5
Siluanus inuaſor imperii 10, 13. 3
Siſcia *oppidum* 11. 34. 1
Socrates ſapientiſſimus oraculi fide 3. 16. 2
Sophia, Sapientia, 12. 1. 56. 65. *et ſaep.*
Spartacium bellum 11. 23. 2
Spartanis gymnaſiis duriora 11. 13. 4
Spartana tibia 8. 1. 4
Spurina caſtus ſe deformauit 10. 5. 3
ſtatores dii 1. 2. 1. et 1. 13. 4
Stymphalides aues 2. 3. 5
Sulla elade felix 11. 46. 1
Sulla felix, ſi parcior uindictae 8. 20. 4
Syracuſae captae a Francis, nobiles uictoriis naualibus, 4. 18. 3. u. Thucydid. 1. 7. p. 235 ſqq. H. Steph. Iuſtin. 4. 5
Syrus mercator 3. 12. 2
Syri imbelles 8. 5. 3

T.

Tagus fluxit auro 7. 14. 1
Tanais, fl. 11. 22. 3
Tarquinius rex Rom. 11, 20. 4; c. 20. 6
Taurinates *pop.* 8. 6. 2.
Taurini *urbs uel pop.* 9. 22. 2
Tauromenitana litora 11, 26. 4
Taurus rigens *mons* 11, 33. 4
Templum Apollinis 3. 9. 3
gloriarum 3. 6. 4
Herculis Muſarum 3. 7. 3
Honoris 3. 7. 1
Virtutis ibid.
templum pulcherrimum Galliae 6. 21, 3
Tergilius Auar, 12. 3. 258
terrore facta uictoria optima 2. 5. 4
Thaiſali *pop.* 2. 17. 1
Thebae nobiles Hercule 11. 4. 5
Theodoſius, pater Auguſti, ſupplicio adfectus 11. 5. 1
Theodoſius Saxonicus 11, 5. 4. priuatus recuſat imperium 11, 11, 1.
Theodulus, 12, 1. 26.
Θηριομαχία 8, 23. 3.

Ther-

Theruingi *pop.* 2, 17, 1.
Thomas 12, 1, 18.
Thraces in Asiam deduxit Diocletianus 4, 21, 1.
Thule ultima 6, 7, 2.
Tiberis fl. 11, 39, 4.
Tiberius 12, 1, 213.
Tigris fl. 2, 6, 6.
Tingitanum litus 2, 16, 5.
Titanes coelo depulsi 2, 3, 4.
Titus amor humani generis 11, 11, 6.
trabeae triumphales 1, 3, 2.
trabeis exuti consulares 11, 25, 2.
Traianus amplificator 11, 11, 6.
optimus 11, 16, 1.
Transpadana prouincia 8, 7, 7.
transrhenana victoria 2, 7, 2.
expeditio 2, 16, 1.
Trasimenus lacus 2, 10, 3.
Treuerorum deserta Franci colunt 4, 21, 1.
Triptolemus inuentor serendi 10, 8, 3.
tropaea naualia 2, 19, 4.
Niliaca 4, 5, 2.
Tubantes *pop.* 9, 18, 1.
Tyros antiqua, 12, 3, 90.
Tyrrhenum mare 10, 9, 1; 11, 4, 3.

V.

Vahalis fluu. 4, 8, 1, et 11, 5, 2.
Vandali *pop.* 2, 17, 1.
Wandalica aula 12, 2, 125.
Wandalici tyranni, 12, 3, 384.
Vangiones *pop.* 9, 18, 1.
Vatinius praelatus Catoni 10, 19, 2.
Vecta insula 4, 15, 1.
Veronae obsidio 8, 8, 2 et 9, 25.
uerrere capillo templa 2, 10, 3.
Vestale secretum 11, 21, 3.
Vestalium toris purior 10, 13, 3.
Vicennalia 9, 2, 3.
Victor, cognomen Herculis 1, 13, 4; 2, 3, 7.
Victoria diua 6, 8, 5.
permata, 11, 39, 1. 6, 8, 5. 9, 32, 4. 12, 3. 201.
Vigilantia, 12, 1, 55.
Vindonis campus 6, 4, 2. et c. 6, 3.
Virtutis templum 3, 7, 1.
uirtuti quiescere integrum non est 9, 10, 3.
uirtus quiete languet 11, 9, 5.
uirtutum est connexio 9, 6, 3.
ulteriores Oceano terrae an sint 4, 6, 4.
Vlysses Ithacus, 12, 3, 93.

X.

Xerxes mari pedicas iniecit 4, 7, 1.
nauale certamen spectauit ex edito monte 8, 10, 1.
Xerxis pons naualis 6, 18, 1.

Z.

Zenobia 4, 10, 2.
Zosimus iniquior in Constantinum 5, 4, 1.

II. INDEX VERBORVM.

A media spe relabi 11, 11, 3.
abdicare se imperio 8, 16, 6.
uita 11, 28, 4.
abdicare uitia 11, 16, 1.
abiuncti per errorem 4, 17, 1.
aequoribus interfusis 11, 22, 2.
ablatiu. abs. 9, 24, 5. u. not.
abnuen-

abnuendi cauſſa non eſt 8, 26, 3.
abnuere imperium, 11, 12, 3.
obſequium 8, 6, 1.
curam 8, 11, 4.
ablerit fueritque 11, 2, 2.
abiurare gratiam beneficii 11, 41, 1.
abſorbere auidis gurgitibus 11, 34, 4.
absque pauciſſimis, *exceptis* 2, 8, 4.
abſtinentiſſimus 9, 34, 1.
abundare ad plenum 11, 9, 2.
abuti, *maxime uti* 9, 30, 3.
abuti hoſte 11, 32, 1.
ac vid. *aut*
accedere ad animum 9, 32, 4.
accedere palatium 8, 19, 3.
accepimus, *per famam* 1, 1, 2.
acceſſus et *adſcenſus* turb. 9, 27, 5.
accincta portubus terra 4, 11, 1.
accincta portu urbs 6, 19, 1.
accuſatiu. et deinde *quod* 9, 30, 1.
acta in unum ſonitum diuerſi fragoris confuſio 9, 26, 2.
actus adminiſtratio 3, 14, 3.
acuere auiditatem iciunae mentis 11, 25, 7.
ad et *ſed* turbantur, 9, 5, 4.
ad numerum 11, 21, 4.
addicere labori 11, 9, 7.
adeptus *paſſiue* 9, 8, 5.
adfatu cohoneſtatus 11, 20, 2.
adfectibus priuatis blandiri 6, 7, 4.
adfectibus ſeruire 6, 8, 3.
adfectus propinqui, u. Not. 9, 10, 3.
adfert natura 9, 11, 2.
adficere, *adfligere*, *conficere* turb. 9, 17, 1.
adficere, *frangere*, *debilitare*, ibid.
adflictatae, adflictae, applicatae } t. 9, 24, 3.
adfluentia bonorum 9, 38, 5.
adglutinat triſte proſperis 9, 7, 1.
adierunt, *adiecerunt*, *adhibuerunt*, *adegerunt*, permixta 9, 5, 1.
adiicere, *abſolute* 10, 2, 5.
adiicere curam 11, 13, 1.
aditus, *habitus* } 10, 26, 4.
adiuuare incendium 9, 22, 2.
adligatus metu 11, 38, 4.
adminiſtrationes 10, 2, 2.
admittere in pectus 5, 4, 1.
admodum 9, 25, 4.
adoleſcere *augeri*, *creſcere*, 9, 17. 2.
adoptio, *adeptio* } 9, 33, 6.
adoptio utrtutis 11, 7, 3.
adoratae expeditiones, *laudatae* 4, 5, 1.
adoratum quid accipere 3, 11, 3.
adpetitus, *deſiderium* 9, 10, 3.
adſcribere ad decus uirtutum 9, 34, 3.
adſequitur imitatio 11, 45, 4.
adſerere libertatem 11, 1, 2.
adſerere rationem rei 3, 11, 4.
adſertor uirtutis 2, 3, 6.
libertatis 11, 20, 5.
adſpirare in tyrannici nominis furtum 11, 31, 2.
adſpirare laudes, *attingere*, 9, 3, 1.
adtinere, *detinere* 8, 19, 1 : 9, 24, 4.
aduerbia geminata 2, 10, 5.
adulare *prima forma* 10, 19, 4.

adyta muſarum 3, 6, 2.
palatii 4, 1, 4.
aedilitates *plur.* 11, 7, 2.
aeger, *difficilis*, 9, 10, 3.
aegrorum ſitim potus accendit 11, 25, 7.
aemulationem et *cumulatiorem* turb. 9, 1, 1.
aequabiliter uti 2, 6, 3.
aequanimitate facili 2, 6, 6.
aequare dicendo quid 4, 1, 3.
principem 11, 33, 3.
foſſas cadaueribus 11, 34, 3.
aequiparare 9, 3, 1.
patrem 9, 4, 2.
aeſtates inter bella ſudatae 11, 8, 3.
foris ducere 11, 22, 1.
aetas eſt XXX. annorum 6, 21, 4.
media 6, 1, 1 : 8, 8, 1. conf. Burmann. Phaedr. 2, 2, 3.
integra 11, 3, 6.
aetatem ducere caſtam 10, 12, 2.
tueri 11, 3, 5.
uincere, *praeuertere*, 9, 3, 5.
aetates omnes degere 8, 26, 4.
aetatibus diſpares 2, 7, 7.
aeterne imperator 4, 13, 38 : 5, 11, 5.
aeterni principes 5, 2, 2.
aeternitas uegetat 11, 10, 1.
aeterno nomine, *imperatorio* 7, 1, 1.
aeui maturus 11, 8, 3.
agere et *dicere* differunt. 3, 1, 2.
agere exercitus 9, 25, 7.
ſtrages 9, 26, 3.
hiemes 11, 8, 3.
agitare, *uiuere*, 10, 12, 1.
agitare expeditiones 9, 14, 6.
agitatio iugi 11, 10, 1.
agitur uiſus ultra 9, 28, 4.
album ſacrum, 12, 4, 142.
alligari, *uid. illigari.*
alta uulnera 11, 3, 5.
altor Nilus 11, 33, 4.
Romae Tiberis 8, 18, 1.
altor populorum 11, 33, 4.
altrix alma pacis 9, 10, 2.
alumnus Solis, 12. fr. 30.
amabiliter petere 9, 38, 3.
ambago 10, 14, 7.
ambagine ancipiti iter incertum, 11, 38, 1.
ambiguum neceſſitatis 10, 1, 2.
ambitio *paſſ.* 9, 38, 5.
ambitio uirtutis 11, 32, 5.
ambitor 10, 17, 2.
ad ambitum miſericordiae conferre 9, 6, 2
ambulacra porticibus extenta 11, 21, 1
amici principis, *aulici* 7, 2, 1
amicitiam intra aulam uocare 11, 16, 2
amittere tempus uacuum 4, 1, 4.
amoena Graeciae 8, 24, 1.
amor / *gradus* } t. 10, 18, 4.
amorem / *fauorem* } t. 10, 16, 3
amplificatrix ueri uetuſtas, 11, 8, 5
an et *aut* turb. 8, 3, 2. 10, 24, 5.
anacoluthon 6, 3, 3
anceps fides 11, 39, 4
ancillans facundia 11, 2, 3
ancipiti bello dimicare 9, 7, 8
anfractus erroris 9, 5, 6
anguipedum bella 11, 44, 5
anguſte expendere 11. 40. 1
animi magni uir aduerſus pecuniam 10. 1. 4.
animi plenus miles 11. 34. 1
animorum oculi 11. 33. 3
animoſitate pertinaci 2. 3. 7

anno-

annonam laxare 4. 9. 3
artare 11. 32. 5
annorum / *honorum* } t. 10. 22. 2
annum uertit luxuria 11, 14. 1
ante actus terror 9. 32. 5
antea / *antehac* } t. 9. 35. 4
anxius et *auxilium* turb. 2. 2. 4
ad anulos ſedere 6. 15. 1
apex humani faſtigii 11. 6. 2
apicibus ſacerdotes inſignes 11. 37. 4
apparuit / *aperuit* } t. 10. 5. 2
aptari ad meritum 11. 43. 2
aquae amnium 11. 28. 2
arcana conſiliorum 11. 15. 2
archipirata 4. 12. 2
ardens miles, *cupidus pugnae* 11. 38. 5
ardoribus aeternis inacceſſus 11. 22. 2
arietare aciem, *incurſum, impetum, impreſſionem facere* 9. 23. 4
arma, *copiae* 8. 3. 1
armatura 9. 23. 1
arripere 8. 2. 1
arroganter inſurgere 7. 5. 2
artifices 8. 19. 7 *uid. not.*
arx corporis, 12. 2. 190
aſpera laborum 10. 13. 5
aſperata memoria cladis acceptae 9. 17. 2
aſperitas tempeſtatis 2. 8. 2
atratus publicum inceſtat 11. 25. 3
auctor communis boni dies 11. 11. 1
auctoramentum, *auctoritas* 11. 43. 5
diſcriminis, *merces* 4. 12. 2
audeat et *ualeat* turb. 9. 3. 1
auditionis dignatio tuae 2. 5. 1
auditore multo circumdari 11. 47. 5
augere, *auguſtiorem reddere*, 12. 4. 127
augmenta, augmentata, coagmentata turb. 9. 33. 7
augurari 9. 2. 2
auguſtiſſima delubra 6. 21. 7
ornamenta 1. 3. 2
ſpecies 11. 6. 3
tecta 3. 9. 5
auguſtiſſimum conſilii publici templum 10. 2. 3
auiditatem mentis acuere 11. 25. 7
intra aulam uocare amicitiam, 11. 16. 2
aulaeis undantes plateae 11. 37. 4
auribus et *uiribus* turb. 8. 1. 5
auribus haurire 11. 29. 3
auſpex dies, *primus* 11. 3. 1
auſpicari bella 8. 21. 5
auſpicia imperii ſumere 2. 2. 2
auſpicia tremere. 11. 22. 2
auſpicalis dies conſulatus 1. 6. 2
auſpicio et ductu 4. 5. 4
auſpices kalendae Martiae annorum 4. 3. 1
aut et *ac* turb. 9. 12. 4
aut et *an* turb. 10. 24. 5

B.

barbaricum ſolum 10. 8. 4
baſes firmare, 12. 4. 60
beari menſa 11. 20. 2
beatiſſima uictoria 9. 32. 6
beatiſſimi caeſares 9. 5. 5: 9. 38. 6
beatitudo urbis 9. 33. 4
beatos mentiri 11. 25. 2
bella, *praelia* 9. 28. 3
bellum, *praelium pugna* 9. 25 7 et c. 26. 3. 4

bellicum ſtrepere 9. 18. 1
belluas triumphales ſuggerere 11. 22. 5
bellum ingerere, ſuſcipere, 12. 3. 334. ſq.
benigne, *large* 9. 2. 6
benignitas diuina 3. 15. 5
benignitatae pellectae nationes 11, 32, 3.
bicorni flumine *Rheno* 6. 11. 5
biformia monſtra 1. 4. 3 et 2. 3. 4.
blandiſſime iubetur exemplo 11. 14. 4.
blandita uetuſtas 11, 8. 5
bona temporum 9. 38. 2.
uiſu uſurpare 11. 2. 1
boni conſulere 8. 16. 1 et 12
boni conſulit, ut 5. 8. 5
bonorum / *honorum* } t. 9. 36. 1.

C.

Cacophaton non ſemper uitant auctores, 8. 7. 5 : 9. 21. 2 u. Erneſti de grata negligentia.
caccare conſilia 11. 42. 2
caecus auaritia 11. 20. 4
de caelo plurimum trahere 11. 6. 3
caeſim ferire 11. 36. 1
calcare mentem habendi 12. 2. 400
calcata regum capita ſuperuolans 10. 6. 2
calentes aquae Auguſtodun. 6. 22. 2
callo patientiae ſuſtinere 9. 13, 1
calumniari in ſanguinem 11. 29. 3
campos / *compos* } t. 9. 36. 1
campus, *acies, pugna*, 12. 3. 346. et 397.
candidatus 11. 12. 2
candor puriſſimae mentis 11. 19. 1
canere cui laudes 1. 1. 4 et 2. 1. 1
uirtutes cuius 3. 9. 1
capere, *uincere* 9. 9. 4
capitales inimici 10. 27. 2
captare auras plauſuum publicorum 11. 2. 3
locum, tempus 8. 15. 5
captus uirtutis 9. 23. 2
pro captu ſuo 3. 17. 5
cara, *facies*, 12. 2. 413
carbaſum leue 11. 33. 4
carne ferina diſtenti 8. 24. 2
carnifex ſibi conſcientia 11. 43. 4
ſub carnifice animas fundere 11. 28. 5
caſtigatione perſtringi 11. 45. 6
caſtrenſis cibus 10. 11. 4 : 11. 13. 3
cataphracti *milites* 9. 23. 4.
cauſſa rei, *res*, 12. 2. 228
cauſſas replicare 11. 3. 4
cautior et *cunctatior* turb. 9. 25. 3
cautum, *ſyngrapha* 12. 2. 389
celebrare natalem 1, 14, 3
celebratio artium optimarum, *ſtudium frequens* 3. 3. 2
celeberrima urbis 9. 35. 4
cenſuram a ſe incipere 11. 13. 2.
cerae funereae 12. 3. 39
ceras offerre 12. 2. 9.
cerimonias mentibus inceſtare 11. 29. 3.
certamen nauale 4. 8. 3
certo / *recto* } t. 10. 18. 6
ceſſare 8. 26, 3. et 8. 22. 2
ceſſare manu 9. 29. 3
charta, *cautum*, 12. 2. 363
cicatrices altae 11, 46, 3

circo / *idcirco* } t. 9. 35. 5.
circulos contrahere, *coetus*, 11. 39. 3. v. Ind. Boſ. in Nep. h. v.
circumciſus 8. 3. 4.
circumflexa te maieſtas 9. 16. 1
circumiecta flumina 2. 13. 4
cis, *intra* 10. 15. 1
ciuilium et *ciuium* turb. 9. 10. 2
clades ſexennii 3. 19. 2
cladis acceptae memoria 9. 17. 2
clangor ingentium lituorum 11. 33. 4
clari uatis matrona 11. 29. 1
claſſes Rheni 8. 3. 2
claſſis data uentis 11. 33. 4.
laudi, dandi, dixi, conf. 10. 17. 5.
claudicare (de fide) 9. 15. 5: (de felicitate) 9. 19. 2
clauſtra Iulia, *Alpes* 11. 30. 2
clauſtra, *uincula* 8. 11. 4
clauſtrum Italiae 9. 17. 3
clementiae morem gerere 11. 4. 3
clibanarii 9. 22. 4
clypei orbem attollere. 12. 2 137
coagmentata, u. *augmenta*.
cogitatio ſubit me 2. 12. 3
cogitationes praeteritas conſulere 11. 41. 2
collapſa reſpublica 11. 11. 5
collatiua uis 9. 18. 6
collegiorum ſigna 7. 8. 4
collegium caſtrenſe 11. 8. 3
poſtremorum uitiorum, 11. 31. 3
collocare filiam cui 5. 1. 4
in coloribus uiuere 11. 44. 5
colubrimodi capilli, 12. fr. 4.
columen et *culmen* 9. 25. 4.
comitata / *continuata* } t. 6. 8. 5. uid. Script. Hiſt. Aug. Salmaſ. 564 p. 1.
comitia centuriata 10. 19. 1.
comitialis lex 11. 7. 2
comitium orbis terrarum 11. 3. 6
ſacri pectoris 10. 15. 1
commendaſſe / *commodaſſe* } conf. 10. 1. 5.
commercia, *merces*. 12. 1. 111
comparcendo annonam laxare, 11, 32. 5
compendium caedis 8. 17. 1
itineris 4. 13. 3
orationis 1. 3. 1
compendio facere 1. 3. 1
compendia laudis uberrima 3. 12. 2
compendioſa uictoria 9. 18. 6
compeſcere latrocinia 8. 21. 3
competentius quid? 5. 7. 2
componere uultum 7. 9. 3
ad obſequium 9. 21. 3
conatus adiuuare 2. 3. 6
mouere 8. 23. 1.
conciliatrices pacis litterae 9. 24. 6.
concitu ſimili 2. 8. 3
condenſi numeris, 12. 3. 209
condere otium profundum 9. 35. 3
condita litteris monumenta 8. 24. 3
conditrix 3. 9. 5
conditur dies, *occidit* 4. 4. 3 et 9. 19. 1
confectio itineris 2. 8. 3
conferre curas doctarum noctium 11. 44. 4
conferre decus priſtinae maieſtatis ad ambitum miſe cordiae 9. 6. 2

conficere, *interficere* 4, 17, 1
bellum 4, 17, 4
uictoriam 5, 13, 4
confidentia 7, 8, 1
tenet quem 3, 2, 3
confirmatio ſubſidiorum atque ordinum 9, 28, 5
confragoſa uia 7, 7, 2
confuſa, *pudefacta* 9, 9, 5
confutare famam mendacii 11, 43, 4
congerendis } t. 9, 33, 4
congregandis }
coniectatio certa 11, 31, 4
non difficilis 11, 6, 1
coniectura meritum tenemus 9, 16, 1
coniugia pro coniugibus 4, 8, 4: 8. 4, 4
conqueſtio pia 2, 2, 4
conſcientiae debitum releuare, 8, 25, 4
conſciſcere ſibi interitum 11, 41, 3
conſcius caeleſtis arcani 11, 19, 2.
conſcius diuini animus 10, 14 7
occidui ſolis oceanus 1, 2, 1
orientis ſolis Indus 6, 9, 4
conſecrare uocem auribus 6, 23, 1
conſecrari oſculo 11, 20. 2
conſeſſus, *facultas et uenia ſedendi cum aliis* 7, 3, 2
conſiderarus, *prudens* 9, 25, 7
conſiſtere 9, 2, 3
conſors imperator 10, 3, 1
conſtanter, *fidenter* 10, 21, 5
conſtipatio contrahit 9, 28, 5
conſtiterunt et *conſtituerunt* miſc. 9, 2, 3
conſuetudo adulta 11, 13, 2
conſulere boni, *bonum iudicare*, 5, 8, 5: 8, 16, 1: 11, 22, 4
conſultor 11, 21, 2
conſurgere leuato onere 7, 11, 5
conſurgit ciuitas inſtauratione 4, 24, 2
contagio ignis 9, 21, 2
contagione mortali ſecreta 9, 16, 2
contagium timoris diſſipat, 9, 25, 4
uiſus mortalis refugere 9, 14, 2
contemplator acerrimus 9, 4, 5
contendere quos, *comparare* 11, 33, 3
contenta uenit oratio 9, 27, 1
contente uiuere 9, 15, 3: 11, 13, 3
contexta benignitas, *continua* 9, 35, 1
continuare urbem loco, *continuo itinere* 11, 39, 2
contumaces officio, *perſeuerantes* 2, 11, 2
contumelioſiſſimae uoces 9, 31, 5
contuſa barbaria 9, 37. 4
conuenire memoriam 11, 8, 2
conuentus iuuentutis, *ſchola*, 3, 6, 4
conuerrere undecunque 11 26, 4
conuertere ora in coeli plagam 11, 3, 2
copia pugnandi facta 9, 25, 6
cornua Rheni 3, 21, 1: 6, 13. 2
corpus ſine nomine 11, 45, 2
corrumpere impia taciturnitate 11, 2, 1
craſſiores aquae, *turbidiores* 9, 32, 9
criminari tempus 11, 35, 3
crotalis perſonare 11, 37, 3
in crucem tolli 11, 44, 1

crucis ſignum, 12. 2. 176
crudelitate immanis 11. 20. 4
cubile ſolis 11. 23. 1
cui, u. tuis.
culleo inſui 11. 44. 1
cum, ellipſ. 8. 3. 3
cum et *enim* miſc. 9. 3. 3
cum et *tum* miſc. 8. 9. 4
cum maxime 1. 2. 1: 9. 1. 2
cum aduerb. uicine repetitum 8. 18. 3
cumulatiſſimum munus eſt, *officio ſatisfaciens* 9. 29. 3
cunctabundus 6. 18. 3
cunctabunda uerba 10. 18. 6
cunctanter 6. 16. 1
cunctatior 2. 7. 7
cunei militum 4, 12. 1
mercenarii 4. 16. 2
cupidam et *cupiditatem* miſc. 9. 21. 3
cupitorum irritus 9. 2. 6
curae eſt cui, ut 3. 5. 2
curam adiicere 11. 13. 1
curriculum ſolis, *curſus* 1.6.2
uetus, *uitae genus*, *munus* 4, 1, 4
curriculo diuino aduolare 6. 7. 5
curſor praenuntius, 12.2.293
curſu continere, 11, 36. 1. *v. not.*
curſum commouere 10. 22. 4
cutem ſanitate ducere 11.3.5
cymbius, 12. 3.196

D.

ad damnationem uſque metus 11. 41. 4
dare, *facere* 10. 19. 3
dare auſpicium ſermonis 11 3. 1
lacrimas malis 11. 25. 5
terga uerberibus 11.30.5
decantatum ſcenis officium 11. 17. 1
deambulacra 10, 9. 4
debet, *debent*, *dent* 10. 19. 3
debitum perferre 7. 11. 4
conſcientiae releuare 8. 25. 4
deceſſor, *anteceſſor* 12. 3.130
decolorare candorem 10.5.3
decus eloquentiae uir 4.14.2
dedignatus ſe hominem confiteri 1. 10. 6 et 11. 22. 5
deferentur, perferentur 10. 21. 5
deflexiones cupiditatum 9.5.6
deformia ignaua mentis. 12. 3. 318
defringit amnis ripas 4. 6. 4
degere aetates 8. 26. 4
annum 9. 2. 2
Romae 4. 14. 1
deiectio imaginum 9, 12. 2
delicatior querela 11. 18. 3
delinimenta calamitatum lacrimae 11. 25. 5
dem, *deus* 9, 28. 1
denique, *adeo* 10. 18. 6
denſitas populi 8. 19. 1
depoſita naturae, *arcana* 11, 19. 2
depraedatio barbarica 10. 1.4
deprecari inuidiam rapinarum 11.27. 1
depulſio malorum 9. 8. 5
deſidiae, *plur.* 8. 16. 2
deſtina, 12. 1. 18
deueruſtare oris nitorem 10. 5. 3
deuinciri miraculo 9. 34. 4
deuius metu animus 9. 28. 1
deuouere cui, *dicare* 4. 19. 4
dextras emittere, remittere, 12. 24 314
dicatus cui dies 2. 2. 1
diducta acie 9. 24. 1. oppon. congregatis 9. 27. 4

dies auctus funalibus accensis 11. 37. 4
dies *longissimae* 6. 9. 3
dies natalis sui 8. 16. 2
dies et *sol* permut. 8. 22. 2
differre et *disiungere* misc. 10. 4. 1
difficultatis artem adhibere 11. 19. 1
dignatione audire quem, *actiue*, 2, 1, 2. add. 6. 23. 1
cumulare quem 3. 6. 2
solari quem 11. 20. 1
dignitas } 10. 2. 1
utilitas }
fine dilatione 4. 5. 4.
dilectum litterarum habere, *delectum quasi militum* 3. 5, 3
dilectus infamis 11. 14. 3
diluuio uelut superfundere barbaras nationes Rom. nomini 11. 3. 3
dimensum necessarium 11. 13. 2
dirae ultrices 11. 42. 3
diritas accusatoria 10. 4. 5
hilaris 10. 20. 2
discriminatrix maiestas 9, 7. 4.
dispares aetatibus 2. 7. 7
dispensare miracula 11. 47. 5
dispensatio largiendi 10. 22. 2
disponere cantus, 12. 2. 317
dispositor aulae. 12, 2. 284
disseparata temporibus 9, 2, 1 *legend. dissparata*, u. not.
diui } 9. 35. 3
diuini }
diuinior } 10. 27. 1
diuturnior }
diuinitas et *diuinitus* 9, 13. 5
diuinitas *principis* 4. 2. 1 : 4. 8. 4 : 13. 3 et 5. 3. 2
diuinitus extitit 11. 5. 8
diuinus, *excellens*, *thesaureus* 5. 6. 2. et 5
diuisorum } 10. 19. 1
diuersorum }
diuortium Rheni 4. 8. 1
diu parta uita 8. 13. 4
diurnus, *diuturnus*, *quotidianus*. 12. 2. 228. *not.*
domina et *diuina* misc. 8, 16, 2
dominatu saeuissimo liberari 2. 5. 3
dominus generis humani, *imperator* 3, 5. 2
terrarum hominumque, *imperat.* 11, 13. 3
dona } 7. 14. 3
uota }
donaria 2, 6. 1
donariis delubra honestare 6, 21, 7
dorsa Alpium 11. 45. 4
dubitare, *moras quaerere*, 8, 15, 4 : 10. 18. 3
ducere aetatem 10. 12. 2
pigmento 11, 45, 4
ductu et auspicio 4. 5. 4
duplicato pietatis officio 2, 11. 2
durator corporum 11. 33. 4
duratura progenies 4. 20. 1
duxit natura flumen sic, 1. 7. 3

E.

Eam, v. *iam*.
eat et *est* turb. 9, 2. 6
eat cursus imperii 9. 2. 6
eat nunc ostentatrix, *abeat*, 11. 17. 1
ebore reddi 11, 44. 5
efferatis iniuriis 5, 8. 3
efferri gaudio 2. 12. 1.
effrena gaudia 10, 29, 3
effrenis dolor 9. 24. 4
effundi portis 11. 37. 1
effundit se obuiam multitudo 7. 8. 1
effusa in publicum turba 11, 37. 4
effusiones ex oppidis, *occursus* 9. 32. 5
egerere metalla, *eruere*. 11. 28. 1

Eliſio neglecta, 12, 3, 238. *not.*
Ellipſis adu. *non* 3, 16, 2
etiam 10, 10, 1
modo 3, 19, 4: 10, 10, 1
coniunct. *ut* 9, 23, 4
ſi 10, 18, 2
pronom. 6, 11, 3: 8, 19, 3, 4
uerbi *ait* 10, 14, 6
uerbi communis 10, 22, 5
eludere } *elidere* } *illidere* } 9, 24, 1
eludere, *fallere*, *fugere*, 9, 14, 2
emendatior forma 9, 34, 1
emenſus, *paſſiue*, 6, 3, 3
emereri aliquem 10, 19, 4
emerita arma 11, 10, 2
emta ſuffragia 11, 12, 1
Enallage Mod. Imperat. Coniunct. 9, 12, 3
enatanda flumina 11, 39, 2
enim } *id eſt* } 16, 19, 2
epiſtolae, *plural.* pro *ſingul.* 10, 9, 4
ergo, u. igitur.
errorem cui facere 1, 5, 3
errores uiae implicare 11, 38, 1
in erudiendo *paſſiu.* 9, 4, 5
erutae domus 10, 13, 2
eſt, u. eat.
et atque *etiam* turb. 9, 16, 2: 9, 14, 3: 9, 33, 6: 10, 12, 1: 10, 13, 2
et ac *ſed* turb. 6, 6, 3: 7, 10, 4: 8, 6, 2: 8, 15, 5: 8, 20, 4: 8, 22, 2: 9, 25, 4 et 7: 10, 13, 3. u. Heuſing. Ind. II, in Nepot. Heinſ. ad Ouid. Met. 6, 374
et atque *ut* miſc. 8, 23, 3: 9, 37, 4: 9, 38, 6
et } *ita* } *ut* } 9, 33, 3
et, uid. eat.
etiam et *omne* miſc. 8, 2, 4
euoluere patrimoniis 11, 29, 3
ſummam, *explicare* 9, 19, 1
ex, *ob* 9, 2, 9
ex illo, *ſc. tempore* 9, 35, 1
exacto quinquennio 2, 1, 3
exambibant 10, 19, 4
exantlandum opus 9, 23, 2
excolere agrum 10, 23, 2
excubias agere 8, 21, 3: 11, 10, 3
excubiis publici amoris tutus 11, 47, 4
exedere urbem 9, 27, 5
exemplum habetis 8, 23, 1
exercitatio iuuentutis inſtituendae 4, 1, 2
exercitia litterarum 3, 19, 4
exhalatae aedes 8, 16, 5
exierunt et *extiterunt* turb. 9 13, 1
exiſtimare, *iudicare*, *cenſuram facere* 9, 5, 1: 11, 27, 3
exitiabiles rapinae 10, 1, 4
exonerandi, *gerund.* 7, 12, 2. *uid. Not.*
exonerare uerecundiam 11, 17, 3
expeditiones *militares* 2, 4, 1
expeditiones Sarmaticae 4, 5, 1
diuinae 4, 8, 1
experiri armis 9, 24, 6
loquendo 11, 2, 4
explere, *ſatisfacere* 9, 32, 6
explere oculos 11, 21, 5
exſecutio uindictae, 6, 19, 6
exſequi agricolam 11, 9, 4
exſe[illegible]ale carmen 11, 37, 3
exſertiorem operam nauare 11, 35, 1
exſtructio domorum 4, 21, 2.

extrinſecus accedere 8, 26, 1

F.

Fabrica, *pegma*, 12, 4, 12
fabricator rerum 11, 4, 2
facies mundi transit, 12, 2, 268
facilis adiri 11, 21, 2
facultas, v. uacuitas, ingenita 11, 1. 3
facundiſſimi oratores 11, 4, 5
facta et *fata* turb. 2, 3, 5
fama diffundit laetitiam 9, 32, 4
famam augere 11, 9, 3
fames habendi 11, 25, 6
fas, *poſſibile*, 12. fr. 39
faſtidia / *faſtigia* } 10, 30, 3
in faſtigio rerum humanarum ſtare 1, 3, 3
faſtus, i, *ſing.* 12, 4, 137
fata nutantia 11, 3, 6
fata omnium pendent ex uita principis 8, 9, 6
cum fatis paciſci 11, 41, 4
fauens, *plaudens etc.* 12, 4, 63
fauere artificibus 8, 19, 7. ſibi 9, 37, 3
fauor, *plauſus* 9, 30, 4
fauor, u. *amor*.
Fauonii 4, 3, 1
fauſta / *fruſta* / *fruſtra* } 10, 29, 4
fecerunt triumphare 2, 7, 1
feciale ius uiolare 11, 30, 1
fecunda malis natio 9, 17, 2
felicium pedilequa ſuperbia 11, 20, 3
feminea mors, *laqueo* 11, 28, 4
feralis dominatio 9, 33, 6
fercula triumphi 11, 47, 3
fere et *ferre* miſc. 8, 19, 5
feriatum ferrum 11, 40, 1
feritas Francorum 3, 18, 3
feritatem ponere 6, 5, 3
ferre oculis 5, 8, 7 : 8, 19, 5 oculorum coniectum 11, 31, 1
ferus / *ſecus* } 9, 29, 5
ferus inſultans, *equus* 9, 29, 5
feſſae res 11, 3, 5
feſti dies 1, 1, 1
feſtis er *feſtiuis* turb. 9, 30, 4
feſtus occurſus 11, 37, 4
fidelior et *felicior* turb. 9, 25, 3
ad fidem oculorum patere 9, 16, 1
fides claudicat 9, 15, 5 facti laborat, 11, 33, 1 ſtat 9, 15, 7
fiduciam et ſpiritum capere 9, 15, 5
fiducia in pedes uerſa 11, 39, 1
fiducia manuum ad pedes migrat 9, 28, 2
fiduciam ſui gerere 2, 1, 2
figurare ſermonem 9, 30, 3
finit ſine fine dies, 12, 4, 96
firmitas murorum 4, 6, 4
fiſtulae euomunt aquas 9, 32, 9
flagrare 7, 14, 4
flagrare amore cuius 3, 16, 5
flagrare uerendum neſcio quid 9, 14, 3
flagrantiſſimae cupiditates 9, 9, 3
flagrantiſſimum ſtudium 9, 2, 7
flagrantiora deſideria 9, 12, 5
flatus in melius mutati 11, 7, 4
florent eloquentiae ſtudia 3, 5, 2
flos alieni temporis 11, 13, 4
fluctiuagum pelagus, 12, 2, 328
fluentes ac delicati 11, 14, 1
fluuius impatiens nauium 1, 12, 6 ſpumat 11, 34, 4

foedatur imbre dies 1. 12, 4
foedus abrumpere 11, 30, 1
foret
fieret } 10, 25, 2.
fuerit
formare animum maritalem 5, 4, 1
formidoloſus *paſſ.* et *act.* 9, 22, 4
formula cenſus communi teneri, *tributarium eſſe* 7,5,5
fors me intulit ad 9, 27, 1
fortuitae uites 10, 23, 1
fortuitum poculum 10, 11,4
fortuna diſcendi 9, 4, 2
parturit motus 11, 23,4
ſequitur conſilium 8, 22, 6
fortunae uultus 11, 25, 2
fortunatiſſimi imperatores 2, 18, 1
fractae tubarum uoces 11, 33, 4
fractis rebus 8, 15, 6
fragmenta bonorum 11, 26,5
frangendis uitiis leges 9,38,4
fraternitas Romana 7, 3, 2
fraternitatis ſimilitudo 2,7,6
fratrem
fratrum } 10, 27, 5
fatum
fraudes locorum 4, 8, 4
frena damnatorum 11,29,3
frena laxare flagitiis 10,5,2
freta
referta } 9, 25, 3
refecta
frequentia exercendi ſtudii 3, 17, 3
honeſtiſſimae iuuentutis 3, 5, 1
frontium ſpeculum 11, 37,2
fructus, *fruges* 10, 22, 3
fructus, *fruitio* 9, 32, 4
fruetu frui 8, 7, 5
fruges, *fetus arborei*, 12,3,65
fucata adulantium uenena 10, 21, 3
fugitiua ſucceſſuum repentinorum uoluptas 11,19,3
fulmen uirtutis 11, 21, 1
fulmineus miles 9, 7, 4
funalibus auctus dies 11,47,4
fundere, *excutere* 9, 24, 4
animas 11, 28, 5
pecuniam, preces, 10, 18, 5
poſtremum ſpiritum 11, 36, 2
funditus conuelli 8, 9, 5
funebris homo 11, 43, 4
furor ſciſſus in partes 11,46,3
furtiuus dolor 11,25,2

G.

Gaudium fingit timor 11,37,2
gaudium repens immoderatum 9, 32, 8. cf. 7, 8, 3
gaudentium ſtudia 5, 1, 3
gelu duratus Rhenus 6,6,4
geminus mundus, 12, 1, 111
gemmae capaces 11, 14. 1
genethliacus ſermo 2, 1, 2.
gerenda geſtis colligere 11, 31, 4
gerendis } 9, 38, 4
regendis
gerere, *habere* 9. 38, 5
gerere honorem 3, 6, 3
pugnam 9, 30, 2
germen tumens erupturae uirtutis 9, 3, 4
gerundia paſſ. 7, 12, 2. 9,4, 5. et c. 15, 4
cum genit. pro accuſat. 12, 2 180. ſq.
geſtare et *geſtire* permut. 8, 19, 5
gladiatoria deſperatio 11, 35, 5
glareae fluminum 11, 28, 2
glomerari per abrupta 11,34,3

glo-

gloriae triumphales 9, 36, 3
gloriarum gradus 8, 25, 1
templa 3, 6, 4
glorioſa, u. *laborioſa*.
glorioſam fidem praeſtare 11, 12, 3
gradum ſecundum confeſſionis debere 10, 17, 3
gradum ex nequitia proferre 9, 10, 3
uſquam efferre 9, 16, 5
gradus, *militis oppugnantis* 9, 28, 3
gradus u. amor.
grandaeuum imperium 10, 14, 4
grandifera indoles 9, 3, 4
graſſantibus morbis 2. 15. 3
grates et laudes 2. 10. 5
gratia fraudare aliquem 9. 32. 3
gratias agere pietati cuius 7. 7. 4
gratificari, *in malam partem* 10. 13. 3
grauate apud animum tuum, *inuito te* 9. 8. 1

H.

Habere *de opibus* 9. 38. 5
habere uerba 8. 20. 2
habuit / *haurit* 9. 36. 1
habitaculum fingere 11. 6. 3
habitator 8. 16. 5
habitus / *aditus* 10. 26. 4
hactenus, ut 4. 9. 6
haurire auribus 11. 29. 3.
luminibus 11. 29. 3
per oculos innocentiam 11. 45. 1
fructum 9. 36. 1
hereditaria orandi facultas 11. 1. 3.
hi et *ii* miſc. 9. 17. 1
hiberna praebere 7. 3. 3
hominem ſe confiteri non dignatus 1. 10. 6
hominum et *omnium* miſc. 9. 2. 7. et c. 16. 2
honeſta foedare 11, 12, 4
honorem onere penſare 10, 1, 4
honorum, uid. bonorum, it. annorum,
honorum nomen, 12, 3, 127
honos et *anus* turb. 9, 6, 4
hora ultima ſupra caput ſtat 11, 41, 3
horrea rumpit meſſis 2, 15, 4
horribilis et *terribilis* miſc. 9, 14, 3
hortator atque impulſor 4, 14, 8
hoſpitaliter 7, 3, 3
hoſpitas urbes populare 10, 8, 3
hoſpitium metari 11, 6, 3
humiles animae 2, 6, 4
humilitas locorum 7, 6, 5
humilitatem imputare 11, 17, 3
humus / *imus* 10, 23, 5
hypallage, 9, 1, 3

I.

Iacens animus 3, 15, 1
uirtus 11, 17, 5.
iacentem ciuitatem erigere 7, 4, 4
iacet res publica aegra 11, 3, 3
iactatio togarum 10, 29, 2
iam et *eam* turb. 9, 16, 5
ianua belli 9, 17, 3
praedicationis 9, 6, 1
ibi et *illi* turb. 9, 14, 2
id et *illud* miſc. 8, 12, 3: 8, 16, 1: 8, 18, 3: 9, 2, 6: 10, 9, 1, et c. 12, 1: 10, 27, 4

id eſt } *enim* } 10, 19, 2
idemtidem 3, 16, 5
ieiuna mens 11, 25, 7
ieſunia longa ſolari 11, 13, 3
igitur et *ergo* turb. 9, 15, 3
ii, iiſd hi.
ille ipſe, 11, 32, 1, et c. 34, 4. c. 20, 4
illecebris moueri et duci 3, 15, 5
illibata ſpes 9. 38, 1
illigare annalium monumentis 10, 24, 3
ſedibus mentis 10, 24, 3
illigari et *alligari* turb. 9, 15, 5: 10, 24, 3
illuſtrare *pro luſtrare, inuiſere* 6, 22, 6
imbuere legibus ad quid 2, 7, 4
imbuere ſe obſeruationibus uerecundiae 5, 4, 1
belli primitias 11, 34, 1
imbuta aquis terra 4, 8, 1
imbutus exemplo 9, 23, 3
cd. imitandum proponere 1, 14, 2
immicare 9, 16, 6
immunis uulnerum 9, 23, 4
immurmurat pulſus undarum 5, 12, 8
impartire imperium cui 1, 3, 3
liberalitatem cui 3, 19, 1
impartit Deus commoda, 9, 7, 3
impendere ſtudium litteris 3, 13, 2
impenſe amare 9, 6, 2
prodeſſe 11, 15, 1
imperator et *nuper* turb. 8, 24, 2, et c. 25, 4
imperatoria domus 6, 2, 4
impertire aures 10, 21, 3
impiare oculos 11, 43, 4
implicato conſilio 9, 28, 1
implicari difficultatibus 2, 13, 3.
imponere neceſſitatem 4, 17, 2: 11, 30, 2.
contumeliam 9, 12, 2
improbe, i. e. *immodeſte* concupiſcere 2, 1, 2
impulſor et hortator 4, 14, 3
impune, *actiue, ſine damno illato* 4, 18, 3
imus } *humus* } 10, 23, 5
in quo, *dum*, 9, 12, 3.
incendium continentis 11, 23, 3
incentiuum tibiae 8, 1, 4
incitatrix licentiae 9, 34, 1
inclementia locorum 2, 9, 2
inclementius facere in aliquem 11, 22, 4
inclinatio fortunae 8, 6, 2
incognita ferri et corporum robora 9, 7, 4
incolere Danubium 10, 7, 3
incomitatus 2, 9, 5
inconcreta ſubſtantia § *ſpiritus* 9, 14, 2.
incrementum laudis eſt cui 9, 18, 5
incruenta victoria 9, 7, 1
incultus horror 11, 1, 3
incumbere dolori 8, 13, 3
incunctanter 11, 12, 3
indices uultus 9, 13, 1
indemnatos necare 11, 12, 4
indigena primae lucis 11, 23, 1
indulgenter habere quem 11, 8, 2
indulgentiae 7, 12, 6
indulgentiſſimus princeps 9, 26, 5
indulgere munus commilitonum, 11, 32, 3
inexplicabiles irae 6, 10, 2.

infamia mortis femineae 11, 28, 4
infantulus 9, 16, 6.
infatigabilis manus 2, 3, 4
motus 2, 2, 4
consuetudo 2, 3, 9
infectio fortunae, (*de la Baune mauult* confectio) 4, 18, 6
inferiores inferi 10, 13, 3
inferni ignes 11, 42, 3
inferre alicuem ad commemorationem urbis 9, 27, 1
inferre curas 11, 6, 3
infestas habere armis oras, i. e. *infestare* 9, 17, 1
infinitiui cum ellipsi 8, 2, 3
pro gerundio in *di* 9, 30, 2.
infirmius ueritate 9, 15, 7.
infitiator 11, 41, 1
infixum pectoribus 9, 12, 4
inflammatrices causſae 10, 3, 3
infra exſpectationem dicere 6, 23, 2
iracundiae dignitatem 11, 23, 3.
infulae laudum refulgent in quo 9, 32, 2
ingenia terrarum 10, 1, 1
ingenium naturae 11, 4, 3
ingens et *uigens* confuſa 8, 22, 1
ingentior 9, 1, 3
ingenui fontes, 7, 10, 2
ingerere in quem 10, 22, 5
inimicus, *noxius* 11, 9, 1
iniungere ſenſibus patientiam 7, 5, 3: 11, 24, 3
aliqua laborum 11, 9, 4
inlaborata naſcuntur 10, 23, 2
innouat artus phoenix 12, 1, 348
inoleſcere 9, 4, 4
inoleuit cultus parſimoniae 11, 14, 4
inquam / *unquam* 10, 27, 1.
inſederat peſtis terras 11, 24, 4.
inſidiantis otii rubigo 11, 9, 4
inſigne adoptiuum 11, 5, 4
inſimulator 11, 43, 4
inſtaurare clades, *duplicare* 2. 16. 1
inſtauratio templorum 4, 21, 2
inſtinctu diuino 9, 17, 1
inſtituere 9, 36, 5. u. Not.
inſtitutor 11, 8, 5
inſtrumenta clarorum modulorum 7, 8, 4
inſulani 11, 23, 3
inſultauit elemento, *mori* 4, 7, 2.
de integro conditae ciuitates 9, 38, 4
intendere fulmen maieſtatis 4, 13, 1
intentus bonis Orientis 11, 30, 1
rebus priuatis 2, 13, 3
intercapedo temporis 8, 21, 5
interceptae / *interreptae* / *interſeptae* 9, 32, 9.
interim / *iterum* 9, 36, 1.
interiora imperii 2, 14, 1
internecina praelia 2, 17, 4
internecione caeſi 1, 5, 3
interpretari obſequio impudentiam 11, 2, 2
interualla carminum 3, 15, 2
intimi affectus mentis 11, 37, 2.
intra / *in ira* / *in tam* 10, 1, 1
intractabile gelu iter 9, 36, 5
intremuerit, *inuenit*, *tremuerit* turb. 9, 19, 2

intrinſecus latent 9, 5, 3
inuadere in publicos proditores 11, 34, 1
inuentor ſerendi 10, 8, 2
inuentrices artium Athenae 10, 9, 3
inuictiſſimi principes 6, 1, 4
inuictus et *inuitus* turb. 9, 7, 4
ſine inuidia dixerim, 3, 6, 3
inuolucra infantiae 9, 3, 6
ioca, ſeria communicare 2, 12, 3
ipſam } 10, 17, 2
uſque }
ire in litteras 11, 33, 1
uiam laudis 9, 5, 5.
irritus cupitorum 9, 2, 6
irrito odu. 7, 11, 4.
ita }
et } 9, 33, 3
ut }
ita deeſt, 10, 19, 4
ita et *itaque* turb. 9, 5, 9
iubere, *c. dat.* 12, 2, 2
iudicabitur }
indicabitur } 10, 21, 1
uocabitur }
iudicia et *indicia* turb. 9, 1, 2
iuga Alpium 2, 2, 4.
iuga montium petere e plano 6, 3, 4
iugera artata pomoerio 11, 9, 7
iugis agitatio 11, 10, 1
iugiter imperare 5, 11, 8
iugiter manare 2, 15, 3
iugum palatinum, *mons* 1, 2, 1
iuſtitiam facere, 12, 2, 345
iuſtitium luſtrale 11, 24, 2
iuuentutis conuentus, *ſchola* 3, 6, 4

K.

Kalendaria 7, 4, 4. *uid. tit. Cod. Theod. de curatoribus Kalendarii.*
Kalendarum dona 12, 2, 354. et 12, 4, 103

L.

labes temporum, *calamitas* 1, 4, 2
de Maxentio, 9, 33, 7
laborioſa et *glorioſa* miſc. 9, 36, 5.
laborioſa uoluntas 9, 36, 5.
laborioſiſſima negotiorum 10, 12, 3.
lancem pollice pulſare 12, 2, 396.
laniſta furioſi gladiatoris 11, 45, 5
lapſus fluminis 1, 7, 7
laquearia auro tecta 10, 11, 4
lares paterni 6, 4, 1
largitio ſacra, *principis* 9, 11, 1
laſciuit oratio 9. 30. 4
laſſa iam ſpe, 9. 25. 7
late et *laxe* turb. 9. 22. 3
latet *cum accuſ.* 7. 8. 5
laticum concreta, *glacies*, 12. 3. 287
latrocinium ciuile 11. 30. 2
lauacrum, *balineum* 7. 4. 4
laudatio, *laus* 9, 34. 2
laude dotare 11. 8. 5
laudem dare cui 9. 6. 5
laudes canere cui 1. 1. 4 et 2. 1. 1
laudes gratesque cantare 2. 10. 5
laxare annonam 4. 19. 3: 11. 32. 5.
laxata frons 11. 36. 1
legitimae uoluptates 10. 13. 3
leuare onus 7. 11. 5
ſtatus 10. 7. 3
librare, *niveler* 12. 4. 220
librata ſidera 12. 3. 183 ſq.
libratur impetu oceanus 4. 6. 4

liburnae *naues* 1, 12, 6
liburnae et lembi 10, 8, 3
licentia uictoriae 8, 20, 4
licet, *sequente ut* 6, 20, 3: 11, 20, 5
sequente indicat. 12, 1, 85
lictorum arma 11, 29, 3
limen belli *urbs* 11, 37, 2
limes et *miles* turb. 2, 3, 9.
in limite, *principio*, 1, 2, 4
lineae ductae superioribus annis 9, 4, 1
lingua mendacii rea 11, 44, 1
litera quae signo stabili non flectitur 12, 2, 140
litura uultus 9, 12, 2
liuore contendere 1, 13, 2
locati ripae, i. e. *in ripa* 9, 28, 4
locorum fructus 11, 14, 4
loqui, *narrare* 9, 11, 5
ad aurium gratiam 11, 23, 1
lubrica fides 5, 4, 3
lubrica gens, *dubiae fidei* 8, 22, 3
lubricum adolescentiae 11, 7, 3
luce priuari, *occidi* 6. 10. 7
lucellorum / *luculorum* / *loculorum* 10, 19, 1
lucerna de more posita. 12. 2. 294
lucet testificatio terroris in exsultatione 9, 32, 5
lucis unius spatio, *diei* 11, 39, 2
lucrari poenas 11, 30, 2
lüdere sub nomine pacis 11, 30, 2
ludificandus 9, 24, 2
luere culpam capitis 11, 45, 6
poenas dementiae 8, 5, 6
lumen, u. numen.
lumina senatus 2, 12, 2
lustris omnibus 2, 1, 3
luxuria uertit annum 11, 14, 1

M.

in maciem decoqui 10, 22, 3
magis, ἀλλείπει, 9, 9, 3. pro *potius*, 12, 4, 268
magnitudo ingentior 9, 1, 3
maiestas tua, *de imperatore*, 4, 1, 1 et 6, et 4, 5, 3 et 6. 1, 1
maiestas urbis aeterna 8, 3, 7, et 16, 2
maiestatis particeps Deus 11, 18, 1
in manicas gladius mutatus 8, 13, 5
manifeste *adu.* 4. 8. 2
mansiones 6. 16. 1
manubiae, fulmina 8, 13. 2 n.
manus et *poenas* turb. 9. 7. 1
maritalis animus 5. 4. 1
materia uincendi deest 5. 4. 4
maturior cursus 9. 5. 7
maturitas pereundi 9. 28. 1
maximus (*natu*) 9. 36. 3
me, *a me*, *inde*, turb. 10. 18. 3
a media ipe relabi 11. 11. 3
mediocritas mea 6. 1. 1
mediterraneus sinus, *mare* 2. 16. 5: 4. 17. 4: 6. 19. 1
melior, κρείττων, 12. 3. 186. sui 12, 4, 130.
mens diuina 3. 10. 1: 8. 2. 5. et c. 16. 2
nubila 11. 25. 4.
habendi, 12. 2. 400
mensulae seruiles 11. 31. 1
mensum pro *mensium*. 12. 4. 94
me quid fieret 10. 18. 3
merces / *mores* 10. 4. 5

merear
meruendum } 10. 31. 5
meruerim
mercede, *pro merc.* 12. 1. 87
mercere, *consequi* 6. 3. 1. 11. 21. 2
merita, *bene et male facta* 9. 7. 4
merita, *malefacta* 9. 25. 7
meritum, *beneficium* 7. 10. 4
merſantur greges 6. 11. 5
metalla radiantium gemmarum 11. 4. 4
metallum uitreum 12. 1. 99
meriri auſpicium pro conſummatione 8. 7. 6
metoeci, *coloni* 7. 4. 4
metus, u. *nutus*.
miles, u. *limes*.
militare alicui 9. 14, 5
militiam imputare 11, 39. 4
minimum } 10. 4. 3
nimium
miniſtri aulae 10. 20. 4
minuens Luna, 12. fr. 31
miracula attribuere gentibus 11. 4. 4
mirandum in modum 9. 38. 4
mirmillonum agmen 11. 23. 2
miſerae } 9. 25, 2
rigidae
miſeratio, *miſericordia* 9, 26. 3. et c. 28. 3
miſereri. *c. dat.* 12. 1. 174
miſericordia et *mininna*, item *mira* turbantur 7. 9. 5. 9. 3. 3. 9. 6. 2.
modi indicat. et coniunct. enallage 8. 4. 2. it. *infinitiui et indicatiui* 8. 7. 6. et c. 19. 2
modis et uotis turb. 9. 37. 5
modulus 7. 8. 4: 8. 1. 4
modum ſupergreſſus 9. 16. 2
modus, *finis* 9. 35. 1
molem ſubire 11. 3. 6
moleſtia aurium luere culpam capitis 11. 45. 6
molitio ſceleris 9. 7. 4
momenta ponderum 11. 86. 1
monſtrum, v. portentum.
mora ſpectaculorum 8. 19. 7
ſupra moras adquirendae gloriae poſitus 6. 3. 3
mors uadata 11. 17. 1
deuotionis 8. 3. 6
mors, *cadauer*, 12. 1. 238
mortes, *plural.* 11. 29. 1. etc. 30. 5
mortiferi mucrones 8. 12. 4
mos uixit illi ſeculo 11. 5. 4
mouere conatus 8. 23. 1.
moueri ac duci illecebris 3. 15. 5.
multa laetitiae magnitudo foris prominet 9. 1. 3
multata libertas 11. 45, 6
multiiuga uictoria 4. 17. 2
multiplicare arte terrorem 11. 40. 2
multiplicatus terror 11. 32. 3
munerare et *numerare* turb. 9. 20. 3
munia et *munera* turb. 9. 19. 4
municipalis purpura 11. 37, 4
munita coniugia *legibus* 9. 38. 6
munitiſſimus murus 8. 5. 4
munitor fluuius 8. 18. 1
muro amoris obſeptus 10. 24. 4
murus, *munitus locus* 8. 5. 4
muſſare tacite 8. 2. 4
muſſitare 11. 43. 6
mutans (pro *mutare*) uidetur. 12. 1. 186
myſterium, (ſecunda breui) 12. 2. 113

N.

Naeniae funebres 11. 37. 3
naſcentis imperii dies 11. 15. 2
mundi origo 4. 2. 2
natabile numquam robur. 12. 4. 43
natalem celebrare 1. 14. 3
natalis imperii 4. 2. 2

naturalia depoſita 11. 19. 2
nauigera flumina 7. 7. 2
nauticum carmen 1. 12. 7
necdum
nedum, *i. e. non ſolum* } 10. 23. 4
neceſſitas impoſita eſt 4. 17. 2
neceſſitudinum uocabula 7. 3. 1
neceſſitudo, *adfinitas* 5. 12. 7
neceſſitudo rei, *neceſſitas*, 4. 7. 3. et *plur.* 4. 8. 4.
neclegere pro negligere 9. 15. 2
negatio geminata negans 9. 25. 7
netum
nexum } aurum. 12. 1. 278
neutrum ſubſtantiu. 8. 24. 1: 9. 1. 2: 10. 10. 1: 10. 12. 1 et 3 et c. 13. 3, c. 17. 1.
nexu ferreo teneri, *catenis* 9. 41. 3
nimbi ſagittarum 11. 35. 4
nimium
minimum } 10. 4. 3
niſi quod 9. 4. 4
niſi ſi 1. 12. 2
niteretur et *teneretur* miſc. 9. 29. 6
nobiles curae 11. 6. 3
nobiliſſimi caeſares 9. 36. 1 et c. 38. 2 et 9. 3. 4
noceri, *laedi*, 12. 3. 291
nocte multa, *prouecta* 9. 26. 4
noctium doctarum curae, 11. 44. 4
noctiuagi ignes, 12. fr. 32
nomina regionum, fluuiorum, montium, 10. 6. 2:
nomina ueterum, *poſteri* 10. 19. 4
noſtra et *ueſtra* turb. 9. 17. 2
notabilis, *nota et reprehenſione dignus* 10. 22. 5
nouallbus ceſſat terra 8. 22. 2
noualis aeſtas 10. 22. 1
nouatis moenibus 10. 9. 4
nudare conſilium 11. 43. 5
nugae, *homines nihili* 10. 25. 3
numen et *lumen* turb. 9. 7. 3
numen *principis* 1. 3. 1 et 1. 14. 4 et 2. 1. 2 et 4. 19. 1 et 6. 1. 4
nuper, u. *imperator.*
ad nutum 9. 35. 3: 5. 12. 8: 10. 30. 2
nutus Iouis 1. 7. 5
nutus et *metus* turb. 8. 2. 2.

O.

obducere obliuione gratiam uel obliuionem gratiae 9. 35. 1
obdurata patientia 9. 13. 1
obliquum captare, *lauieren*, 4. 14. 3
oblitterata praeterita 8. 22. 2
obliuio inſidiatur 11. 18. 2
obſequia occurrunt 6. 15. 1
colunt quem 6. 15. 6
obſequia tarda 7. 7. 3
obſequio interpretari inpudentiam 11. 22. 4
obſes magnitudinis 9. 16. 5
obſidere urbem; uias et ſaltus, 8. 14. 5: 11. 26. 3
obſidionem ſoluere 4. 7. 3
obſolefactus 9. 3. 2
obterere terrorem 9. 31. 5
obtinere, *conſeruare* 9. 38. 5
obtutibus uultus inſinuat 11. 6. 2
obuium eſt ſcire 11. 6. 1
obuius miniſter 10. 11. 4
in oculis et oſculis eſſe 11. 29. 4
oculis ferre quem 8. 19. 5
ſequi quem 8. 19. 3. et 1. 5. 3
occupari actionibus 2. 3. 3
octogenario maior 3. 17. 4
oderint, dum metuant 6. 10. 4
odium boni exempli 11. 28. 1

offi-

officia palatii 6. 23. 1
obliuitas hiemis 10. 22. 1
ominibus terribilibus agitatus 8. 16. 5
omne, u. *etiam*, 9. 21. 2
onerare factum 11. 24. 1
onus, u. *honos*.
operimento ferri obsepti, *clibanarii*. 9. 22. 4
operosior clementia 9. 21. 2
operta mentium 9. 1. 2: 10. 17. 1
opinionum falsarum licentiam submouere 10. 4. 5
oppetere interitum 11. 43. 1
opportunitas tempestatum 1. 12. 8
oppressor 9. 31. 5
optata uotorum 9. 2. 5
orandi hereditaria facultas 11. 1. 3
in orbem redire 9. 35. 1
in ore urbis, *prblico conspectu* 3. 9. 1
ornamenta / *erudimenta* } 10. 20. 2
ornatrix pudoris 9. 34. 1
ortus, *natalis* 4. 2. 3. et c. 3. 1
ortus sublimitate fultus 6. 3. 4
os Istri 6, 2. 2
in osculis terram premere 11. 36. 3
ostentatio speciosa 9. 5. 3
ostentatrix sui uetustas 11. 17. 1
ostiatim obire aedes 10. 21. 4
otiosum ferrum 11. 40, 1.
otium profundum condere 9. 35. 3
Oxymoron, 12. 4. 96

P.

Pacator terrarum 1, 11, 6
paces, *plur.* 5, 14, 1
pacificandi uoluntas 9, 12, 1
pacifici imperium uita 11, 12, 2
palatinum sacrarium 6, 16, 1
palatinus honor 3, 15, 4
palustris terra 4, 8, 2
non par oculis ad intuendum 2, 11, 5
paratus rerum 10, 10, 1
parcere manui 9, 37, 4
parebat / *patebat* } 10, 15, 4
parens, *agnatus* 7, 2, 5
parentes urbis, *conditores*, 1, 2, 1
paria facere 9, 13, 3
pari sorte diuidere 11, 22, 1
parricida urbis 8, 18, 1
parricidae publici 11, 12, 2
parta uita, *educata* 8, 13, 4
partu et *pastu* turb. 9, 21, 2
pastionum numero laeta terra 4, 11, 1
patere ad fidem oculorum 9, 16, 1
pati difficultatem 11, 5, 1
patiens *cum infin. pass.* 9, 14, 2: 11, 21, 2
patientia obdurata 9, 13, 1
patientiae exemplis abundans 11, 13, 4
patientissimae aures 9, 34, 4
pecuniosior 10, 20, 3
peiores / *priores* } 10, 19, 2.
sub pellibus hiemare 11, 8, 3
pendente manu tractare 11, 3b, 5
pendere poenas 9, 25, 6.
pender fatum hostrum ex quo 8, 9, 6
penetrare arcem, 12, 4, 342
pensare uita longiore 11, 7, 6
pensitatio 7, 12, 4
per se / *Persae* } 9, 38, 3
peracta statione 4, 7, 3
peragere diritatem accusatoriam 9, 35, 3

percepta et *praecepta* turb. 9, 20, 3
perceptio fructuum 9, 3, 4
percucurrit impetus 9, 17, 3
perfecta et *perſpecta* miſc. 9, 21, 2
perfectiſſime uir 3, 1, 1 et 3, 3, 1. n.
perferre debitum 7, 11, 4
perfertur / *praefertur* 10, 15, 5
pergere, *adgredi* 10, 3, 1
pergula quid? 11, 16, 1. n.
perhibere et *prohibere* confund. 9, 5, 3.
perire et *praeire* turb. 8, 23, 4
perlegere, v. *praelegere*.
permixte fieri 9, 4, 3
permotio ad 3, 15, 2
peruaſerat / perſuaſerat 9, 32, 3
picturatae cruſtae 10, 11, 4
pietas, *clementia*, *miſericordia etc.* 8, 26, 3: 9, 21, 1, et c. 26, 3
pignerare, *adſerere* 9, 35, 2
pinnis et *prius* turb. 6, 8, 5
piratica deſperatio 4, 18, 3
factio 4, 6, 1
pius, ἀκακρίτης, 12, 3, 61
placatum uulnus 11, 3, 4
plaga caeli 11, 3, 2
extrema ſeptemtrionis 2, 16, 4
ſeptemtrionalis 4, 4, 3
planatur pelagus, 12, 2, 329
plauſus cauì, 12, 2, 360
plauſuum aurae publicorum 11, 2, 3
plena quinquennalia 7, 13, 2
plenus dierum, 12, 1, 143
plures / *putes* 10, 16, 2
plus lucidior, 12, 4, 129. ſq.
poenas expetere cuius 9, 7, 1. u. *manus*.
poenitendi, *gerund.* 6, 20. 2. 8, 11, 1
pollice pulſare lancem, 12, 2, 396
populant 10, 8, 3
popularitas caduca 6, 16, 5
uentoſa 11, 2, 3
porrectior acies 9, 28, 5
portentum 8, 14, 2. *monſtrum* 8, 3, 5. *prodigium* 8, 7, 1, et 17, 2
in poſterum *ſc. tempus*, 10, 18, 3
poſtliminio reddi 11, 2, 4
reducere 10, 23. 4
reſtituì 4, 21, 1
potens, *ſc. uoti* 9, 32, 8
potitum, *paſſ.* 12, 1, 2
potius et *potueris* turb. 9, 27, 6
praebere hiberna 7, 3, 3
praeceptus / *praereptus* / *praeceps* 10, 28, 3
praecidere fugam 9, 28, 3
praecipitante die 9, 25, 7
praecurſor flos bonae indolis 9. 3. 4.
praedeſtinare gaudia 5, 7, 1
praeire u. *perire*.
praelegere et perlegere turb. 9, 1, 2
praenuntius curſor, 12, 2, 293
praerogatiua domus imperatoriae 6, 2, 4
praeſaga mente 5, 4, 1
praeſentes / *ponentes* 19. 13. 3
praeſolidum gelu. 12. 3. 292
praeſtare ſe imperio 11. 13. 1
deo promerendo 9. 16. 2
praeſtricta acie, *uiſu* 9. 5. 1
praeſumere mente 5. 7. 1
praeſumtio 9. 2. 1
praeſumtio, *ſpes* 7. 12. 2: 9. 2. 1

prae-

praetendere 8. 21 3: 11. 10. 2
praetendunt Rheno *legiones* 8, 21, 3
praetexere ripam 10, 7, 2
praetexta toga 1, 6, 4
praetextum obtendere 11, 43, 5
praeturae, *plur.* 11. 7. 2
praeuehi uirtute aetatis cursum 5. 5. 2
precabundus petiit 11. 36. 3
premere bellum, 12. 1. 20
prima et *primo* turb. 9. 1. 1
primoribus annis 9. 4. 1
labris polliceri 11. 18. 4
primum, *absolute* 10. 25. 1
principes ciuitatis 8. 7. 5
priores, u. peiores.
priuare, *tollere*, 12. 2. 231
priuatum nomen 11. 16. 2
priuilegia miseriarum 11. 24. 4
priuilegio saluo 3. 16. 4
probitatum et *prohibitarum* turb. 8. 4. 4
probrosissimus / *probissimus* / *improbissimus* 10. 19. 4
processus et *progressus* misc. 8. 26. 2
prodigae cupiditates 10. 10. 3
prodigium, u. portentum.
proditio futuri silentii 10. 18. 1
proferre, *differre* 9. 36. 1
professa, *i. e. ex professo suscepta* laudatio 9. 2. 9
profunda caedes 8. 10. 2
profundissima pax 1. 14. 4
profundum otium 9. 35. 3
prolixior sensus bonorum 11. 19. 1
prolixius contemplari uentura, *longius* 9. 11. 4
prolixius dicta 9. 30. 2
prolixo crine 4. 16. 4
prolusio (*et praelusio*) pugnae 3. 2. 4: 9, 16. 6
promere fidem ex animo 11. 16. 1
promerere Deum 9. 16. 2
promissa persoluere 11. 18. 1 et 4
promissione suscipere 2. 1. 1
pronomina primitiua pro possessiuis 2. 2. 1
pronorum / *pomorum* / *pecorum* 10. 23. 5
propagare seriem generis 5. 2. 2. et 5
propagata / *propugnata* 10. 27. 5
propter, *priuatiue* 10. 17 1
prouectus et *prouictus* turb. 8. 24. 2
prouidentia / *prudentia* 10. 21. 3
pro uirili portione 10. 17. 1
prouolare obuiam 11. 37. 1
pubescentes anni 9. 3. 4
publicitus 9. 33 7
publicitus explicare 9. 33. 7
pudentes oculos abstrahere 9. 4. 5
puluerem Thessalicum abluere 11. 39. 4
punctim caesim ferire 11. 36. 1
purgata maria *a praedonibus* 4. 17. 2
purpura consularis, municipalis, regalis 11. 28. 4: c. 37. 4: c. 45. 2
purpurati *Imperatores* 10. 30. 3
purpuratus carnifex 11. 24. 1
uernula, *Maxentius* 8. 16. 8

purpureae comae, 12. 1. 35
putes, u. *plures*.

Q.

quadrare 11. 7. 5
quadratae legiones 11. 35. 3
quadrupedum ritu 10. 23. 5
quaeſtu laborare, 12. 2. 397
quaeſtuoſa uectigalibus terra 4. 11. 1
quam, u. *quod*.
quandoque, *quandocunque* 11, 45. 2
quantos libet exercitus 4. 13. 3
queribunda Roma 5. 10. 5
qui *pro quia*, *cum coniunctiuo* 9. 2. 6
quid me fieret 10. 18. 3
quidquid, *quamlibet* 7. 13. 6
quidem et *quid eſt* turb. 9. 18 4
quid quod / *quod quidem* 9. 28. 2
quin et *quum* turb. 9. 9. 3.
quinquennalia 2. 1. 1 : 9. 2. 3
caeſarum 9. 2. 2
celebrare 7. 13. 2
quinquennia 9. 1. 2
quinquennium 2. 1. 3
quisque et *quispiam* turb. 10. 19. 4
quo / *quae* / *quam* 9. 32. 3
quo et *quod* miſc. 9. 22. 2
quoad uſus fuit 4. 7. 3
quod et *quam* turb. 9. 8. 2; c. 11. 3
quodam orbe in ſe redire 11. 10. 1
quo minus *poſt* retinere 2. 8. 2

R.

Radicitus abrumpi 8. 9. 5
raptus feſtinatis itineribus 11. 39. 2
rates fundo contortae 11. 26.
ratio, *periphraſtice* 9. 10. 4. 9. 15. 7
ratio caeleſtis, *aſtronomia*, 10. 23. 6
rationem ducere 9. 9. 3
re, compoſita ex *re*, pro ſimplicibus 1. 11, 3
recenſitas / *recenſuitas* / *recens uitas* 10. 6. 1
receptui ſignum dare 6. 20. 2
receſſiſſe, *diſtare* 9. 1. 1.
receſſu ab ultimo 11. 2. 1. et c. 31. 2
receſſus cogitationum profundi 9. 7. 2
recidere ſumtum 11. 13. 2
recipere ad ſeruitium (ſeruitum) 11. 22. 3
reciproci fluctus 1. 11. 7
reclines / *recliues* 9. 24. 4.
recordatio uiuax 11. 3. 4
recreari robuſte 9. 17. 2
recreator hominum 6. 2. 2
recreatus luce 4. 19. 2
redimere ſilentii periculum 11. 2. 2
redintegratio ſtatus priſtini 9. 33. 3
rediuiuus et *recidiuus* turb. 8, 13. 4: 9. 35. 4: 10. 6. 1. (cf. Liuin. ad. 8. 13. 4.) 9. 35. 4: 10. 6. 1.
referre, *reuocare*, *inſtaurare*, 9, 35. 3

referſit } 10. 14. 2
refecit }
referta, u. *freta*.
reformare opus 3. 3. 4
refrenare cupiditates 9. 15. 3
reficere bellum 9. 20. 1
regendis } 9. 38. 4
gerendis }
regnator Europae Aſiaeque 10. 27. 2
reiectare naufragia 11. 26. 4
relaxare, *abſolute* 9. 28. 2
releuanda }
reuelanda } turb. 9. 8. 5
reuellenda }
releuare conſcientiae debitum 8. 25. 4
reliqua remittere 7. 10. 5
remenſo caelo 4. 4. 2
remiſſio tributorum 7. 11. 3
remittere 7. 9. 4
remittere, *praeterire* 9. 34. 3
remota terrarum 11. 23. 1.
renaſcens reſpublica 4. 1. 3
renidens et *renitens* turb. 9. 34. 4
renidens amabile ibid.
renitet et *retinet* miſc. 9. 12. 4
reperere et *reuexere* turb. 10. 9. 1
reperto et *repetito* turb. 9. 24. 4
repromittere 1. 11. 3
per rerum naturam ſi liceret 11. 20. 5
ut res eſt 2. 9. 2 n.
res ſumma 10. 2. 6
res uenit ad capulos 11. 35. 4
reſeruare, *conſeruare* 6. 20. 3 : 8. 13. 4
reſiſtere, *ſubſiſtere* 8. 7. 8 : c. 19. 3 : c. 22. 2
reſpectandum 7. 12. 4
reſpectans poſt terga 11. 38. 1
quae reſpectantes agnouerunt 4. 19. 4
reſpondet fortuna 1. 11. 1
reſtitutio urbis 3. 3. 2
reſtitutor imperii 1. 1. 5
reipublicae 7. 4. 3
reſtricte contenteque uiuere 9. 15. 3
reſultanti }
refulti } 9. 30. 4
reſultare, *de echo*, ibid.
retro principes 11. 1. 2 : c. 13. 2. et 14. 3
ripae, *in ripa* 9. 28. 4
ripis inperuius amnis 11. 34. 3
Roma et *ratio* 9. 15. 7
roſae hibernae poculis innatant 11. 14. 1
roſeus, *ruſſeus*, 12. 1. 324
rotat uertigo caelum 11. 10. 1

S.

ſacra certamina 3. 13. 1
ſacra epiſtola, *principis* 3. 13. 2
largitio 3. 11. 1
urbs, *Roma* 8. 1. 1. et 1. 1. 1
ſacramenti fides 8. 15. 1
religio 8. 24. 2
ſacratiſſimus imperator 1. 1. 1 et 2. 1. 1. et 6. 1. 1. et 7. 1. 3
ſacroſanctus ueſtitus 11. 42. 3.
ſalarium accipere 3. 11. 2
ſaluo honoris priuilegio 3. 13. 4
ſalutatoribus operam dare 10. 28. 3

ſalutifer imperator 6. 21. 6
ſancire, u. ſentire 9. 2. 2
ſancire uerba re 11. 18. 4
ſancti et *ſui* permiſc. 10. 5. 4
ſanctio, *iuris* 12. Anaſt. 45
ſanctiſſimus imperator 6. 21. 6
ſub ſarcina uacillare 7. 12. 2
ſat et *ſtat* turb. 9. 15. 7
ſatis, *ualde* 7. 11. 2
ſator rerum ſumme 8. 26. 1
per ſaturam 7, 11. 1
ſcandendi montes 11. 39. 2
ſcena triumphi 3. 2. 5
ſchola ſtudiorum frequentia celebris 3. 3. 2
ſcientia et *ſententia* miſc. 9. 13. 5.
ſcilicet et enim confuſa 8. 21. 5
ſcopulis malorum illidi 9. 27. 2
ſcopuloſus locus 11. 24. 2
ſcrupuloſius ſequi diſperſa 9. 18. 5
ſcrutata, u. ſeruata.
ſcutum, *clypeata imago* 8. 25. 4
ſecreta, u. contagione.
ſecta ſaeclorum meorum, 12. 2. 341
ſectorem ſubire 11. 28. 3
ſub ſectore ludentes infantes 11. 25. 2
ſecundum, *pro* 9. 20. 1
ſecus } 9. 29. 5
ferus }
ſed, u. *ad*.
ſed, u. *et*.
ſed enimuero 8. 20. 4
ſed, *ſed etiam* 9. 21. 2: 10. 23. 4
ſed etiam omittitur 9. 11. 5
ſed pro *tamen*, *oppoſ. quamuis*. u. not. Acidal. ad 9. 15. 2
ſedes imperii 2. 12. 2.
ſedile, *ephippium* 9. 24. 4
ſegnis, *cum infinit.* 9. 29. 3
ſemineces 9. 24. 4
ſemiplena carpenta 7. 7. 2
ſemper, u. ſpecie.
ſenectutem ultra Pyliam 6. 21. 4
ſentire et *ſancire* permixt. 9. 2. 2.
ſentire patrem 9. 3. 5
ſeparate, *aduerb.* 7. 11. 1
ſeparatim } 10. 15. 5
ſperanti }
ſepta parietum, 9. 11. 5
ſeptemtrionalis plaga 4. 4. 3
ſeptenarius numerus 8. 16. 2
ſequi oculis quem 8. 19. 3
ſerenitas certa *caeli* 1. 3. 3
ſerenum petere 11. 6. 4
ſerici ſinus, *ueſtes* 8. 24. 1
ſericum praebere 11. 22. 5
ſeriem generis propagare 5 2. 1
ſermo tranſalpinus 11. 1. 3
ſeruare, *obſeruare* 9. 26. 1
ſeruata, i. e. *erepta* 9. 3. 3.
ſeruata, *ſcrutata*, *ſeruatura* permut. 9. 7. 3
ſic *ſeq. quaſi* 9. 29. 6
ſidi, rectius quam *ſedi* 5. 12. 8
ſigillatim 9. 18. 1; c. 27. 3 et 33. 7
ſigna et *ſidera* permiſc. 10. 23. 5
contra ſigna ſtare 11. 32. 4
ſignifer factionis 4. 15. 5
ſignum dei cui dare 8. 25. 4
ſilentia facere dextrâ, 12. 1. 123.
ſimpliciter, *candide* 10. 32. 3
ſingulare certamen 6. 3. 3
ſinus, *receſſus* 9. 38. 3; 10. 6. 2.
medius reipubl. 11. 31. 2

INDEX II.

ſociale elementum 11. 2. 1
ſol, u. *dies*.
ſolatia, *douceurs*, 12. 3. 303
ſolidi, *numi*, 12. 2. 396
ſub ſole alio poſitus 11. 39. 2
ſollicitare exercitum 6. 16. 1
ſollicitudine perpeti 1. 3. 4
ſolitarius modus, 9. 33. 6
inſolitus, *rarus*. v. Cic. de Invent. L. 1. c. 44. ſ. 83
ſoluta libertas 9. 2. 6
ſonores tubarum 9. 30. 4
ſorbet ſanguinem oceanus 1. 11. 7
ſpecie et *ſemper* turb. 9. 5. 8
ſpecie tenus 1. 3. 1.
ad ſpeciem 11. 11. 1
ſpeculi / *ſpectaculi* / *ſpectandi* 9. 35. 5
ſpectator 10. 17. 5
ſperare, *exſpectare*, 12. 3. 398
ſperum pleni 6. 15. 3
ſpes et *ſpecies* mitc. 9. 12. 1
ſpes oculusque reipublicae 11. 16. 4
ſpiritus quantumuis capit 9. 19. 5
ſpoliator publicus 11. 43. 3
ſponte, *per ſe*, *ſine hominum cura* 10. 23. 1
ſponſale munus 5. 6. 2
ſtare, u. ſat.
ſtatarium prandium 10. 11. 2
ſtatarius lixa 11. 31. 1
ſtatione peracta 4. 7. 3
ſtatus, *plur.* 10. 7. 3
ſtellatis apicibus inſignis 11. 39. 4
ſtilus timetur, *proſcriptio* 11. 28. 3
ſtimulator accendit 10. 5. 2
ſtipatio et comitatus 1. 5. 3
ſtipendia' prouinciarum 10. 14. 2
ſtramina, *ueſtes ſtragulae*, 12. 3. 13
ſtudia / *ſtadia* circi, 12. 1. 320
ſtudium caeleſte 11. 39. 5
ſtupor attonitus 11. 41. 4
ſub oculos uenire 9. 14. 1
ſubacta / *ſubiecta* 9. 31. 3.
ſubalpini 8. 6. 1
ſubdere fidem promiſſo 11. 18. 4
ſubeſſe cruciatibus 10. 4. 2
ſublicere maieſtatem 6. 8. 5
ſubgerere ſpiritum 2. 15. 2
ſubire famam ingrati 10. 1. 1
ſubire, *cum datiu.* 9. 27. 4
ſubit me cogitatio 2. 12. 3
ſubſidia 5. 12. 1 : 8. 6. 4.
ſubſtructionum moles 10. 11. 2
ſubterfluit felicitas quem 6. 15. 3
ſuccedere ad uota reipublicae 8. 26. 5
ſucceſſus proſperi ſequuntur 1. 12. 8
ſucceſſuum aequalitas 1. 11. 1
ſuccingere poteſtate 10. 1. 5
ſudatae aeſtates 11. 8. 3
ſui, u. *ſancti*.
ſummatim 11. 8. 3
ſuperba uirtus, *magnifica* 9. 19. 5
ſuperuolans capita regum 10. 6. 2
ſuppeditare, *ſuppetere* 9. 28. 4
ſuppetunt uix uerba 9. 12. 2
ſupplices manus tendere 8. 14. 2

ſuſpicatus, *ſuſpicio* 10. 26. 1
ſuſpiriis laxare pectus 11. 25. 5
Synizeſis, 12. 3. 242

T.

Tactum } 10. 21. 2
actum }
talaribus uehi, *uolare* 11. 39 5
tamen et *tam* turb. 10. 15. 4
tanti, *tam multi*, 11. 18. 1. 12. 1. 252
ne tantulum quidem 2. 14. 1
taxare indulgentiam 7. 12. 1
taxata aere uita 11. 25. 1
temperare dextrae 9. 37. 4
templum conſilii publici 10. 2. 3
tempus, ὥρα, 12. Anaſt. 10
tenebras et humilitatem imputare 11. 17. 5
tenere coniectura mentium, *putare*, *credere* 9. 16. 1
teneretur } 9. 29. 6
niteretur }
tenorem rei ſeruare 9. 23. 4
ter et *tibi* turb. 7. 11. 4
terere Capitolia triumphali pompa, 12. 3. 125
terna } 10. 22. 2
tertia }
tergora Parthica, 12. 2. 106
terribilis, u. *horribilis*.
terrigenae, *gigantes* 1. 4. 2
texere naualia 1. 12. 4
tirocinium rogandi 10. 18. 5
titillat mendax adſentatio 11. 2. 3
titubantes ſenes 10. 6. 4
titubantia uerba 10. 18. 6
titubare lubrico adoleſcentiae 11. 7. 3
tituli laudum 10. 4. 5
tolerabile ſolum, *ager* 7. 6. 3
tolli in crucem 11. 44. 1
tori Veſtalium 10. 13. 3
torrenti ſimilis amni 8. 9. 5
totum, *omnia* 9. 26. 1
trabalis haſta 9. 29. 5
trabeatus 11. 9. 6
traiicere uiſu 9. 11. 5
transfretare Britanniam 6. 7. 5
transigere dies, noctes 1. 3. 4
transitus, *genitiv. ultima breuis*, 12. 3. 55
tremebunda oratio 9. 2. 8
tremiſcere ad claſſicum 11. 46. 1
trepidatio 10. 14. 5
tribunatus, maximus, *munus tribuni max.* 5. 5. 3
tripudiare 8. 7. 6
plauſibus 2. 10. 5
ſaltibus 10. 29. 2
triſtior, *acerbior* 10. 12. 1
tropaea defixa in 2. 5. 3
trucidare, i. e. *truncare* 8. 18 3
truncata membris respublica 4. 10. 2
tua et *ui et* turb. 9. 17. 3
tuis et *cui* turb. 9. 19. 4
turbo uitiorum 11. 7. 4
tyrannicidium 11. 24. 5

V.

Vacans aula 11. 12. 1
uacare aditu 2. 13. 3
uacillare in aere alieno 7. 6. 2
ſub ſarcina 7. 12. 2
uacuitas } 9. 33. 3
facultas }

uadis' miſeriarum adhaereſcere 9, 27, 2
uagitibus 1, 2, 4
ualeat, u. *audeat*.
ualeſcere, 9, 21, 2
ualet is quantos libet exercitus, *aequat* 4, 13, 3
uaſtationem immittere genti 4, 5, 2
uaſtitas barbarica 10, 4, 1
uatum mendacia 11, 17, 2
ubertat imber 7, 9, 6
uectore deuio 5, 12, 3
uegetantur ingenia, 3, 9, 1
uela facere, *ſoluere portu* 4, 14, 4: 11, 33, 4
uelificationis gloria 4, 14, 2
ueliuola nauis 2, 8, 3
uenae montium 11, 28, 2
uenerantur } 9, 36, 1
uenerantur }
uenia bona cuius dicere 1, 6, 4
uenia mitigare 5, 4, 4
uenia neceſſitatis 11, 36, 3
ueniae fidem ſeruare 11, 30, 2
uenire in metum 9, 24, 6
uenit contenta oratio 9, 27, 1
uentoſa uerba, 12, 3, 3 17
uerecundia, *pudor*, *reuerentia*, 10. 29. 3
ueritas, παρρησια 10, 32, 3
uernula negligentiſſimus 11, 31, 1
purpuratus 8, 16, 3
uernum, *uer*, 12, 3, 152
uerſa uice 10, 10, 2
uerſus et *uiſus* turb. 9, 14, 2
uerticem fortunae tenere 6, 3, 4
ueſtigia cuius ſeruare, *imitari* 3, 17, 5.
rotarum, 12, 3, 289
ueſtigiis triumphalibus adterere 11, 45, 4
ueſtra, u. *noſtra*.
uexillarius factionis 11, 34, 4
latrocinii 4, 16, 4
uexillum ſecundum et tertium 11. 30. 4.
ui et, u. *tua*.
ui, manu, 9, 21, 2: 8, 7, 8
ui et uirtute 9, 17, 3
uia militaris 7, 7, 2
uiam capeſſere 9, 5, 8
uias ire laudum paternarum 9, 5, 5
uiator impiger 1, 10, 1
ad uiatoris imperium, 10, 30, 2
uice gratiae referre 1, 3, 3
uice temporum 2, 9, 1
uices temporum 11, 9, 3
ad uicem 10, 3, 2. et c. 23, 1
uicina caelo loca 6, 9, 5
uictorias uictoriis cumulare 8, 22, 2
uidetur exaudita 8, 1, 3
uigens perpetuo motu 8, 22, 1. u. *ingens*.
uilitas, u. *utilitas*.
uincere uota, *melius eſſe* 10, 10, 1
uir ferri amantiſſimus 11, 28, 4
uires, *exercitus*, 8, 16, 1
uires reip. aerarium 3, 14, 5
uiribus et *auxibus* turb. 8, 1, 5
pro uirili portione 10, 17, 1
uis, *uirtus*, 9, 26, 2 et 3
uiſio, *ſomnium*, 12, 1, 91
uiſus, *oculi* 10, 23, 5
uitae *plur.* 11, 29, 3
uiuere et uidere *ſolent iungi* 5, 12, 3: 10, 32, 2 et 8, 7, 8
uiuidum ingenium 9, 3, 6
uiuus } 9, 32, 6
unus }
uixdum 1, 5, 1
ultimis cruciatibus punire 6, 10, 2

ultio-

ultionem facere de quo 2, 18, 1
ultor iuris 10, 4. 4
ultra praedicare 11, 1, 2
ultrices dirae 11, 42. 3
nocturnae 8, 16, 5
ultroneam operam ferre 11, 32, 3
umbo ſonat ictibus ſecurus 9, 29, 5
umbraculum 8, 13, 5
umbraculo tegitur 6, 15, 5
umquam / *inquam* 10, 27, 1
umquam / *uſquam* 10, 31, 4
unco rapi ad poenam 11, 29, 2
undecunque 11, 26, 4
undiuagum fretum 12, 1, 110
uocem dare rei, προσωποποιεῖν 11, 40, 2
uolatica arma Parthorum 8, 5, 3
uolubiles caſus, *uarii* 9, 7, 1
uolucris peregrini aëris 11, 13, 4
uoluens ſtrepitum inſanum 12, 3, 294
uoluentibus annis reuerti 2, 2, 3
uoluntate et *uoluptate* miſc. 9, 31, 5 : c. 32, 8
uoluptates, *ſpectacula*, 12, 4, 84
uorticoſus Atheſis 8, 8, 2
uota properantia 9, 2, 3
uota quidquid capiunt 12, 16, 3
uota referre 7, 14, 3
ad uota reipublicae ſuccedere 8, 26, 5
uotis et *modis* turb. 9, 7, 5
urbem / *orbem* 9, 35, 1
urbs, *ciuitas* 9, 21, 3
urit animum contumelia 4, 10, 4
uſque / *ipſa* 10, 17, 2
uſurpare imperium 6, 16, 1
ut res eſt, *formula* 2, 9, 2 et 4, 8, 3. et 8, 16, 5
ut / *et* / *ita* 9, 33, 3
ut, poſt *boni conſulit* 5, 8, 5 : 8, 16, 1 : 11, 22, 4
ut, *poſt pulchrum eſt* 6, 13, 2. conf. Heuſinger. ad Corn. Nepot. Hannib. 1, 1. Cannegiet. ad Auian. p. 32. Curt. 4, 7, 28.
ut et *ac* turb. 10, 23, 4
ut et *et* miſc. 9, 37, 4. et 38, 6
utilitas et *uilitas* permiſc. 8, 24, 2
utilitas et *dignitas* turb. 10, 2, 1
uulgo, *ubique* 10, 23, 1
uulnerare laetitiam 9, 7, 1
uultus ſerenos induere 11, 25, 4
uxorius iuuenis 5, 4, 1.